TRACTATVS
DE
OBLIGATIONIBVS
CLERICORVM

CVM ADDITIONIBVS

IN QVO: QVIDQVID FERE A IVRE COMMVNI, Sacris Concilijs, & alijs Pontificijs Constitutionibus, Clericis Præcipitur, aut prohibetur absolutè, vel ex suppositione censuræ, aut alicuius pœnę Ecclesiasticæ, dilucidè, & accuratè continetur, cum Resolutione dubiorum in singulis, frequentius occurrentium, auctoritatibus adductis, præsertim Recentiorum.

AVCTORE

PAVLO SQVILLANTE

I. V. D. NEAPOLITANO

PROTHONOTARIO APOSTOLICO,

Canonico Presbytero præbendato Cathedralis Ecclesię Neap. & eius Curię vno ex Consultoribus, ac Fisci Patrono:

Cum duplici Indice. Altero Præceptorum, & Prohibitionum, & altero materiarum.

Sacerdotum



NEAP. Typis Francisci Sauij, Typogr. Cur. Archiep. 1639.

SVPERIORVM PERMISSV.

Expensis Io. Dominici Montanarij.

Dom. Prof. Rom.

EMIN.^MO, AC REV.^MO PRINCIPI

D. FRANCISCO BONCOMPAGNO

S.R.E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Et Neapolitanæ Vrbis, Archiepiſcopo Vigilantiſſimo.

ID equidem mihi vſurpare libet, Eminentiſſime Cardinalis; quod olim, eueniſſe Populo Dei, ex Aegypto in terram promiſſam Patribus commeanti; ſacrarum literarum monumentis legifer Moyſes, teſtatum reliquit; Dum, enim ad Deſertum Sin perueniſſet, vbi nulla prorſus ſcaturigo erumpebat vndarum; qua tantiſper, ſummis labijs leniret; ne dum ſitim extingueret agminum Hæbreorum. Ineas ad Cœlum, Dux potentiſſimus prorupit voces: Domine Deus, audi clamorem huius Populi, & aperi eis Theſaurum tuum fontem aquæ viuæ. Vix dixerat, cum Diuina mox virtute, vniuerſo obſtupeſcente Populo, e duriſſimo lapide, omnis humoris experte, aquæ manarunt copioſiſſimæ; hauſtu itidem largiſſimo, Populo ebibente, & iumentis. Id mihi non abſimiliter contigiſſe

nunc video, Amplissime Princeps, opusculum hoc de Obligationibus Clericorum, iam ab anno duodecimo excurrentis sæculi ad Tyronum eruditionem Typis mandaui. Hinc, denuo, excudendum iussi, additis non paucis, ex Recentiorum placitis. Etenim non mediocris Amicorum cœtus, veluti ad excauandas aquas optimæ eruditionis, ardenti, adiscendi desiderio, non secus atque siti animæ, ad hos tractatus exestuabat. Mihi vero, nullum erat in hiscemeis lucubrationibus, conspicere effluentem fontem, nullum aquę leuamen insignis Magisterij. Quamobrem ad Deum O. M. clamare necesse habui, vt recluderet Thesaurum suum fontem aquæ limpidissimæ; ne, veluti, in terra deserta, inuia, & inaquosa, exilium meorum laborum tanta studiosorum multitudo, siti semper æstuaret, nullo afulgente, solidœ, ac veræ doctrinæ dulcissimo refrigerio. Quando desuper, cordis mei auribus, vox repente intonuit. loquere ad petram, & illa dabit aquas. At quænam Petra hæc? Cœlestis sane sapientia tua, Præsul Eminentissime, Florentissimæ Vrbis Neapolis, Pastor eximie, Petra fundata supra firmissimã illam solidamque, aduersus quam Portæ Inferi nunquam præualebunt, Petra ob sublimitatem Cardinalatus, Petra propter Archiepiscopatus fastigium, Petra inconcussæ stabilitatis; Petra, denique incorruptæ æquitatis. Coram multitudine opusculum hoc expetente, vt sitim restinguat, addiscendi vera, ac firma, pro Clericatus fauoribus, atque oneribus: referetur, enixe obsecro, fons illis sapientiæ tuæ salutaris, qua abunde, pascere, & potare soles monitis, ac doctrinis, Populos tibi subiectos; Irrigentur paginæ istæ scriptionis meæ, vasto mari diuinæ sapientiæ tuæ, vt in exitus aquarum salientium in vitam æternam abundantissime superessluant. Sic fiet vt bibant cuncti, sapientes, & insipientes sola solidissimæ istius Petræ scaturigine suauissima allecti. Aridam, bene noui, operis huius terram tibi offero, respice; irriga, fœcunda

illam,

illam, benignitate, qua soles, & præcæteris polles Amplectere libens, Eminentissime Cardinalis, munusculum quod tibi dico, protege, tuère. Iucundæ profectò aquæ in Ciuitatibus: Iucundiores in agris, locisque desertis. Prompta semper Pietas tua, & inæstimabilis, super aurum, & lapidem prætiosum, erga insignia, & eximia opera. Gratior certe, ac nitidior erga hoc exile meum, ac tenue. Humanitati igitur innixus tuæ; atque animi munitus magnitudine, & Maiestate qua præfulges nil verendum censeo, omnis ablegandus timor est; quin, & deserta fient in torrentes aquarum. Precor Deum Immortalem, vt Eminentiam vestram, quamdiutissime seruet Christianæ Religioni Incolumem. Neap. Nonis Ianuarij 1639.

Amplitudinis Tuæ Eminentiss. & Reuerendiss.

Humillimus, & Addictiss. seruus

Paulus Squillante.



SATVS PHILIPPVS NERIVS CONGRE
GATIONIS ORATORII FVNDATOR

ELENCHVS

Singulorum Præceptorum, & Prohibitionum, quæ in hoc tractatu ex ordine continentur.

Pars prima, continens Præcepta affirmatiua.

XIV.

Pars secunda,continens Præcepta negatiua,siue Prohibitiones absolute.

XIX.

Pars

Pars tertia, continens Prohibitiones ex suppositione censuræ excommunicationis.

Pars Quarta, continens Prohibitiones ex suppositione suspensionis, aut degradationis, siue depositionis.

Tract

Pars Quinta continens Prohibitiones ex suppositione interdicti, cessationis à diuinis, Ecclesiæ pollutæ aut violatæ, vel interdicti ab ingressu Ecclesiæ.

Pars

Pars Sexta, continens Prohibitiones ex suppositione irregularitatis.



TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM.

PARS PRIMA.

De ijs, quæ Clericis Iure communi, Sacris Concilijs alijſque Pontificijs conſtitutionibus præcipiuntur.

Præcepta in Iure communi, Sacris Concilijs, & alijs Pontificijs conſtitutionibus, Clericis iniuncta; in duplici verſantur differentia; Quædam ſunt affirmatiua, quædam negatiua: Prior pars affirmatiua continet; poſterior vero, negatiua comprehendit; In quibus reſolutiones vtriuſq; materiæ dubiorum frequentius occurrentium, diuerſorum auctorum doctrinis, præſertim recentiorum roboratæ, clariori intelligentia pertractantur.

SVMMARIVM.

1 *De* primo *præcepto recitandi officium diuinum à Clericis in ſacris, vel beneficiatis.*

2 *Clerici beneficiati non recitando Officium Diuinum quando teneantur ad reſtitutionem fructuũ, et peccẽt.*

3 *Reſtitutio, cui facienda per Clericũ beneficiatũ, qui nõ recitauit Officium Diuinũ.*

4 *Beneficij Eccleſiaſtici appellatione, quid veniat.*

6 *Beneficium manuale, an veniat appellatione beneficij, & obliget ad officium recitandum nu. 9.*

eit breuiarium in mari, ob quod non potest recitare officium per aliquod tempus, an peccet, & teneatur ad restitutionem, ob non recitationem officij.

An eo casu teneatur ad totū, vel partem officij, si memoriter posset totum, aut partem recitare.

31 Et quid si infirmus non posset totum officium, sed partem recitare.

Medicorū cōsilio. quādo standum ab infirmo, vt sit quis liber à recitatione officij.

32 Cler. infirmus si posset alias preces recitare, & non officium diuinum, an teneatur illas recitare.

33 Sacerdos, vel constitutus in sacris, cum quo est dispensatum ad nuptias contrahendas, an teneatur pensum horarum canonicarum persoluere.

34 Clericus in sacris ordinatus ante pubertatem, an teneatur recitare officium.

35 Vel si fuerit sacris initiatus per vim, & metum.

36 Attentio quęnam requiratur dum officium diuinum recitatur.

38 Quid si ex nimia accelerationē, quis non proferret verba integra, & distinctē, vel si cum alio recitans non expectaret fines versus.

39 Vel si dū persoluit horas canonicas se vestibus induit, faciē lauat, et similia facit.

39 Attentio attualis, vel virtualis, quaenam sit.

41 Beneficiatus, qui voluntarie distrahitur recitando officium, an teneatur beneficij fructus restituere.

43 beneficiatus si recitat officium diuinum, cum animo non satisfaciendi praecepto, sed iterum recitandi, an teneatur illud repetere.

44 Intētio actualis satisfaciendi praecepto, an requiratur dū recitatur officium diuinū.

45 Vox, quaenam requiratur ad recitandum officium diuinum, tam in choro, quam extra chorum.

47 Clericus benef. an, & quando teneatur ordine seruato recitare horas canonicas, etiam extra chorum.

Et quid si post inceptam horam, recordatur, se non recitasse laudes, an possit prosequi horam inceptam.

Vel si legitime impeditus non potuit chorum ingredi, nisi incboata hora, an possit illam prosequi vsque ad finem, animo supplendi partem omissam.

Aut si non habeat breuiariū, ad dicendas lectiones, dicat Psalmos, & Hymnos &c. quae reperiuntur in diurnali,

li, possit talia dicere, & postea breuiario habito, cetera supplere.

Beneficiatus, an peccet, quando tempus debitum persoluendi horas non seruat cum causa, vel sine causa.

Vespertinę preces, quę in quatragesima publice ante prandium in Ecclesia persolui debent, an etiam priuatim recitari debeant.

48 *Clericus beneficiatus an, & quando peccet, si horas canonicas recitet cum interruptione.*

50 *Beneficiatus an impleat preceptum recitandi officium si pro officio feria recitet officium alicuius Sancti.*

56 *Sacerdos, an teneatur recitare matutinum cum suis laudibus antequam missam celebret.*

Matutinum cum laudibus subsequentis diei, qua hora recitari possit.

58 *Cler. qui in choro canere tenetur, an p. m si in choro non canit, & si amittat per hoc, distributiones quotidianas, an excusetur à peccato.*

Canonici, & alij beneficiarij vtrius chori, quando versus in alio choro cantantur, an teneantur submissa voce dicere versus, quos alij canũt.

Et quid si quis dum persoluit officium diuinum in choro, tussit, vel cruorẽ è naribus emittit, an teneatur supplere, quod socij dixerunt.

Canonici et alij, qui in choro tenentur officium recitare, dum vna pars chori tacet, an teneantur attendere, ad aliã, quę cãtat, eãq; audire.

Et quid si dum in choro recitantur lectiones, tunc quis celeriter submissa voce illas recitaret, & postea libere vagaretur, an satisfaciat debito obsequio chori.

60 *Beneficiatus, qui in choro tenetur recitare officium, an satisfaciat suae obligationi si non canit versus cum alijs socijs, sed submisse illos recitat.*

61 *Et quid si ex fundatione, vel consuetudine alicuius Ecclesia sufficeret sola praesentia in choro ad lucrandas distributiones.*

63 *Attentio, quanam requiratur in choro, & an, & quando p. m. qui voluntarie distrahitur.*

65 *Cler. benefic. qui publicè recitat officium in choro sedendo, cum standum est: aut stando, vel sedendo, cum Genibus flexis recitãdum est, an peccet.*

66 *Beneficiatus omittens officiũ diuinum persoluere, an possit in restitutione fructuũ sibi*

fessionem facere.

89 *An huiusmodi obligatio extendatur ad obtinentes canonicatus, seu dignitates in* Ecclesijs *collegiatis.*

90 *Canonicus, vel parochus, qui in adeptione canonicatus, aut parochialis semel fidei professionem fecit, an in adeptione alterius dignitatis, canonicatus, vel parochialis, teneatur iterum eam facere.*

91 *Professio fidei an possit fieri per procuratorem.*

92 *Professio fidei, an possit fieri coram Vicario,* Episcopo *nō impedito.*

92 *Canonicus, qui fidei professionem emisit in capitulo, in quo erat præsens* Episcopus, *vel* Canonicus, *qui erat* Episcopi *Vicarius, an teneatur iterum eam facere coram* Episcopo, *vel Vicario.*

94 *Professio fidei facta in capitulo sede vacante à prouiso de canonicatu eadem sede vacante, an teneatur iterum eam facere coram Vicario capitulari.*

95 *An p.m. canonicus, vel parochus, si intra tempus præfixum non emisit fidei professionem.*

96 Et *an teneantur illam facere, elapsis duobus mensibus, & si fiat, an prosit ad acquirendos fructus elapsi tēporis num.*97.

98 Et *vtrum teneātur restituere fructus absque sententia, dum intra duos menses non emiserint fidei professionē.*

99 *Canonicus, qui fidei professionē non fecit, an lucretur distributiones quotidianas.*

100 *Quando prædicti excusentur à p m. & ab amisione fructuum, si ob ignorantiam, vel inaduertentiam huius præcepti, fidei professionem non emiserint.*

101 *De* quarto *Præcepto, suscipiendi sacerdotium annexū Parochialibus, seu Curatis, & sacrum ordinem annexū canonicatibus infra annū.*

103 *Obtinens beneficium curatū, animo intra annum assumendi Sacerdotium, deinde mutata voluntate non promoueatur, an teneatur fructus restituere.*

106 *Quid si accipiat Curatum sine intentione assumendi Sacerdotium, tamen intra annum mutata voluntate promoueatur, an teneatur restituere fructus, quos percepit ante mutatā volūtatē.*

107 C*lericus, qui reciperet beneficium* Curatum *animo dubio suscipiendi Sacerdotiū intra tempus statutum, an p.m. & teneatur fructus restituere.*

108 Et *quid si illud reciperet intentio-*

Cle;

Clericus in sacris, aut beneficium possidens si per longum tempus tonsurã, vel habitũ clericalẽ non deferat, an p. m.
An per vnicam dimissionem habitus incidat in pęnas Bullę Sixti V.
Vtrũ requiratur sententia declaratoria, vt beneficiatus non incedens in habitu, & tonsura perdat beneficia.
Qui perdit beneficium ob non gestationem habitus, an retineat Priuil. can. & fori, remissiue.
Apostata quando dicatur Clericus in sacris, incedens in habitu laicali.
124 De septimo Praecepto Sacerdotibus, celebrandi missam saltem aliquoties in anno.
Parochus tenetur celebrare omnibus diebus, quibus populus tenetur audire Missam, nisi substituat alium.
Sed, an teneatur tunc applicare Missas pro populo.
125 De octauo praecepto sacerdotibus celebrandi pramissa confessione p.m.
Quid si vrgeat necessitas, & desit copia confessarij.
126 Et quanam sit huiusmodi necessitas.
Sacerdos obstrictus casibus reseruatis si esset in necessitate celebrandi, & haberet copiam Sacerdotis approbati; sed non pro reseruatis, an possit eidem confiteri.
Et quid si eo casu haberet peccata reseruata, quibus esset annexa censura, & esset obstrictus necessitate celebrandi ad vitandum graue scandalum, vel grauis infamia periculum.
Sacerdos celebrando cum cõscientia p. m. an satisfaciat ei pro quo ex iustitia tenetur celebrare.
127 Sacerdos si ante consecrationem recordatur se esse in p. m. an teneatur confessionem praemittere.
128 Parochus, an possit sine confessione p. m. celebrare deficiente ei copia confessarij.
Sacerdos, qui ex onere Capellania, vel indigentia stipis, siue eleemosina celebraret ad necessariam sui sustentationem, an possit sine confessione p.m. celebrare deficiente ei copia confessarij.
129 Sacerdos, qui ex officio non tenetur celebrare, an possit in die festo celebrare non pramissa confessione p.m. ob necessitatem, quã alij habẽt audiẽdi sacrũ, ex quo nõ est alius, à quo possint audire.
131 Et an saltem eo casu possit celebrare propter necessitatem suam propriam, seu obligationem audiendi sacrũ in die festo, dum non habet copiam confessarijs.

De

1 PRIMO igitur (vt hinc exordiar). Pręcipitur Clericis in sacris constitutis, vel Ecclesiasticum beneficiũ habentibus, etsi tantum prima tonsura initiati, vt diuinũ officium septem horarum quotidie integrè, & attentè recitent iuxta constitutionem initio Breuiarij Pij Quinti. De Clericis in sacris constat ex *cap. presbyter dist. 91.* vbi tantum loquitur de presbyteris: tamen ex recepta generali consuetudine totius Ecclesię, quę vim legis habet, diaconi, & subdiaconi eadem lege tenentur, vt ait *Nauar. tract. de orat. c. 7. num. 2. Io. Azorius lib. x. institutionum moralium cap. 5. q. 1. & Leonardus Lessius de iustitia lib. 2. cap. 37 dub. 9 nu. 45.*

2 Quinimmo huiusmodi clerici beneficiarij omittẽdo diuinum officium sine legitimo impedimento, elapsis sex mensibus post beneficium acceptum, non tantum lethaliter peccant, sed etiam tenentur fructus perceptos pro rata officij prætermissi in foro conscientiæ restituere nulla expectata iudicis senten-

sententia, nimirum, vt qui vno, vel pluribus diebus omiserit omnes horas canonicas restituat fructus beneficij, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui verò matutinum tantùm omiserit, dimidiam partem, qui omiserit cæteras horas omnes, aliam dimidiam, qui verò harum singulas omiserit, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat; Ita sancitum est *in Conc. Lateranensi celebrato sub Leone* X. quod confirmauit Pius V. in constit. quæ incipit ex *proximo Lateranen. Concilio*.

3 Restitutio autem prædicta est facienda fabricæ loci ecclesiæ ipsorum beneficiorũ, vel pauperibus. Secundum eamdem constitutionem.

4 An autem si beneficiarius non recitauerit officium per primos sex menses; peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem;

Aliqui dicunt non solum peccare mortaliter, sed etiã teneri saltem ad aliquid restituendum ex natura rei; cum sit peccatum contra iustitiã commutatiuam, nam est acceptio merced s sine redditione laboris; Ita *Suar. 2. tomo de relig lib. 4. c. 29 nu x.*

Ego vero cum communi aliorum sententia existimo peccare quidem mortaliter non tamen teneri ad restitutionem, quod colligitur expressè ex illis verbis Pij V. in dicta constit. incip. *ex proximo Lateranensi Concilio*; Ibi, *item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum eũ excusauerit*; *graue peccatum se intelligat admisisse*. Ex quibus verbis constat, omittẽtem officium per primos sex menses peccare quidẽ mortaliter, non autem teneri restituere, quia ad hoc S. Pontifex eum non obligat, nam quod beneficiarij teneãtur recitare officium, est de iure Pontificio, vt bene probat *Nicolaus Garcia tract. de benef. 1. tomo. p. 3. c. 1. nu. 7.*

5 Quid autem veniat appellatione beneficij Ecclesiastici? Dico cum *Io. de Selua tract. de benef. q. 2. nu. 26. Rebuff. in prax. benef. p. 1. tit. sæcularæ beneficium*, *Azor. lib. x. inst. moral. cap. 3. & 4. Lessio de iust. lib. 2. cap. 34 dub. 2. & communi sententia*, quod venit Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, Canonicatus, Ecclesia Parochialis, D gnitas, vt Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus,

teratus, & Personatus; venit quoq; appellatione beneficij Ecclesiastici capellania, ex bonis Laicorum erecta au- 7 ctoritate Episcopi, beneficiũ Ecclesiasticum datum in cõmẽdam, beneficium simplex, beneficium manuale, quod ad nutum conferentis potest reuocari, & Præstimonium;
6 & habentes huiusmodi beneficia regulariter tenentur ad horas canonicas recitandas, secundum communem opinionem doct.

An autem Clericus in sacris per iudicis sententiam ad triremes damnatus, aut à Turcis captus, & ad triremes coniectus, teneatur diuinum officium persoluere.

Affirmant *Bonacin. de hor. canon. disp. 1. q. 2. pu. 3. num. 4. & alij* per ipsum relati, quãuis de religioso professo si nõ esset constitutus in sacris, nõ teneri ad persoluendum diuinum officium si fuerit ad triremes missus, tradat ibidẽ contra *Suar. tom. 2. de relig. tract. 4 lib 4 ca. 17. nu. 9. Less. lib. 2. cap 37. num. 45. Molf. in summa tract. 5. cap. 4. nu. 46. & cap. 3 nu. 16.*

Alij vero negant, cum quibus consentit *Barth. à S. Fausto in tract. de hor. can. lib. 2. q 14.* moti tũ ex vsu, quem afferunt in contrarium; tum etiam, quia satis habet afflictionis, dum vi in illo supplicio detinetur.

Sed dubitatur I. à Doctoribus. An Clericus habens beneficium tenue, ita vt redditus ad vitam eius sustentãdam non sufficiant teneatur recitare officium diuinum.

Negat *Sotus l. x. de iust. q. 5. artic. 3.* quem sequitur *Aragona 2. 2. q. 83. ar. 12.* si fructus beneficij non attingerẽt saltem summam octo duc. cũ paruũ beneficium pro nihilo reputetur, maximè quantum pertinet ad præceptum exoluendi horas canonicas. Secundo, qui Ecclesiæ seruit, debet viuere de eius prouentibus; ideo beneficium debet saltem tribuere bonam partẽ moderatę sustentationis, alias non censetur de Ecclesia viuere. Hanc opinionem probabilem dicit *Lessius de iust. l. 2. c. 34. dub. 31. num. 168.* Atq; etiam probabile existimat, Clericum non teneri ad quotidianas horas canonicas si eius beneficium est adeo tenue, vt bonam partem nõ suppeditet tenuis sustentationis v. g. 15. vel 16. aureos; censet tamen aliquoties in anno teneri, qui aliquid percipiunt v. g. festiuis, & dominicis diebus, pro vt ratio dictauerit, cum par non sit vt

quo-

quotidie obligentur percipientes tam exiguos fructus, & quod nunquam officium recitent, qui aliquos fructus percipiunt.

In contrarium tamen est communis opinio *glo. in cap. 1. de celebr. miss. & in cap. clericus, dist. 91. quam sequitur Didac. Couar. lib. 3. variarum resolut. c. 13. nu. 8. versic. 12. Valentia 3. tomo disp. 6. q. 2. puncto x. Tol. in summa lib. 2. cap. 14 num. 7. Nicolaus Garcia tract. de benef. 1. tomo. 3. par. cap. 1. num. 40. & alij*, tū quia benefium licet tenue, est verum beneficium, vt colligitur ex *cap. collatio, de officio legati l. 6. cū gl.* & confert verum ius spirituale, & sufficit ad fruendum priuilegijs beneficiatis concessis, tum etiā quia Clericus dum scienter; & voluntariè tenue beneficium acceptat se ecclesiæ obstringit, & sibi imputet si tale beneficium tenue acceptauit, deniq; probatur hæc opinio *in cap. vlt. de rescriptis in 6.* vbi dicitur quod beneficiū Ecclesiasticum datur propter officium, nec ibi distinguitur, sed simpliciter, & absolutè est sermo de quolibet beneficio.

8 II. dubitatur. An clericus habēs plura beneficia tenuia, sed omnia simul reddant cōpetentes fructus, teneatur recitare officium. Dico teneri, tum quia talis clericus habet sufficiens stipendium tit. beneficij, vel beneficiorum, tum etiam, quia licet tenue beneficium per se non obliget iuxta opinionem Lessij supra cit. ad officium quotidie recitandum, tamen si compleant sufficiens stipēdium plura beneficia, quotidie obligabunt, & hanc opinionem sequitur *Suar. 2. tomo de religione lib. 4. cap. 21. num. 12.*

Est tamen aduertendum, huius occasione, quod possidens plura beneficia tenebitur, in illis diebus, quibus in Breuiario commemorationes fiunt, etiam commemorationem illius Sancti facere, in cuius honorem est erectū beneficium. Tum quia sic communi vsu receptum videtur: tum etiam, quia Beneficiarius tenetur horas canonicas persoluere iuxta rubricas breuiarij, in rubricis autem breuiarij Romani iniungitur commemoratio Patroni, vel titularis. Ita *Barth. à S. Fausto de hor. can lib. 2. q. 19.* Sic etiam tenentur beneficiati habentes aliquam Ecclesiam, quæ est titulus beneficij, licet apud eā non residéant, festum eiusdem Sancti

&i titularis colere vt festum primæ classis, quia sic Rubricæ Breuiarii præcipiunt celebrandũ festũ Sãcti Titularis Ecclesiæ. ita *Bartholom. Gauantus in comm. Rubr. Breui to.2.sect.3.cap.12.nu.16.*

9 III. Dubitatur, an habens beneficium, quod manuale vocatur, & ad nutum conferentis potest reuocari, teneatur recitare horas canonicas.

Dico teneri, cum communi opinione quam sequitur *Azor.l.x.inst.mor. cap 4. q.2. & Suar.cap.22.num. 16.* nam clericus habens tale beneficium in se suscipit totam administrationem beneficij ad quam officij recitatio spectat, & licèt possit auferri, cum à prælato habeat depẽdentiam, tamen pro eo tempore, necessarium est, vt onus illud recitandi, quod correspondet illi beneficio, pertineat ad aliquam personam: sed non cadit in alium, nisi in huiusmodi beneficiarium, ergo ipse tenebitur recitare ratione talis beneficij.

10 IIII. Dubitatur, an teneatur clericus recitare officium si habet titulum beneficij, & solum perciperet distributiones quotidianas, sed non redditus beneficij Rx. affirmatiuè, cum *Nauar. cap. 7. de orat.num.28.Azor.quæst.6.& hoc nemo* negat.

11 V. dubitatur, si Clericus resignat beneficium in fauorem alterius cum consensu Summi Pontificis, & sibi omnes fructus loco pensionis reseruet, an ipse, vel cui est facta resignatio, & qui habet titulum, teneatur pensum horarum persoluere.

Medina de orat.q.7. existimat teneri recitare clericũ, qui habet titulum, quia acceptauit cum illo onere beneficium, atq; tali reseruationi fructuum consensit; nã aliàs nemo teneretur officiũ recitare, cum pensionarius non teneatur vt dicemus num.19.

Alij distinctionem adhibent, aut sunt reseruati solũ fructus, & tunc procedere sententiam *Medinæ*, nam ex quo habet titulum posset per se beneficio seruiendo percipere aliquos fructus ratione seruitij, pro quo is, cui omnes fructus sunt reseruati tenetur satisfacere, intelliguntur enim deductis oneribus; si vero non solum sunt reseruati fructus, sed etiam seruitium, ac tota beneficij administratio resignanti; tunc habentem solum tit. non teneri recitare, ex quo non potest deseruire, nec aliquid per-

percipere ex beneficio. *Ita Nauar. in manuali cap. 25. n. 103. Corduba in summa q. 1. 6. pun. 2 Vega 1 p. cap. 128 casu 12. Tolet. in summa l. 2. cap. 14. nu. 8. & alij.*

Sed vt veram resolutionē huius quęstionis tradamus distinguendum est inter beneficia residentiam habentia, seu seruitium, & ea quæ non habent residentiam.

Si beneficium habet residentiam, tunc si tantum sunt reseruati fructus, habens titulum tenetur officium recitare, siue sint reseruati fructus ex eius, vel prædecessoris consensu, tum quia posset percipere aliquos fructus per se seruiendo benef. ratione seruitij, pro quo tenetur is satisfacere, cui sunt omnes fructus reseruati, qui intelliguntur deductis oneribus, tum etiam quia habet administrationem, cuius pars est recitatio officij, secus verò si fuerint reseruati fructus cū tota administratione, tunc. n. non teneretur recitare officium habens titulum; licèt ex eius consensu reseruatio fiat; sed ille tenebitur, cui est facta huiusmodi reseruatio, non ratione pensionis per se, sed ratione administrationis, cū recitatio diuini officij sit pars illius administrationis, vt dixi; & is, in cuius fauorem est facta talis reseruatio in re, & effectu est beneficiatus, sicut prius, & nihil transtulisse videtur in resignatarium, nisi solum titulum sine effectu. *Ita Corduba loco cit. Toletus in summa lib 2. cap. 14 in fine Suar. 2. tomo de relig. l. 4. cap. 20. num. 5. & Garcia de benef. 1. tom. p. 3. cap. 1. nu 55.*

Si verò beneficium non habet residentiam, seu seruitium, vt sunt præstimonia, tunc habens titulum, si ex eius consensu sunt fructus reseruati, tenetur recitare horas canonicas, habet enim titulum, & beneficium, & cū huiusmodi onere acceptauit beneficium, atq; præstitit consensum tali reseruationi; alias nemo ad officium recitandum teneretur, quia pensionarius ad eum non tenetur, & cum sit facta reseruatio ex eius consensu, per eū stetisse videtur, quominus percipiat fructus, nec potest dici, Papam velle illū absoluere ab onere recitandi, cū de eius consensu reseruet. si verò fuerint reseruati fructus ex consensu prædecessoris, tunc succedens in eo tit. beneficij, non tenetur recitare, per ipsum enim non stat, nec stetit, quo minus percipiat fructus, nec ille in cuius fauorem

uorem eſt facta reſeruatio tenebitur recitare officium diuinum, quia eſt penſionarius, ſeu loco penſionarij; Ita *Flam. Pariſ. lib. 6. de reſig. q. 1. num. 43. & 44. & Garcia 1. tomo. p. 3. cap. 1. nu. 58.*

12 VI. dubitatur, an recipiẽtes beneficiũ in cõmendã teneã tur horas canonicas recitare.

In hoc dubio dicendum eſt, aut quoad totam adminiſtrationem quis habet beneficium integrè commendatum, & tenebitur, licèt illa commendatio eccleſiæ nõ ſit in titulum beneficij erecta, neq; conferatur in perpetuũ, Ita *Medina de orat. q. 7. Ledeſm. 4. p. 2. q. 16. ar. 4. dub. 5. Nauar. de orat. cap. 20 nu. 16. Azor. l. 10. inſt. mor. cap. 3. q. 6. & alij*, nam licet non ratione beneficij, quod ipſe habeat, obligetur, tamen cum ſit loco beneficium habentis ſubrogatus, cum tota beneficij obligatione ab eo acceptata; obligatur, cum pro tũc equiualeat illa obligatio, titulo beneficij, quo ad omnia onera eius. ſi verò tantum commendetur, quo ad exteriora, & publica ſeruitia eccleſiæ, tunc non tenebitur recitare ex vi huius commẽdationis, v.g. ſi beneficiatus propter negotia à ſua eccleſia abſfuturus, comẽdet alicui clerico, etiam mercennario; vt inſeruiant pro eo toto illo tempore abſentiæ, tunc ex vi huius oneris, quod in ſe ſuſcipit, non tenebitur talis ſubſtitutus recitare officium, niſi quatenus fuerit neceſſarium iuxta morem eccleſiæ illud canere publice in ea eccleſia, cum ſit illi commendatum ſolum publicum, & externum miniſterium, & obligatio recitandi priuatim ſemper apud proprietarium manet, ita vt alteri illam delegare non valeat, ita *Suar. 2. tomo de relig. lib. 4. cap. 22. num. 14. & Garcia. 1. tomo p 3. cap. 1. nu. 105.*

Ex quo infertur, quod milites S. Ioannis, aut alij gaudentes commendis Eccleſiaſticis, tenentur ad recitandũ officium diuinum, quia dicũtur habere beneficia Eccleſiaſtica ſi hæc retinerent titulo clericali, cum extent aliquæ commendæ, quæ titulo ſeculari confernntur abſq; onere, perſoluendi officium diuinum. Ita *Molſeſ. cap. 2. n. 20. Garcia par. 1. cap. 4. nu 6. Barth. à S. Fauſto de hor. can. lib. 2. q. 22. & alij.*

13 An autem teneatur recitare officium ille, cui commendatur tota eccleſię adminiſtratio authoritate Papæ quandiu beneficiatus puer non

non valet recitare.

Respondetur affirmatiuè, quia hoc casu intelligitur Vicario commissum totum beneficij onus, etiam quo ad recitationem, ne ecclesia priuetur vllo officio, Ita *Suar. cit. num. 15.*

Sed vtrum obtinens beneficiũ simplex ex dispẽsatione apostolica ante ætatẽ requisitam 14. ann. iuxt. dispositionem, *S.C.T. sess. 23. cap. 6. de reformat.* censeatur immunis ab onere recitandi officiũ. Dic nequaquam esse immunem, cum duo specialia non debeant circa idem cõcurrere, vt *per Azor. lib. 10. cap. 3. q. 12. & Nald. in summa verbo beneficium num. 17.*

VII. Dubitatur, an coadiutor beneficiarij teneatur
14 ex vi coadiutoriæ recitare officium diuinum.

Et dicendum est non teneri, cum ex vno beneficio non obligentur duo ad recitandum officium, sed onus recitandi semper manet apud proprietarium, quia est onus personale, sequens beneficium, quod ipse proprietarius integrum retinet, ergo non transit ad coadiutorem, tenetur tamen ipse coadiutor ad satisfaciendum in choro, vel simili ecclesiæ seruitio, in quo obligatur iuuare, à quo excusatur proprietarius per coadiutorem seruiendo, ita tenent *Nauarrus de oration. cap. 20. num. 18. Azor. l. 10. inst. moral. cap. 4. quast. 1. Suar. cit. l. 4. cap. 22. num. 19. & Garcia 1. tom. p. 3. cap. 1. num. 109.*

Confirmatur quoque huiusmodi sentẽtia ex eo quod declaratum est à Sũmo Pont. Paulo V. ad petitionem ecclesiæ cathedralis Conimbricensis in quodam breu. anni 1606. vt refert *Suar. cit. loco,* in quo inter alia declarat coadiutores canonicorum non esse verè canonicos, nec pro talibus habendos viuentibus coadiutis, ergo idem dicendum est de coadiutoribus in alijs quibuscunque beneficijs.

Aduertendum tamen est quòd si huiusmodi coadiuto-
15 res habeant propriam pensionem super beneficio, tenentur recitare officium paruum B.M.V. iuxta *constitut. Pij V. incip. ex prox. Lateran. concil.* quia recipiunt vt clerici talem pensionem, si verò reciperent aliquam sustentationem per modum stipendij, nõ tenentur, quia nõ cõprehenduntur sub dicta *bulla Pij V.* sed satisfaciunt eorum obligationi implendo suum ministerium; *ita Suar. 2. tomo*

de relig.l.4.cap.22. num. 19. in fine.

VIII. dubitatur, an clericus beneficiarius teneatur recitare, officium diuinum à die collationis, vel à die obtentæ possessionis beneficij.

16 *Nauarr.de oration.cap.7. num. 29. & in manuali cap. 25. num. 103.* inquit ab eo tempore obligari, quo incepit habere ius in re per collationem, & acceptationem (nam ante acceptationem ius non acquirit, cap. si tibi absenti de præben.in *6.*) quia ex eo tempore debentur beneficiario fructus, licèt nondum acceperit possessionem, & ex eo die incipit habere ius, & titulum beneficij.

Sed licet hæc sententia *Nauarr.* fit rationi, & iuri valde conformis, quam etiam sequitur *Garcia 1. tomo pa.3. cap.1.num. 93.* tamen *Flam. Parif.l.1.de resig.benef. qu.9. num. 15.* censet non teneri recitare, nisi à die possessionis, idque vsu receptum esse profitetur in Romana curia, & est opinio satis probabilis, secundum *Lessium de iust.lib. 2.cap.34.dub. 30. num. 167.* quam sequitur etiam *Menoch de arbitrarijs lib. 2. casu 419. num.24* *Suar.2.tomo de relig.l 4 cap.19.num.7.* & alij nam sæpe ante initam possessionem ius est incertum, cum contingere soleat, vt qui impetrauit beneficium videat se nil impetrasse multis de causis, vt quia non vacabat, vel alius ante eum prius impetrauerat. Et quod tempore possessionis inueniat aliquos fructus priori tempori correspondentes, ex quo accepit titulum, est accidentarium, nam sæpe so-

17 let contingere vt nulli sint. Limitatur tamen hoc dummodo per ipsum non stet quominus consequatur beneficij possessionem, quia tunc tenebitur recitare; ita *Tolet.in summa l. 2. cap. 14. num.8.& Azor.lib. 10. inst. mor.cap.4 q.6.*

Ex hoc colligi potest clericum non teneri recitare

18 horas canonicas ratione solius tituli.

An autem beneficiarius teneatur totum officium eo die recitare, quo beneficii possessionem accepit.

Et dicendum est teneri solum ad recitandum horas correspondentes horæ, in qua beneficij possessionem accepit, sicuti dictum est de eo qui ordinem subdiaconatus suscepit, supra num. 31. Ita *Suar.lib. 4. cap. 27. num. 8. Filiuc.cap.9.nu.285. Bart. à S. Fau.*

à S. *Fausto de hor. canon. qu.* 202. *Bonacin. eod. tract. disp.* 1. *quaest.* 2 *part.* 5. *num.* 10. *& alij*

IX dubitatur, an clericus, qui pensionem ecclesiasticã
19 obtinet, teneatur officium diuinum persoluere.

Dico, nõ teneri cũ cõmuni cõsensu recepta sentẽtia, hodie tamen ex *constitut. Pij V. cit.* tenetur recitare officium paruum B.M.V. si vt clericus pensionem ecclesiasticam obtinet, quod si omiserit totum, vel partem, tenebitur ad fructus pensionis restitutionem pro rata officij praetermissi, vt diximus de beneficiario omittente recitare officium sup. num. 2.

Sed si talis pensionarius esset in sacris constitutus,
20 vel beneficium aliquod haberet, quibus in casibus tenetur recitare horas canonicas; an etiam sit adstrictus officium paruum B.M. Virg. recitare.

Et fatendum est, non teneri, nam ea videtur mens Pii V. in dicta constitutione, vt tunc pensionarius teneatur recitare officium B.M. si alias non teneretur officium diuinum persoluere, ita *Vega* 2. *part. cap.* 65. *casu* 1. *Garcia* 1. *tomo* 3. *p cap.* 1. *num.* 116. *&* *Azor. l.* 10. *inst. mor. cap.* 4. *quaest* 3.

An autem teneatur clericus soluere pensionem si ca-
21 su fortuito non perciperet fructus beneficii.

Respondetur negatiuè, nisi esset dictum, quamuis fructus non perciperet, ita Gigas de pens. qu. 62. num. 10. idemque dicendum est si per multos annos fructus beneficii non perciperet, ita *Flam. Paris. de resig. benef lib.* 1. *qu.* 8. *num.* 48. cum pensio sit imposita super beneficiũ. *Suar.* 5. *tomo disp.* 13. *sect.* 2. *num.* 14.

X Dubitatur, an litigans
22 de beneficio teneatur recitare horas canonicas.

Dico teneri, si habet possessionem beneficii, & percipit fructus, vel si non percipit sperat satis probabiliter illos recuperare, cum ius habeat in beneficio ratione possessionis, & teneatur ad totam administrationem beneficii, cuius pars est officii recitatio. ita communiter doctor. si vero neuter possidet, & vterque dubius sit de iure satis probabile est, neminem teneri, cum nemo ius habeat, & durum sit pro re dubia obligare non habentem possessionem, ita *Azor. lib.* 10 *inst. mor. cap.* 4. *q.* 9. *Suar.* 2. *tomo de relig. lib.* 4. *cap.* 20 *num.* 19. & *Garcia* 1. *tomo* 3. *p. cap.*

 1. *num.*

1.*num.* 104. & licet ecclesia interim careat illo seruitio, vel officio, est per accidens cum tunc sit beneficium quasi vacans.

XI. dubitatur, an clericus cæcus beneficiarius, vel in sa-
23 cris constitutus teneatur recitare officium diuinum.

Tolet. in summa lib 2. *cap.* 14. *num.* 7. simpliciter dicit excusari à recitando.

Alii verò affirmant si recitare poterit, vel cum socio si commodè potest illum habere, vel memoria si ex consuetudine officium mēte retinuit. Ita Nauar *de orat. c.* 11. *num.* 13. *Iac.* Graff *l.* 2. *decis. cap.* 53. *num.* 4. Azor. *l.* 10. *inst. mor. cap.* 13. *q.* 3. *& alij.*

XII. dubitatur, an talis Clericus cæcus teneatur ver-
24 sus ad se pertinentes dicere cum socio, si nihil posset ipse solus dicere memoria, nec cum socio alios versus recitante.

In hac dubitatione *censent Filiucc. tract.* 23 *cap.* 9. *quæst.* 4. *n.* 290. & alij, *cum Suar.* 2. *tomo de relig. l.* 4. *cap.* 27. *num.* 16. huiusmodi obligationem illi non esse imponendam, cum sit extraordinaria diligentia, ad quam præceptum generale obligare non videtur, sed consulerem illo modo recitare. Si vero talis clericus ratione beneficii teneretur in choro assistere, debet in choro isto modo officium recitare si aliter non posset, aliàs non videtur excusari à graui culpa secundum *Suar. cit.*

XIII. An clericus surdus beneficiatus, vel in sacris te-
25 neatur recitare officium.

Et dicendū est, quod si est surdus, & cæcus, non tenetur recitare, nisi quantum memoria potest iuuare, cum non possit hoc casu vti auxilio socii; si est surdus tantum, & non cæcus, tenebitur cum possit legere, & per se solum officium dicere, nam satis est vt mente possit attendere, & cognoscere, quid dicat, licèt non audiat se ipsum, cum præceptum obliget ad dicendum, si vero solus non posset, recitare, neq; teneretur cum socio, quia inepta esset recitatio cum socio, cum illum, surdus audire non valeat, nec verum officium recitaret, quia ommitteret totam partem, quam socius proferret. Imò licèt sit ita surdaster, vt sine magna vociferatione alterius audire non possit, si non potest solus recitare, non est obligandus cum socio, cum sit socij magnum grauamen, ad quod humana præcepta

non

non obligant, & huius sententiæ est Suar. cit. num. 17.
26 vbi notat quòd si huiusmodi surdus, vel cæcus teneretur assistere, seu residere in choro tenebitur assistere, cum saltem debeat exhibere, quod potest, qui totum quod debet soluere non valet.

XIV. dubitatur, an clericus infirmus teneatur horas
27 canonicas recitare. Distinguendum est, si infirmitas ei notabiliter noceret, vel nimium dolorem, vel corporis vexationem afferret, excusatur: est communis opinio, & sumitur ex *cap. clericus victa dist. 91. & cap. ad audientiam de cler. non residen.* non tamē excusatur ab officio propter moderatum dolorem capitis, pectoris, vel stomachi. Quanta autem debeat esse
28 infirmitas, vel dolor, vt quis excusetur à penso horarum; in dubio, arbitrio medici est standum; sicuti in ieiunio, ita *Syluest. verb. hora quæst. 4. & Azor. l. 10. inst. mor cap. 13. q. 1. & alij.*

An autem p. m. contra præceptum officij diuini recitandi, is, qui minimum comedit, præuidens se omissurum horas canonicas.

Affirmant *Med. 1. 2. q. 51. a. 5. Homobon de exam. eccl. p. 2. tract. 8. c. 7. q. 23. & alij*, quia trasgressio eiusmodi est voluntaria in causa, quorum opinio est satis probabilis.

Alii vero, magis probabiliter censent contrarium, quia illud præceptum solos sanos obligat, neque ad sanitatem conseruandam ad ea implenda necessariam adstringunt vt per *Sanch. in summa lib. 1. c. 15. in fine et per eruditiss. P. Franc. Meroll. tom. 2. disp. 4. dub. 27. num. 435.*

Et nota quod eo casu, quo excusatur recitare, non tene-
29 tur alios recitantes officium audire, neque sanus effectus illud repetere, secundum *Nauarr. in manu. cap. 25. num. 100. Silu. cit. q. 4. & Tol. l. 2. cap. 14. num. 2.*

Excusatur quoque clericus ex graui occupatione, vel necessitate vrgente; vel metu mortis, secundum *Na-*
30 *uarr. de orat. cap. 11. num. 34. & Azor. q. 15. & 19.* Similiter excusatur, qui codicem horarum perdidit, nec potest aliunde habere, vel si non habet vnde emat.

Sed si sua culpa pdidit, aut pro iecit breuiarīū in mare, vel in ignē, tūc toties peccaret mortaliter, quoties non recitaret quia omnes omissiones futuræ voluntariæ sunt, quatenus præuisæ moraliter fuerūt, nisi postea eū pœniteat talis culpæ

quo

quo casu amplius non peccabit durante ea necessitate dum non poterit aliud habere;tenebitur tamen si fuerit beneficiatus, restituere omnes fructus omnium dierum, quibus diuinum officium propter illam culpam prætermisit, quia ipse fuit in causa totius damni.*Tolet nu. 5. Azor.q.16.Barth. à S.Fausto de bon.can.lib.2. qu. 244.* Sed latius vide per *P. Fran. Meroll.tom.1.disp.2.cap. 1. à num.36.& tom.2.disp.4 cap. 3.dub.37 num 43.*

Quod si aliquis carens breuiario, licet non posset memoriter totum officium recitare, posset tamen integram aliquam horam, tenebitur illam recitare, secus vero si psalmos tantum sciat non autem lectiones, orationem,& capitula;quia illi psalmi,vt sic, non sunt horæ canonicæ, neque diuinum officium, ad quod tantum recitandum cler. tenetur, vt resoluit *Suar.lib.4 cap.27. nu. 10.& sequitur* Bart.à *S.Fausto q.246.*

31 XV. dubitatur,si infirmus clericus non potest totũ officiũ,sed partẽ recitare,an partem illã persoluere teneatur.

Affirmat *Nauarr. de oration.cap.11.num.15.& Azo. l.10 inst.mo.c.13.q.4.*si potest maiorẽ officii partem recitare, secus verò si minorem partem recitare potest, quia non obligatur, cum lex non obliget semper quamlibet partem minimam implere. *Suar. tamen 2. tomo de relig. l.4.c.27.n.23 et 27.*probabilem existimat si infirmitas impedit particulariter alicuius horæ recitationem propter difficultatem in ea dicenda, vt solet esse in matutino propter visus, & capitis debilitatem, excusari; sed si in aliis horis non est illa difficultas,sed commodè posset recitare,tenebitur eas persoluere,siue plures, siue pauciores illæ sint, nam præceptum integrè recitandi officium constat ex horis distinctis,& singulæ continent per se quandam integram orationem,& ab alijs separatim dici possunt,ideò qui aliquas ex horis recitare potest, licèt non omnes, illas tenebitur dicere. Probatur quoque huiusmodi opinio; *ex communi sententia*, quæ existimat eum, qui subdiaconatum suscepit hora, sexta non teneri ad horas præcedentes officii recitandas, sed obligari ab hora, sexta, vel nona officii illius diei,quia obligatio,quæ nunc incipit,ad præteritum tempus non retro-

tra-

trahitur. Ita *Azor. l.* 10. *cap.* 13. *qu.* 17. vnde patet quod potest recitari pars officii; ergo si potest hoc præceptum ex parte adimpleri, obligat; tandem *Gratia* 3. *p cap.* 4. *num.* 116. inquit non esse tãto rigore vtendum cum infirmis nisi constet clarè, posse commodè illud recitare.

Est tamẽ aduertendũ; quod licet cum de ægritudinis grauitate dubitatur, sufficiat consilium, & ludicium prudentis, & periti medici, vt ab onere recitandi sit liber, vt notat N*auarr. cap.* 21. *num.* 16. & vsu receptum videtur, nihilominus si consilio & iudicio medici res adhuc sit dubia, tunc requirenda erit superioris auctoritas, qua ab obligatione recitãdi æger eximatur. Sic N*auarr. cit. & de orat. cap.* 31. *num.* 3. *Suar. l.* 4. *cap.* 28. *n.* 20 B*onac. de hor. can. disp.* 1. *qu.* 6 *pu.* 1. B*arth. à* S. *Fausto d. lib.* 2. *qu.* 220. *& alij.*

XVI. dubitatur, an clericus infirmus teneatur alias
32 preces recitare si non potest officium canonicum persoluere.

N*auarr. de orat. cap.* 11. *n.* 19. exist. non teneri de iure humano, sed de iure diuino naturali ad aliquam compensationem faciendam.

Sil. tamen hora q. 4. *Azor. q.* 8. *& Suar. cap.* 27. *num.* 19. negant vtroque iure teneri, nam de iure humano est certum, quia nullum ius hoc onus imponit, & de iure diuino nulla est obligatio in clericis de aliqua particulari oratione facienda, & si esset hoc præceptum non obligaret pro semper, cum esset pręceptum affirmatiuum pro tempore necessitatis; vnde non est dicendum obligari tempore infirmitatis, vel alterius impedimenti.

XVII. dubitatur, an sacerdos cum quo est dispensa-
33 tum ad nuptias contrahendas teneatur pensum horarum persoluere.

Affirmat *Sanchez* 2. *tomo l.* 8. *disp.* 8. *num.* 11. dum habitum non mutat ad vtendum dispensatione; cum non dum recesserit à sacerdotali statu, & interim possit celebrare, beneficii fructibus, ac aliis priuilegijs frui: secus si induit secularem habitum, relicto clericali, vt ad nuptias *transeat* vtens dispensatione; nam manente charactere indelebili, translatus est ad secularem statum, & priuilegiis non gaudet; ideò debet quoque ab oneribus Sacerdotio annexis es-

se exemptus, & ita etiam sentit *Manuel Rodriqu. 1. tomo summa in 2. Edit. cap. 141. nu. 14. de religioso*. Quem sequitur *Bartholomeus à S. Fausto in thesaur. religios. de tribus votis lib. 7 q. 54.*

Quæ doctrina (re maturius considerata) patitur difficultatem, ex quo talis sacerdos dispensatus ad nuptias contrahendas antequam matrimonium contrahat, licet relinquat habitum clericalem, non assumpsit statum contrarium, & incompatibilem clericatui, ita vt frui non valeat priuil. Cleric. & reassumere habitum, ac non teneatur ad onera sacris ordinibus anexa; & Ideo dicerem. Quod doctrina prædicta procedit post matrimonium contractum, cum tunc dicatur assumptus status incompatibilis clericatui. Sed antequã sit contractum matrimonium, licet reliquerit habitum, teneri ad onera annexa sacris ordinibus, & gaudere priuil. cleric. cum nondum sit assumptus status cõtrarius, & incompatibilis clericatui, & hanc opinionem est sequutus nouissime doctiss. *Franc. Merolla 2. tomo Theologia moral. disp. 4. cap. 6. num. 34.*

XVIII. dubitatur, an sacris initiatus ante pubertatem
34 teneatur recitare officium canonicum.

Dico, nequaquam teneri, donec ratificet ordinem adueniente legitima ætate, nam cum non teneatur ad continentiam ordini annexam principaliter, vt dicemus nu. 84. neque tenebitur ad officium, quod est onus minus principale, ita *Sanch. 2. tomo l. 7. disp. 30. n. 11.* Et quia de iure nouo; Trid. sess. 25. c. 15. de reg. ætas requitur decimisexti anni completi ad votum solemne castitatis, quæ requiritur in promoto ad sacros ordines, vt teneatur hoc voto castitatis, ideo est etiam dicendum promotum ante huiusmodi ætatem, neq; teneri ad officium recitandum ratione supra allata, ita *Sanch. num. 18.*

35 XIX. dubitatur, an clericus sacris initiatus per vim, & metum teneatur recitare officium diuinum.

Et minime teneri dicendũ est, cum onus recitandi officium sit adiunctum ordini sponte suscepto, sicuti continentiæ votum, vt dicemus infra num. 80. tamen si postea ratificet verbo, aut facto sciẽter exercendo illum ordinẽ sine coactione, ex tunc obligabitur; cum elegerit per il-

lam

lam ratificationem in ordine permanere, ita *Sanch. disp. 29.num.7.& 9.& alij.*

36 XX. dubitatur, clerici in sacris, vel beneficiarij, qua attentione teneantur recitare officium canonicum.

Aliqui existimant teneri recitare attentione exteriori tantum, quæ consistit vt nõ fiat aliquid exterius, quod sit incompatibile attentioni orationis; verbi gratia, non scribat, non numeret pecuniam, &c. ex quo ea sola præcipitur in cap. dolentes, de celebrat. missarum ideò qui recitando officium, sola mentis euagatione distrahuntur, secundum ipsos præcepto satisfaciunt, nec peccant mortaliter. ita tenent *d. Anton. 3. part. tit. 13 cap. 4. Angel. verbo hora num. 28. Silu. hora quæst. 11. Durand. 4. d. 15. qu. 12. num. 6. Paludan. 4. d. 15. quæst. 5. art. 2. conc. 4. Medina de oratione quæst. 16. & alij*, ratio eorum est, quia ecclesia non potest præcipere, nec punire actus interiores, & consequenter, nec præcipit mentis internam attentionem.

Alij verò censent, clericos teneri recitare non solum attentione exteriori, sed etiam interiori, saltem ea, qua attendimus ad verba, ea debite proferendo ex præcepto dicti, *cap. dolentes. est cõmunis opinio d. Thom. 4. d. 15. quæst. 4. art. 2. quæstiuncula 4. Aragon. 2. 2. quæst. 83. art. 13. Nauarr. de orat. cap. 13. num. 19. Soti de iust. lib. 10. q. 5. a. 5. concl. 7 Sayr. de cens. lib. 3. cap. 4. num. 23. Sua. 2. tom. de relig. lib. 4. cap. 26. num. 3. & 5. tomo disp. 4. sect. 2. num. 25. Lessii de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 11. num. 64. & Garcia 1. tomo part. 3. cap. 1. num. 182.* Ratio est quia licet ecclesia non possit præcipere, & punire actũ internum secundum se, & absolutè sumptum, cum sit inuisibilis; tamen potest præcipere, & punire actum internum, vt vnitum, & moraliter informantem exteriorem actum, cum sit aliqualiter sensibilis per actum exteriorem, & hoc modo ecclesia præcipit attentionem, vel deuotionem inter orandum exterius, cum illa attentio sit forma constituens actum exteriorem, in ratione orationis; & hæc sententia est in praxi tenenda.

37 Ex quo colligitur. Primo, quod si quis culpabiliter cũ mentis distractione horas canonicas recitaret, non impleret præceptum, & consequenter pecc. mortaliter,

& teneretur repetere. Dixi culpabiliter, quia si distractio esset inuoluntaria non peccaret, nec teneretur, repetere. ita *Azor. lib. 10. inst. moral. cap. 12. quaest. 3. 6. & 12. & Lessius loco citato num. 67. & 70.*

38 II. colligitur quod si ex nimia acceleratione nō proferret verba integra, & distinctè, vel cum alio recitans, non expectaret fines versũ, non impleret praeceptum dicti *cap. dolentes*, Ita *Toletus in summa lib. 2. cap. 13. nu. 9.*

39 III. colligitur quod si dum persoluit horas canonicas se vestibus induit, faciem lauat, & similia facit, impleret precceptum ecclesię, quia ea sunt opera, quae non impediunt animi attentionem, ita *Caie. 2. 2. quaest. 83. art. 13. Sot. lib. 10. de iust. quaest. 5 art. 5. conclus. 87. & Azor. quaest. 7. & Medina in summa lib. 1. cap. 14. §. 11.*

40 Huiusmodi autem attentio debet esse vel actualis, vt cũ actu cogitamus, & aduertimus, vel virtualis nēpe ex vi, & virtute prioris attentionis: sit exemplum, incepit quis officium recitare, & in animo habet attendere, dein de recitando inuoluntariè distrahitur varijs cogitationibus; tunc attentè dicitur recitare virtute prioris voluntatis; non tamen sufficit attentio habitualis, quae dicitur esse in eo, qui officium recitat vsu, quo consueuit recitare, nihil de eo cogitando, cum haec attentio possit quoque esse in dormientibus, ita *Azor. lib. 19. cap. 12. quaest. 1.*

41 Illa denique attentio in officio persoluendo, qua attendimus ad verborum sensum, vel ad finem orandi idest considerando se Deo esse praesentem, & cum eo verba facere, &c. non est sub praecepto, licet sit maximè vtilitatis; sed solum illa attētio est sub praecepto, vt dixi, qua attendimus ad verba, ea debitè proferendo, ita *Tolet. lib. 2. cap. 13. num. 9. & de hoc latè Suar. 2. tomo de relig. lib. 3. cap. 4. num. 2. & 8. & alij.*

42 XXI. dubitatur, an clericus beneficiarius, qui voluntarie distrahitur recitando officium, teneatur fructus beneficij restituere.

Negant aliqui, cum restitutio fructuum sit poena in beneficiarios omittentes diuinum officium: sed qui voluntariè distrahitur recitando officium, illud non praetermittit, sed malè recitat, ergo non tenebitur restituere.

re. Ita *Medina de orat. quaest. 16. & Corduba in suis quaest. lib. 4. quaest. 13. de potestate Papa, & Tolet. in summa lib. 2. cap. 12. num. 16.* quorum opinionem tanquam mitiorem, probabilem existimat, *Azor. lib.* 10. *instit. mor. cap.* 14. *qu.* 8. Nec obstat quod peccat. m. neque ecclesiae praeceptum in *d. cap. dolentes, de celebrat. missar.* impleatur; quia non omne peccatũ mortale in recitandis horis commissum obligat ad restitutionẽ; sed illud, quo praetermittitur horarum recitatio.

Alij vero, ac probabilius affirmatiuuam sententiam tuentur, talem clericum non solum peccare mortaliter, sed etiam teneri ad fructuum perceptorum restitutionem, Ita *Nauarr. de orat. cap.* 20. *num.* 32. *Azor. citat. à Suar. 2. tomo. de relig lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 26 *& Garcia* 1. *tomo p.* 3. *cap.* 1. *num.* 186. cum praeceptum ecclesiae in d. cap. dolentes sit recitandi horas canonicas attentione interiori, & exteriori, vt diximus num. 36. ex communi sententia, & restitutio praedicta nascitur ex transgressione huius praecepti; nec solum malè recitat, qui sine attentione dicit officium, vt contraria sententia existimat; sed re vera simpliciter non orat, nam licet verba proferat, & legat, non est oratio.

43 XXII. Dubitatur, si clericus attentè recitat officium diuinum, tamen habet animũ non satisfaciendi praecepto, sed cum proposito iterum recitandi, An debeat iterum repetere, vt praecepto satisfaciat; vel sufficiat, vt mutata voluntate velit satisfacere per praecedentem officium.

Aliqui existimant, teneri repetere, nam licet cum praeceptum implemus non sit necesse, vt illud adimplere expressim velimus; tamen oportet non habere contrariam voluntatem, cum non exequatur praeceptum, qui contrariam habet voluntatem nec actus agentium, secundum Iuristas, eorum intentionem transcendunt; l. non omni omnis, ff. si certum petatur, imò de facto ille non impleuit praeceptum per primam recitationem, ideò licet velit postea per illam eamdem implere, non poterit; Ita tenet *Medina de orat. quaest.* 16. *Nauarr. de oration. cap.* 13. *num.* 15. *& Azor. l.* 10. *inst. mor. cap.* 12. *quaest.* 8.

Alij verò censent, non teneri iterum repetere, sed sufficere, si mutata voluntate

velit satisfacere per priorem recitationem, quia tunc reipsa talis clericus fecit totum, quod ei præceptũ est, & hæc opinio est probabilior, quam tenent *Arag. 2. 2. qu. 83. art. 13. Valentia 3. tomo disp. 6. quæst. 2. puncto 10. §. fin. in fine, Suar. 3. tomo disp. 88 sect. 3. & 1. tomo de relig. l. 4 cap. 26. num.* 8. *& Garcias tract. de benef. 1. tomo part. 3. cap. 1. num.* 198. Imò addit *Garcias cum Valentia, contra Suar.* adhuc satisfacere præcepto; licèt priorem voluntatem non mutet; nam præceptum nequaquam intentionem requirit implendi in actu signato; sed tantum in actu exercito; Solum enim obligat ad recitandum, & sic ad substantiam actus; non autem ad hoc, vt quis particulari alio actu voluntis, & in actu signato velit quoque præcepto satisfacere, & qui recitat quamuis nolens satisfacere, verè tamen recitat: atque eo ipso, præcepto verè satisfacit, nec in potestate alicuius est præcepto non satisfacere, posita voluntate recitandi officium. Intellige tamen de eo, qui voluntariè recitat, non autem per vim præcisam, vel violenter recitaret, quia tunc non recitaret, & ita doct. citati loquuntur, & notat *Garcias nu.* 198.

Neque obstat, quod actus agentium non operentur vltra eorum voluntatem, quia hoc procederet, si in proposito intẽtio satisfaciendi præcepto requireretur; at diximus non requiri, sed solum faciendi actum, ergo.

44 Aduerte tamen, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, etiam in opinione Nauarr. Medinę & aliorum: sed virtualem sufficere, vt est in eo, qui caperet breuiarium animo deliberato, aut aliud simile faceret; ita vt requisitus cur id faceret, responsum daret, se id facere ad recitandum officium; & suæ obligationi satisfaciendum, vt rectè inquit *Nauarr. de orat. cap. 13. num. 16. & Garcia 1. tomo part. 3. cap. 1. num.* 209.

45 XXIII dubitatur, quæ vox requiratur, ad recitandum officium diuinum, nam secundum omnes requiritur vox sensibilis, ex *cap. 1. & cap. dolentes. de celebr. miss.*

Quidam existimant requiri tam alta voce recitari, vt ab alijs percipi possit; nam vox non est sensibilis, nisi in ordine ad auditum, ergo talis debet esse, vt ab alijs possit audiri.

Alij

Alij verò dicunt satis esse formare vocem articulatam, licèt à semetipso, nec ab alijs audiri possit; cum ecclesiastātū pręcipiat vt voce oretur non autem quantitatē vocis, & hæc opinio est verissima speculatiuè loquēdo nam loquēdo moraliter difficile poterit dari casus, vt qs formet vocem articulatam, & non audiat se ipsum, si nullum est impedimentum ex parte auditus, aut ab extrinseco, qualis esset magnus rumor; dico tamen, quod si daretur casus præcepto satisfaceret.

Quantum verò ad praxim attinet si quis recitaret officium, & non perciperet se ipsum recitantem, teneretur iterum repetere, quia probabiliter iudicare potest non formasse vocem articulatam nisi fortè adfuisset aliquod impedimentum, quod auditionem vocis impediuisset. Quando autem quis recitat cum socio, qui etiam tenetur ex obligatione; debet ita alte recitare, vt percipiatur à socio; & hoc non vt ipse, sed vt socius satisfaciat, ita *Medin de orat. quaest. 7. Azor. lib. 10. inst. mor. cap. 11. quaest. 4. & Suar. 2 tomo de relig. lib. 4. cap. 7. num. 5.*

46 In choro tamen huiusmodi officium canonicum est recitandum alta voce, secundum omnes doctores, nam actionis modus debet finī eius accomodari; sed finis huius publicæ actionis est, vt illam fideles audiant, & excitentur per illam ad deuotionem, vel laudem Dei, ergo necessario alta voce recitari debet.

47 XXIV. dubitatur, an clerici teneantur horas canonicas recitare ordine seruato, etiam extra chorum.

Dico teneri, vt studiosius, & fructuosius officiū persoluatur; alias p. v cum sit inuersio ordinis debiti, & aliquo modo contra institutionem; non tamen peccarent mortaliter, quamuis absq; causa id facerent, nisi ex contemptu, ita *Siluest. verbo hora qu. 9. dicto 4. Azor. cit. cap. 10. quaest. 1. & communiter doct.* quia in substantia impletur præceptū, & defectus est in quodam accidenti; imò si id facerent per obliuionē, vel ex iusta causa, vel fuerint à socio, vel familiari rogati, cui facilè postulata concedunt, nec esset peccatū veniale. est cōmunis opinio, quam sequitur *Tolet. in summa lib. 2. cap. 13. num. 4. & Lessius de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 12. num.* 80.

Hinc est, quod si quis post incep-

inceptam horam sextam recordatur, se non recitasse laudes, potest sine peccato prosequi sextam animo, & voluntate recitandi postea laudes.

Similiter, qui legitimo impedimento detentus non potuit chorum ingredi, nisi inchoata hora, poterit illam prosequi cum reliquis, vsq; ad finem, animo supplendi partem omissam; nam quod ex iusta causa fit, ratiobiliter fieri dicitur, *Nauarr. de orat. cap 21. num. 59. Suar. lib. 4. cap. 24. num. 4. Barth. à* S. *Fausto de hor. can. q. 210.*

Sic etiam, si quis non habens breuiarium ad dicendas lectiones, & occurrat grauis occupatio, quæ non patitur dicere totum officium, nisi dicat, quæ potest, vt psalmos, himnos, & cętera, quæ reperiuntur in diurnali, posset talia dicere, & postea breuiario habito, cetera supplere.

Præterea; iter agentes, qui non habent tempus recitandi in diuersorio totum officium, possunt equitando recitare psalmos, quos memoria tenent, vel facile legere possent, & postea in diuersorio recitare lectiones &c. Sic post alios, *Barth. à* S. *Fausto qu.* 206.

Quod si quis priuatim recitaret officium diuinum, & tempus debitum persoluendi horas non seruaret, ex aliqua iusta causa, qualis erit, iter facere, honesta occupatio studij, aut negotiorum, aut maior quies, & deuotio, nõ peccaret, neque venialiter, vt tradunt communniter doctores, quod si id faceret sine iusta causa, dissentiunt doct. an comittat pecc. ven. Quidam enim affirmant, alij vero negant esse p.v. nisi per contemptum id fiat, *vt doceat Azor. lib. 10. c. 9. qu. 2. Suar. lib. 4. cap. 15. num. 9. & Reginald. lib. 18. num.* 179. ex eo, quia licet iure communi singulæ horæ canonicæ distinctis diei temporibus recitandæ sint (quod ipsarum nomina satis indicant) tamen ferè vbique aliter consuetudine introductum videtur. Horum doctrinam amplectitur quoque *Barth. à S. de hor. can. qu.* 193. dummodo antepositio, vel postpositio horarum sit moderata intra tempus legitimum diei, in tantum, quod si quis sine iusta causa differret matutinum ad vesperas; vel completorium ante prandium recitaret, peccaret venial. cum hæc sit inconsueta, & inordinata inuersio.

Est

Est quoque aduertendum quod vesperting preces,quæ tempore quadragesimæ ante prandium publice in ecclesia iure communi persolui debent; etiam priuatim à clericis ante prandium recitari debent. Cum vsu, & consuetudine sic receptum sit; tamen aliqua iusta de causa post prandium iustè differuntur. *Nauarr. de orat. cap. 3. num.41.Sil.verbo,hora, qu 9.* Sed si priuatim eo tempore vesperas recitaret sine iusta & legitima causa post prandium,peccaret venialiter, *Tolet.lib. 2. cap. 13. Barth. à S. Fausto qu.197.& alij.*

48 XXV.Dubitatur,an clericus peccet, si horas canonicas recitat cum interruptione inter psalmos eiusdem horæ,vel nocturni, aut inter ipsos psalmos.

Leonard.Lessius de iust.lib. 2.cap.37.dub 10.num.53. Inquit in officio priuato nullum esse peccatum, si interruptio fiat iusta causa, ob aliquod legitimum impedimentũ:dicit tamen huiusmodi impedimenta esse vitanda si fuerint præuisa. Si vero interruptio fiat sine causa, non esse sine peccato,cum contineat aliquam irreuerentiam; tamen existimat non esse peccatum mortale, quia manet substantia precum; & licet intermissio duret per vnam,vel duas horas, non esse necessario repetendum, quod est ante recitatum,quia singuli psalmi, & singuli versiculi per se habent suum pondus, & significationem completam; & sunt per se, vel precatio,vel laudatio,vel sententia, non habens cum alijs necessariam connexionem.

49 Communiter tamen Doctores dicunt, si interruptio sit notabilis, seu ad longum tempus,& sine causa,non esse sine peccato mortali nisi repetatur, cum vnitas cuiusque horæ pertineat ad solemnem ritum, & præscriptam formam in recitandis horis canonicis; Notabilis autem interruptio est judicanda ex proportione ad horam, quæ dicitur; verbi gratia,in interruptione matutini necessaria est maior mora tẽporis;quam in interruptione sextæ, vel nonæ, vt dicatur notabilis,sic etiam aliquid maius potest ꝑmitti inter psalmũ,& psalmũ,quã in medio psalmi, Ita *Nau de orat.cap.16.num. 75. Medina de orat.q.16.Suar. 2. tomo de relig.lib.4.cap.24.num.10 & Azor.lib.10.inst.mor. cap. 8. qu.5.*

Et hæc opinio est probabilis, sed primam probabiliorem fatetur, *Barth. à S Fausto de hor. can. qu.* 102. *cum Aragon.* 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. *Rodriq.* 1. *part. cap.* 141. *num.* 3. *& alijs.*

50 XXVI. Dubitatur an clericus impleat præceptū recitādi officiū diuinū, si in officio feriæ recitat officium alicuius Sancti, vel alterius feriæ.

Siluest. verbo hora quæst. 12. *Maior in* 4. *d.* 12. *qu.* 6 *Caiet. in summa verbo hora* §. 3. *& alij* existimant implere præceptum, licet scienter, & sine causa vrgenti hanc mutationem faceret, ex quadam accidia animi, vt facilius, & breuius officium expediatur, vel ex indiscreta deuotione. Ratio eorum est, quia huius præcepti substantia est, vt septem horæ canonicæ persoluantur: sed quòd fit de feria, vel de Sancto pertinet ad modum accidentalem; ideò per huiusmodi mutationem non fieri contra præcepti substantiam, sed cōtra modum, ritum, & ceremoniam, quæ non est transgressio sufficiens ad p.m. & hanc opinionem dicit communem *Azor. l. x. inst. mor. c.* 10. *dub.* 2. *quā etiam sequitur Lessius de iust. l.* 2. *c.* 37. *nu.* 77. qui addit non teneri officiū repetere, licèt scienter mutauerit, quia impleuit, quæ ad substantiam legis pertinent, licet cum peccato veniali sed esse laudabile repetere totum officium, quod mutauit, vel saltem ea, quæ pertinebāt ad proprium officium.

Sed licet horum opinio possit esse vera de iure antiquo, tamen hodie *ex bulla Pij V.* apposita in principio breuiarij non videtur vera, cuius verba sunt hæc. Statuentes breuiarium ipsum nullo vnquam tempore, vel totum vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrahendum esse, ac quoscunque qui horas canonicas ex more, & ritu Romanæ Ecclesiæ iure, vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis pœnis per canonicas sanctiones constitutis in eos, qui diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendum, & psallendum, post hac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas, ex huius Romani breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex eis, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessariò impositum est, nisi sola formula satisfacere posse. Ex qui-

quibus verbis clare patet, præceptum esse recitandi per huiusmodi breuiarium,& secundum ipsius præscriptum,rationem,& formulam, atque secundum ipsius regulas,& rubricas, alias non satisfieri obligationi recitandi, & incurri pœnas in non recitantes constitutas;nam ad formam illam attinet distributio per tempora, festiuitates,solemnitates,& dies, ergo peccat, qui illam spontè mutat; nam est præceptum ecclesiasticum, tam de substantia, quàm de circunstantia actus,& licet de præcepti substantia in genere sit de septem horis canonicis; tamen de præcepti substantia in particulari, & indiuiduo est de septem horis canonicis recitandis; pro vt applicatur tali tempori, vel die, & quod constet ex talibus psalmis, & lectionibus, sicuti dicunt Philosophi, ad indiuiduã substantiam Titij attinere, vt constet ex his carnibus,& ossibus. Vnde p. m. clericus si mutando officium diminueret notabilem orationis partem, vt potest esse in dominica dicendo officium v.g. feriæ 3. alias posset fieri grauis deceptio contra præceptum, & hanc sententiam sequitur *Suar. 2. tomo de relig.l.4.c.23.nu.11.*

Nec obstat quod dicit *Valentia* 3. *tomo disp. 6. q.2.*
51 *puncto* 10. *dictum Pij V.* intelligi de forma ab eo præscripta ad differentiam formulæ breuiarij antiqui, nam illa verba Pij V. nisi hac sola formula, & nõ alia, ex huius breuiarii prescripto, & ratione,significant officium esse recitandũ,nõ solũ per istud breuiariũ, sed etiã secundum ipsius modum,regulas, & rubricas, ita Garcia trac.de *benef.1.tomo p.3 c.1.nu.163.*

Limitat hanc opinionem *Suar. cit.nu.15.* quando officii mutatio non fieret ex contemptu, & esset equiua-
52 lens in quantitate, vel ferè; nec animo eam sæpe pro libito faciendi; tunc.n. inquit non esse peccatum mor. sed veniale, sic etiã si mutaretur officium ex inaduertentia etiã culpabili,inquit, non videri grauem culpam, nec teneri iterum repetere matutinum, vel quid simile: sed tantum requiri aliquam cõpensationem, si officiũ omissum esset maius notabiliter, quod potest esse si in dominicæ officio diceretur officiũ alicuius sancti, quia addi deberent ex nocturnis dominicæ saltem nouem psalmi, ne omittatur tanta pars officij.

Sed vt rectè aduertit *Vega in summa p.1. cap. 128. casu 17 & Garcia 1. tomo p.3.c.1. nu. 166.* si non potest quis
53 mutare officium frequenter sine p.m. nec etiam poterit id facere vno vel altero die; nā pro quolibet die est præceptum distinctum, & officium cuiuslibet diei, onus illius est, ita quod in alium non transit, vti est præceptum quolibet die quadragesimæ ieiunandi, & qui vno die ieiunare definit, p.m.

Admittit tamen *Garcia num. 175.* quod si quis recita-
54 ret de vno sancto, cū esset de alio recitandum, si parua esset differentia inter vnum, & alterum officium, sufficeret repetere hymnum, antiphonas, lectiones, & particularia illius officij, & ita etiam tenet *Tolet. in summa l.2. c.13. num. 6.* Probabile existimat idem *Garcia num. 116.* eum satisfacere, qui recitauit de sancto, cum esset de feria re-
55 citandum, vel è contra; quia fortè calendarium, quod vidit, erat erratum, vel opinionē peritorū sequutus est, quæ deinde falsa apparet, nam tunc omnem adhibuit diligentiam, nec tenebitur iterū repetere, licèt constaret de errore intra eundem diem.

Est autem notandum huius occasione, quod si quis esset de gremio alicuius Ecclesiæ, deberet recitare officium, quod in Choro canitur, vt cēsuit Sac. Congr. 8. Septem. 1602. teste *P. Barth. Gauant. in comment. super rubr. miss. & breuiarij.*

XXVII. dubitatur. An sacerdos teneatur recitare ma-
56 tutinum, cum laudibus antequam missam celebret.

Affirmat cōmunis sentētia antiquorum, quā sequuti sunt *Durand. l.3. de redditibus de c. 4. Azor. l. 10. inst. mor. c. 10. quest. 4.* & alij, tum ratione consuetudinis, tum etiam, quia ea recitatio est dispositio ad missam.

Alij vero probabilius existimant non esse p.m. missam dicere ante matutinū seclusso contemptu, est comunis opinio moder. *Soti. l. 10. de iust. q. 5. ar. 4. post. concl. 2. Arag. 2.2. q. 83. ar. 12. dub. 5. Valent. 3. tomo disp. 6. q. 2. puncto 10. §. 5.* Emanueli *Rodriquez. q. regul. tomo 1. q. 43. ar. 3. Henriq. l. 9. de missa. c. 24. num. 17. Leonar. Lessij de iust. l. 2. c. 37. dub. 12 num 81. notato vlt. Suar. 2. tomo de relig. l. 4. c. 24. nu. 6.* & aliorū nā maior connexio est inter ipsas horas officij, quam cum sacrificio missæ: sed anteponere, vel post ponere horas

inter

inter se non est peccatum m. vt diximus *n.* 47. ergo tanto fortius non erit p. m. dicere missam ante matutinum.

Nec consuetudo, quam affert contraria sententia fuit
57 introducta intuitu talis ordinis; sed quia ex designatis ab ecclesia tẽporibus ad matutinũ, & missam, sequitur moraliter loquendo, vt ante missam, matutinum recitetur; Nec matutini recitatio est dispositio per se ad missã requisita, quia hoc gratis dicitur.

Sed non est prætermittendum, quod hodie ex consuetudine vbique recepta, licitum est Clerico, etiam absque vlla causa, matutinum cum laudibus subsequentis diei recitare de sero diei antecedentis. Per serum, autem, secundum *D. Tho. quodlib.* 5. *art.* 28. *ad* 1. intelligitur tempus quod proxime sequitur post dictas vesperas, & completoriũ, Intellige ly dictas, secundum tempus, quo in publicis officiis Ecclesia seruat, quod solet esse circa tertiam, & quartam horam post meridiem. Ideo posset recitari matutinum aliquando hora vigesima, aliquando hora 21. vel 22. diei, pro ratione temporum, seu longitudinis, & breuitatis diei, vt docent *Suar. l.* 4. *c.* 27. *num.* 14. *Bellarm. lib.* 1. *de bonis operibus c.* 18. *Em. Sa. verbo hora nu.* 17. *Filiuc. cap.* 8. *qu.* 10. *nu.* 275. *Bonacin. de hor. can. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 3. *Bartol. à S. Fausto q.* 196 *& alij*.

XXVIII. dubitatur, An clericus, qui tenetur in cho-
58 ro canere ratione beneficij, vel alia causa peccet mor. si in choro non canit.

Siluest. verbo hora q. 10. existimat hoc esse p. m. in duobus casibus. Primus si ex consuetudine id fiat, non tamẽ pro vnius diei absentia, quia tunc ait, non esse p. m. per se. Secundus, si ecclesia patiatur grauem iacturam, quia tunc eius materia fit grauis.

Suar. tamen 2. *tomo de relig. l.* 4. *c.* 13. *num.* 4. distinguit, aut .n. omittit recitare officiũ in choro cum proposito illud priuatim recitandi, aut simpliciter omittit; si hoc posteriori modo; quia p. m. illud priuatim omittẽdo, seu non recitãdo, multo grauius peccabit si illud omittit, dum aliqua ratione, etiam in choro canere tenetur. Si verò priori modo, potest esse p. m. nisi fiat veniale ex materiæ leuitate, licet propositum habeat priuatim recitandi; nam dum clericus ratione stipendij tenetur canere, vel assistere in choro, grauiter peccabit si

E 2 sui

sui muneris notabilem partẽ ommittit, nec potest supplere per priuatam recitationem publicus defectus concurrendi cum choro.

Nec excusatur à culpa eo quod amittantur distributiones, quia non excusatur culpa ratione pœnæ, & ecclesia priuatur debito sibi seruitio ratione talis beneficii, ita *Suar. num.9.* & facit declaratio S. Congreg. Concilii, his verbis *nullus excusatur a residentia, licet distributiones quotidianas amittere consentiat*, prout refert *Garcia 3.p.c.2.nu.322.*

Quomodo autem se gerere debeant Canonici, & alij beneficiarij vnius chori, quando versus in alio choro cantantur, an teneantur hi submissa voce dicere versus, quos alij canunt.

Et dicendum est non teneri, sed potius expedit nihil dicere, sed tantum attendere canentibus, & per illos quodammodo canere. Ex quo hæc fuit intentio Ecclesiæ cum hunc morem introduxit, & talis est proprius alternatus cantus.

Vnde maius Dei obsequiũ erit deuote audire ea, quæ cantor, vel hebdomadarius dicit, quã per se ipsũ submisse recitare. Imo à viris doctis talis repetitio superflua reputatur, & peccatum propter perturbationem, & occasionem distractionis, quæ alijs præbetur. Sic *Nauar. de orat. cap.10.nu.45. & alij communiter.*

Hinc, qui non repetunt versiculos, qui per organum cantantur, suæ satisfaciunt obligationi, dum aliquis eorũ qui sunt in choro iuxta consuetudinem eos alta voce profert, cum hoc modo, pars illa, aliqua ratione choro communicatur.

Hinc etiam, qui in choro persoluit diuinum officium, non tenetur supplere, quod socij dixerunt, dum tussit, vel cruorem e naribus emittit vel quidquam decens loquitur, sẽ omissũ fuerit modicũ. Quia ratione societatis, dictũ ab vno, censetur dictum ab alijs ita *Nauar. de orat. cap. 19.nu.83. Barth à S. Faust. q. 174. & alij.*

An autem canonici, & alij, qui in choro tenentur officiũ diuinum recitare, dum vna pars chori tacet, teneantur attendere ad aliam quæ cantat, eamq; audire.

Et teneri attente audire dicendum est. Quia tenentur publicè, & in choro totum officium integrè recitare partim dicendo, partim audiendo; sed qui non est atten-

tus,

tus; eo ipso non concurrit ad partem illam, ad quam non attendit, ideo illā omittit,& per consequens Ecclesiæ præceptum non implet. Vnde non satisfacit præueniendo,'& priuatim recitando partem alterius chori, & postea libere vagando, quia non satisfacit publicę orationi chori, quamuis satisfaciat priuatæ.

Hinc, obligationi chori minime satisfaceret, qui lectionem, quæ ab alia parte canitur, celeriter submissa voce recitaret, & postea libere vagaretur, quia vt debito chori obsequio, quis satisfaciat; tenetur attendere ad ea, quæ ab alia parte canuntur, vt communicet in oratione publica. Sic *Suar. d.lib.4.cap.12.nu.20. Barth. à S.Faustio quæst.175.& alij*.

Ex Quibus patet, quod choro addictus, non debet, dum alij ex altera parte Psalmi versum cantant,ipse scrupulose eamdem partem recitare submissa voce, sed attente debet audire, & quasi per alios canere. Et multo minus debet aliū versū,quē alij cantant cantu figurato submissa voce ipse vanè cātare;tum quia hæc fieri non possunt sine perturbatione ipsius orantis, ex quo non potest ita comode hæc facere, vt attendat ad ea, quæ ex alia parte cantantur, & sic omnia imperfecte facit, tum etiam quia hæc fieri non possunt sine perturbatione circumstantium in ipso choro, qui vel distrahuntur illo murmure, vel commouentur ad aliquam impatientiam,& sic chori quies,& silentium perturbatur.vnde *Nauar.de ora. & hor.can.cap.15.nu.5.* dicit huiusmodi peccare propter perturbationem, & occasionem distractionis, quæ alijs præbetur, Idem tenet *Suar. dicto tom.2.de relig.lib.4.cap. 12. nu.* 18. dicit tamen peccatum esse veniale,nisi excuset ignorantia, vel bona intentio.

XXIX.dubitatur, an clericus qui tenetur in choro officium dicere satisfaciat suæ obligationi, si non canit versus cum aliis sociis, sed submissè illos recitat.

Quidam existimant non p. m.qui id faceret quia iura solum præcipiunt assistentiam in choro, & ad summum in ecclesia recitare. Alii vero & probabilius dicunt nō satisfacere obligationi dicēdo submissè,sed teneri cum aliis ad canendum,ita *Azor. l.10. inst. mor.c.11.q.5. Suar.l.4.c. 12.num.8. & alij*, nā redditus ecclesiæ

ecclesiastici his personis dantur vt inseruiant choro, at si non canunt non seruiunt, nec suum implent officium, ergo ex genere suo p. m. cum sit peccatum contra iustitiam, vnde qui non canit partem suam, licet submissè illam recitet, non tantum peccat, sed nec etiam facit suas distributiones, cum peccet contra iustitiam cõmutatiuam, ideo ad restitutionem obligatur, saltem quoad partem distributionum, quæ ratione ministerij cantandi debentur.

Limitat tamen hanc sententiam *Suar. nu.* 10. quoad
61 hanc partem de distributionibus, non procedere de totis distributionibus, sed dimidiatis, nam qui in Choro sic se gerit in totum non deest suo muneri, ex quo exibet præsentiam suam, & partem etiam cantus implere videtur, audiendo cum attentione, ideo ratione defectus in canendo submissè, ex natura rei videtur; vt dimidiam partem distributionum non lucrifaciat.

Secundo limitat, si ex statuto, consuetudine vel fundatione sufficeret ad distributiones lucrandas sola præsentia.

XXX. dubitatur an Clerici, qui tenentur in choro ad
62 horas Canonicas, teneantur attentione non tantum exteriori, sed etiam interiori recitare. Affirmant omnes cum ius in dicto *cap. dolentes de celeb. miss.* præcipuè videatur conditum propter publicam orationem Chori.

63 An autem p. m. si voluntariè distrahitur. ℞ aut distrahitur cum animo non repetendi quod sine attentione recitauit, aut cum proposito deinde priuatim recitandi. Primo casu p. m. si fuerit pars notabilis, sicut diximus de eo qui priuatim recitat. Secundò casu non videtur p. m. licet distractio sit per notabilem partem alicuius horæ quod confirmatur ex eo quia Cantores mercenarij, qui purum stipendium habent propter cantum, si canunt sufficienter non p. m. nec tenentur aliquid restituere, licet non habeant attentio-
64 nem, nec postea iterum recitent, igitur non p. m. qui canere tenetur in choro ratione Beneficij; vel alterius causæ, si canit, et assistat integrè in choro quamuis sine attentione, deinde priuatim cum attentione recitat, nam per cantum, vel assistentiam in choro satisfacit publicæ functioni, in qua stipendiarijs equiparatur supposita pri-

priuata recitatione, per recitationē verò priuatā satisfacit oneri beneficij, & huius sententiæ extat *Suar. 2.tomo de relig l.4.cap.14 nu. 9.* Qui tamen existimat esse p. m. si huiusmodi distractio prodeat in actiones exteriores chori, attentionem impedientes,
65 præcipuè in illas quæ inhibētur in dicto *cap. dolentes, & Clem.1.de celeb. miss.* cum illæ vix fieri possint sine graui scādalo, & astantium in Choro impedimento vt latè *Nauar. cap.2. de orat. nu. 4.* tamen si alijs nulla daretur offensio neq; attentio impediretur,& omitteretur attentio interna ex negligentia vel animi remissione propter diuturnitatem temporis cum proposito iterum recitandi legitimè, putat non facile esse p.m.

Est tamen aduertendum, quod qui publice recitat in Choro diuinum officium sedendo, cum standum est, aut stando, vel sedendo dum genibus flexis recitandum est, peccare venialiter. Quia debitam Deo reuerentiam non exhibet, & præsefert quandā speciem contemptus, dum alijs genuflectentibus, ipse sine vlla causa stat, vel sedet. nec obseruat consuetudinē, & modum præcepti,& Quānis *Nauar. de orat. cap. 4. nu.* 15. idem censet in eo qui priuatim officium diuinum recitat. Contrarium tamen cēlet *Barth. à S.Faust. de hor. canon. quæst. 96.* cum ritus recitandi officium hoc modo de consuetudine, non videatur receptus sub rigore præcepti, sed solum maioris deuotionis gratia, saltem in priuata oratione.

XXXI. dubitatur an Beneficiarius omittens diuinum
66 officium persoluere, possit in fructuum restitutione sibi retinere partem illam, quam labor, quo Ecclesiæ inseruiuit meretur v.g. quia beneficium erat Curatum, vel habens alia onera annexa vt missarum &c.

Nonnulli affirmant, posse eam partem sibi retinere tuta conscientia, vt debitum operi stipendium, & restituere partem correspondentem obligationi recitādi horas. *Sot.l.10.de iust.qu.5.ar.6. Bart. Medina in summa l. 1.c. 14.§. 11. Tolet. in summa l. 2.cap.12.num. 5. & alij.*

Negant verò *Valentia 3. par. disp.6.qu. 2. puncto vltimo in fin. Pet.Nau l.2.de rest. cap.2.à nu.183. & num 196. Azor. l. 10. inst. tit. mor.cap. 14 qu.5. Suar.l.4.cap.30.n.6. & alij*, nam in allegata *Pij V. constit. incip. ex proximo Lateranen.*

ranen. Concilio statuitur, vt quicumq; habet Beneficium cum cura, & sine Cura si post sex menses à consequutione illius, prætermiserit Diuinum officium, pro rata officij omissi restituat fructus suorũ beneficiorum, vnde his verbis videtur loqui de omnibus fructibus Beneficij correspõdentibus illis diebus, & hęc opinio est probabilior.

XXXII. dubitatur, si bene-
67 ficiarius non recitauerit Diuinum officium per multos annos bona fide putans se nullo iure teneri, an fructus interim pceptos restituere teneatur quãuis non peccet.

Aliqui simpliciter negant, cum restitutio fructuum sit tanquam pœna contra non recitantes horas canonicas, sed vbi non est culpa, non debetur pœna in conscientia, ideo cum bona fide omittens recitare officium sit absque culpa non tenebitur restituere, & hanc opinionem sequitur *Azor. l.* 10. *cap* 14 *quæst.* 7. *Suar. n* 16. *& Garcia tract. de benef* 1. *tomo* 3. *par. cap.* 1. *nu.* 26. nam in Conc. Lateran. dicitur si officium non dixerit legitimo impedimento cessante, sed naturalis obliuio, vel ignorantia inuincibilis censeri potest legitimum impedimentum, vt nouissimè *Fr. Merolla* 1. *tom. disput. moral. Theolog. disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 56.

Alij verò distinctione vtũtur, aut enim fructus bona fide consumpsit, nec ex eis est ditior factus, & non cogitur restituere; aut extant, & tenetur eos restituere, sicut seruatur in bonæ fidei possessore. Sed prior opinio est probabilior.

XXXIII. dubitatur an Clericus omittens totum Diuinum officium, tot p.m. committat, quot horas omittit.
68 Affirmat *Tabien. verbo hora quæst.* 18. ea ratione, quia tot sunt præcepta precandi in die, quot sunt horæ Canonicæ.

Sed verius negat communis Doct. sententia, quæ docet vnicum lęthale peccatũ committere Clericum, totũ officium omittendo, cum vnicum sit præceptum quotidiè integrè recitandi officiũ, & vnicum quotidianum officium prætermittatur, grauiorem tamen culpam committeret, ita *Silu V. hora qu.* 12. *nu.* 15. *in fine, & alij, Citati à Merolla disput.* 2. *c.* 4. *nu.* 132. nam secundum communem sententiam. etiam p. m. Clericus omittendo vnam tantum horam, vel vnius horæ partem notabilem, cum

non

non impleat præceptum in-
tegrè recitandi officium.

Quæ autem dicatur pars
notabilis vnius horæ.

Dico, secundum *Nau.de or.*
c.10 n.44. quod est totum
principium cum psalmo, sed
secundum *Suar.2.tomo de re-*
lig.l.4.cap.25.nu. 16. est illa
pars alicuius horæ, quæ mi-
nimæ horæ, vel dimidiæ parti
eius æquiualet.

An autem sit explicandum
in Confessione, quot horas
70 omisit, an verò sufficiat di-
cere commisi vnicum pecca-
tum m.in non recitando.

Aliqui existimant id esse
explicandum, quia peccatum
est magis, & minus notabili-
ter graue iuxta numerum, &
quantitatem horarum omis-
sarum, & ita tenet etiam
Garcia 1.tomo 3.par.cap.1.n.
145. sed contrarium est pro-
babilius, quia illa circumstã-
tia non mutat speciem.

Qualiter vero puniatur Cle
ricus beneficiatus omittens
recitare officium diuinum.

Et esse pœnã arbitrariã tra-
dũt *Menoch.de arbit.cas.428.*
& Diaz. in praxi can. c. 49.
Quare quidã Clericus qui vl-
tra decem annos officiũ diui-
num non recitauerat fuit per
Cur. Archiep. Neap. benefi-
cio priuatus vt scribit *Ricc.*
p.2.decis.170.

XXXIV. dubitatur an
omittens diuinum officium
ad quod astringitur ratione
sacri ordinis, & simul bene-
71 ficij, vnum vel duplex pec-
catum committat, & sit ex-
plicandum in Confessione.

Henriqu. l. 12. cap. 10.§.3.
in glo.litt.O.& Garcia 1.tom.
par.3.cap.1.n. 125. existimãt
vnicum peccatum commit-
tere, nec opus esse in Con-
fessione exprimere, cum sit
multiplicatio præceptorum
circa eãdem materiam. Con-
trariam tamen sententiã exi-
stimo veriorem, quam tenet
Sanch.2.tomo lib.9.disp.15. n.
6. cum sit in eo duplex obli-
gatio ad diuersas virtutes
spectans; scilicet ad religio-
nis virtutem ratione ordinis,
& iustitiæ ratione Beneficij.

72 XXXV. & vltimo dubita-
tur, an Clericus in die festo
recitans officium Canonicũ,
& simul rem diuinam audiẽs,
satisfaciat vtrique præcepto
missæ, & officij.

Negant aliqui, quia precũ
oratio impedit attentionem
rei Diuinæ, ita *Angel. verbo*
feria nu 46. Sil.v.missa 2.q 6.

Sed probabilius affirmant
Nauar. in man cap.21. nu. 8.
Tolet.l.2.cap.13.n.12. Azor.
l.10 inst mor.cap 12. qu. 10.
Bar. Medina in summa 1.cap.
14 §.9. & Alij, tum quia at-
F ten-

tentio requisita in audiendo sacro non impedit attentionem, quam preces Canonicæ requirunt, cum ista duo ad vnum finem ordinentur, tum etiam, quia præceptum Missæ non est verbis attendere, sed sacrificio adesse.

SECVNDO Præcipitur Clericis in sacris constitutis seruare castitatem, quæ est annexa illis ordinibus, vt ha-
73 betur *dist. 28. & in* S. C*onc. Trid. sess. 24. can. 9.* quod votum continentiæ qui sacris initiantur eo ipso facere censentur, etiam si nihil voti meminerint, est communis sententia, quam sequitur *Azor. inst. Moral. lib. 13. c. 12. qu. 6. in fine*, & contraueniẽdo committunt Sacrilegium, quæ circumstantia est in Cõfessione explicanda cum mutet speciem.

Sed dubitatur primo à *Doctor.* quo iure sit sacris ordinibus annexa continentia Diuino an Ecclesiastico.

Quidam existimant iure Diuino, esse annexam, nam dum Ecclesia hactenus seruauit à tempore Apostolorum, ne contrahant matrimoniũ in sacris constituti, videtur esse Diuini iuris.

Contrariam tamen sentẽtiam verissimam existimo, continentiam sacris ordinibus esse annexam solo Ecclesiastico Iure, cum nullibi reperiatur tale præceptum de iure Diuino, & clarè videtur esse legem Ecclesiasticam, ex *Conc. Trid. loco cit. & ex Calisto in cap. Præsbiteris dist.* 77. qui vocat eam Ecclesiasticam dicens, contracta *quoq; Matrimonia ab huiusmodi personis disiungi iuxta Sacrorum Canonum definitionem* iudicamus, & hanc sententiã tenent *D. Th. 2. 2. quæst. 88. art. 11. in fine Bellar. in suis controuers. l. 1 de Clericis cap. 18 Valentia 4. par. tract. de Sacr. Ordinis disp. 9. quæst. 5. puncto 5. cap. 2. Azor. l. 13. inst. moral. cap. 12. qu. 1. Couar. 4. decret. 2. par cap. 6. §. 3 num. 1. & alij.*

Nec obstat quod à tempore Apostolorum seruent castitatem in sacris constituti, nam ex hoc non colligitur diuini Iuris esse præceptum, sed esse Ecclesiasticũ trahens originem ab Apostolis, vt benè inquit *Sanchez. l. 7. disp.* 27.

II. dubitatur, posita huiusmodi sententia ex solo Ecclesiastico Iure in sacris con-
75 stitutos teneri castitatem seruare, an huiusmodi obligatio continentiæ seruandæ sit ex voto ordini sacro annexo ab Ecclesia, vel ex Ec-

clesię

clesiæ mera constitutione.

Quidam putant huiusmodi obligationem non ex voto, sed ex statuto Ecclesiæ eamq; obligationem, votum continentiæ implicitum appellari, impositam Clericis qui sacris initiãtur ob maiorem cultum Dei, & appellatur solemne, quia dirimit subsequens matrimonium contractum ad instar voti solemnis, ita *Scot. 4. d. 37. quast. vnica §. dico igitur, Palud. 4. dist. 37 quast. ar. 2. nu. 14. Decius in cap. at si Clerici, in noua edit. nu. 235. de iudicijs Valentia 4. par. tract. de Sacr. ord. disp. 9. qu. 5. pun. 5. §. 1.*

Alij verò probabilius existimant, huiumodi obligationem consurgere ex voto castitatis ab Ecclesia suo præcepto ordinibus Sacris annexo, cogitq; assumentes ordines Sacros emittere continentiæ votum non expressè, sed tacitè facto ipso; & licet Ecclesia non possit absolutè cogere ad continentiam, cũ sit meri cõsilij, *c. integritas 32. q. 2.* tamen sicuti quilibet potest legem apponere in rei suæ traditione *l. in traditionibus ff. de pactis*, ita Ecclesia in sacro ordine quem confert, potest conditiones, & leges iustas apponere illi statuiconuenientes.

Vnde posita huiusmodi lege, statim atq; quis vult ad Sacros Ordines promoueri, ex consequenti vult vouere, sicut etiam vult obligari ad onus ordini sacro annexum recitandi officium. Et quod Ecclesia re vera decreuerit vt huiusmodi votũ emittat qui ad Sacros Ordines sunt promouendi, patet primò *ex cap. 1. dist. 28.* vbi sic dicitur, *nullum facere Diaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit, & glos.* ibi verbo, *promiserit,* sit *expressè, vel tacitè.* Secundo ex *cap. cum olim, de Cler. coniug* ibi, *nos igitur attendẽtes quod orientalis Ecclesia votum continentiæ nõ admisit.* Tandem probatur, quia in multis Iuribus appellatur votum vt in *c. de his 28. dist. in. cap. vnico de Voto in 6. & alibi.* Vnde ex his patet, Ecclesiam decreuisse emitti huiusmodi votum à promouẽdis ad Sacros Ordines, & huiusmodi sententiam sustinent *D. Th 4. dist. 37. quast 1. art. 1. Castro l. 13. aduersus hæreses verbo Sacerdotum hæresi 4. Tolet. in summa l. 7. cap. 8. nu. 7. Bellar. in suis controuer. l. 1. de matrim. cap. 21. §. impedimenta, & l. 1. de Clericis cap. 18. Arag. 2. 2. quaest. 88. art. 11. col. 2. & 4. Azor. l. 13.*

inst mor. cap. 12. quaest. 6. & c. 14. quaest. 10. Manuel 2. tomo Summae 2. edit. cap. 96. num. 4. concl. 4. glos. in cap. coniugatus, verbo continentiam de conuers. coniug. Abb. in cap. Ioannes nu. 1. de Cler. coniug. Siluest verb. matrim. 8. q. 12. dicto 2.

III. dubitatur, si Clericus Sacris Ordinibus sciēter initiatur, sed nescit an continentiam promittant, qui sacris initiantur, teneatur ne seruare Castitatem.

Dico teneri, nam qui facit vnum sciens, iure creditur facere illud quod est ei annexum. ita *Azor. l. 13. inst. mor. cap. 14. quaest. 10. & alij communiter*.

An autem teneatur huiusmodi sic ordinatus castitatē seruare ex voto, vel ex Eccl. constitutione.

Quidam putant teneri ex sola constitutione Eccl. cum votum sit priuata lex, quam voluntariè sibi quisq; imponit, sed ignorans votum praedictum, voluntate vouēdi caret, ergo etiam huiusmodi legem sibi Imponere.

Alij verò existimant, etiā ex voto teneri, quia dum scienter, quis sacris initiatur vult etiam eis annexa, & consequenter votum, vt Ecclesia prescribit, licet ipse ignoret quid velit, & praecipiat Ecclesia, ita *Azor. relato loco, & Sanch. 2. tomo l. 7. disp. 27. num. 11.* hoc tamen limitarem, si scienter initiatur, & intendit facere quod alij faciunt.

IV. dubitatur, si talis Clericus in promotione ad Sacros Ordines expressè habuerit intentionem non se
78 obligandi ad continentiam, an obligetur ad continentiā seruandam ex constit. Ecclesiae.

Dico obligari, secundum omnes Doct. imò hoc casu, cum statuto Ecclesiae contraueniat in re grauissima p. m. ita *Palatius 4. dist. 37. disp. vnica concl. 7.* quem sequitur *Sanchez nu. 12.*

An autem hoc casu teneatur ex voto. Affirmat *Ricar. 4. dist. 37. art. 1. quaest. 1. Nauar. in summa cap. 22. nu. 15. & Alij* quia ex constitutione
79 Ecclesiae independenter à voluntate ordinati, annexū est votum ordinibus sacris, sicuti onus recitandi officium.

Sanchez tamen loco citato existimat, sic promotum teneri ad seruandam Castitatē, & à matrimonio abstinendū ex sola constitutione Ecclesiae, cū possit Ecclesia astringere sponte ordinatos, siue ve-

velint, siuè nolint ad alia præcepta, & ordinibus onera annexa, secus inquit, de voto, cum repugnet naturæ eius, ac sit priuata lex, quam voluntariè sibi quisq; imponit, & huiusmodi sententiã tuentur. *d. Ant. 3. par. tit. 1. c. 8. concl. 2. Sil. matrimonium 8. quæst. 12. dist. 2.* Dur. *4. dist. 37. qu. 1. & Alij.*

V. dubitatur si Clericus as-
sumit Ordinem Sacrum solo
80 metu graui, tamen volunta-
riè recipit illum, quo casu
imprimitur character (nã
certum est si sine voluntate
assumit Ordinem, non reci-
pere Ordinem, nec Chara-
cterem, & consequenter ad
nihilum obligari *cap. maiores*
§. finali, de Baptismo) an te-
neatur continentiã seruare.

Affirmatiuam sententiam tuentur *Abb. in dicto cap. maiores §. finali nu. 7. de Baptismo, Armilla verbo ordo nu. 14. Palud. 4. dist. 38. qu. 3. art. 4. concl. 6. n. 28. et Rota in nouissimis par. 1. decis. 560. nu. 7.* Mouentur Primo, ex eo quia talis ordinatus recipit ordinis characterem, cui castitas est annexa: sed accessoriũ sequitur naturam sui principalis. *Regula, accessorium, de reg. iur. in 6.* ergo cum principaliter ordo valeat, valebit, quoq; obligatio Castitatis, quæ est accessoria; Confirmatur quoque ex eo quod tradit B*ar. in l. si conuenerit l. 2. §. si nudanum a. ff. de pignor. act.* vbi docet adiectũ alicui rei, secundum illius rei terminos esse diiudicandum sed ordini Sacro, continentiæ votum adiunxit Ecclesia, ergo debet de voto iudicari secundum terminos ordinis, ideo sicut de ordinis natura est vt sufficiat voluntas metu coacta ad impressionem illius characteris, debet quoque eadem voluntas sufficere ad continentiæ votũ, quod pendet ab ordine.

Secundo mouentur, quia ad fidem seruandam, & alias Ecclesiæ leges, cogitur metu Baptizatus cum recipiat characterem, *c. de Iudæis dist. 45.* ergo quoq; tenebitur metu ordinatus ad Castitatem.

Tertio, & vltimo; quia voluntas metu extorta, voluntas est, *cap. merito 15. quæst. 1.* ergo dum metu initiatus voluntarie suscepit ordinem, æquum est ad Castitatem teneri.

Probabilior, tamen est contraria sententia, quando metus fuit in constantem virum cadens, quam tenent R*icard. 4. dist. 25. art 4. quæst. 2. ad 3. Henriquez. l. 10. de Sacram. Ord. cap. 14. num. 3.*

Azor.

Azor. l. 13. inst. moral. cap. 14 qu. 8. Pet. de Ledesma de Sacram. cap. 1. diff. 1. cap. 3. dicto. 2. Bartholomeus de Ledesma de Sacr. Ord. dub. 14. col. 4. §. adnotare, *Emanuel Sà verbo ordo n. 24.* Nauar. *in Manuali cap. 22. nu. 51. Rebuff. in concordatis, rubrica de regia ad pralaturas nominatione facienda §. 1. verbo sponte, & Rota in nouiss. par. 1. dec. 561. n. 1. in fine* vbi concludit hãc sententiam approbare stylũ Curiæ; & probatur huiusmodi sententia ex eo, quia ordo Sacer non obligat ad Castitatem ex natura rei, sed ex constitutione Ecclesiæ ratione voti adiuncti, vt diximus *n. 74.* at irritũ est votũ, siue tacitũ, siue expressũ si emittatur ob metum cadentem in virum constantem, *cap. perlatum, & cap. cum dilectus, de ijs qua vi*, ergo. Vnde ait *Sanch. nu. 6.* quod sic ordinatus poterit licitè contrahere matrimonium, si ordine vti noluerit, cum non obligetur hoc casu seruare Castitatem ordini annexam.

Hanc tamen sententiam limitant Doct. nisi talis Clericus postea ratificet verbo, vel facto illum ordinem sciẽ-
81 ter exercendo, sine aliqua coactione, quia ex tunc tenebitur se continere, ac si sponte ad Ordines Sacros esset promotus, cum permanere elegerit in ordine per illam ratificationem, & consequenter ad eius onera erit obligatus.

Nec huic secundæ sententiæ obstant fundamenta contrariæ opinionis. Non obstat primum, ex regula accessoriũ, quia illa regula procedit quãdo militat eadem ratio in ac-
82 cessorio, & principali *Felin. in cap. debitores nu. 21. de iure iurando*, & *rota cit. decis. 561. num. 13.* at non militat eadem ratio in characteris impressione, & in continentiæ voto annexo, cum ad impressionem characteris sufficiat quæcumq; voluntas in adulto, vel sola voluntas Ecclesię in infante, votum verò liberã desiderat voluntatem.

Nec obstat Secundũ, cum sit dispar ratio, nam Baptismus non tam est propriè votum, quam professio religionis, quæ de iure diuino est annexa Baptismo, quæ ab Ecclesia nequit irritari, sed cõtinentia est ordini annexa solo iure Ecclesiastico.

Neq; obstat Tertiũ, quod voluntas coacta voluntas sit nam licet voluntarium fuerit votum, tamen requiritur spontanea, & omnino libera voluntas vt valeat.

VI.

VI. dubitatur, an Sacris initiatus ante vsum rationis teneatur Castitatem seruare
83 cum ad adultam ætatem peruenerit.

Quidam affirmant, quia Characterem suscepit vt latius retulimus in præcedenti dubitatione,

Tamen dicendum est non astringi ad Castitatem seruãdam, sed posse si ordine vti noluerit ad matrimoniũ transire, vti est dictum de ordinato graui metu ex defectu liberæ voluntatis, cũ hoc casu nulla prorsus fuerit voluntas, ita *Abb. & Io. And. in 1. de Cler. per saltum promoto*, *Rebuff. in praxi benef. regul. de Cler. ad Sacros odines male promotis, gl. 2. n. 10. Bernard. Biaz. in pract. can. in noua edit. cap. 16. num. 4. Azor. l. 13. inst. mor. cap. 14 qu. 9. Sotus de inst. l. 1. qu. 2. art. 5. in fine, & alij*.

VII. dubitatur, an promotus ad Sacros Ordines post vsum rationis, sed ante pubertatem, teneatur ad Castitatem seruandam.

Nonnulli affirmant, cum libera voluntate ad Sacros Ordines sit promotus, ideo tenebitur Castitatẽ seruare. Ita *glos. in cap. pueri, verbo ad Sacros, il primo 1. q. 1. et c. vnico verbo discretionis, de Cler. per saltum promot. Sot. l. 7. de iust qu. 2. art. 5 in fine, & imol. in cap. Ioannes nu. 22. de Cler. coniug.* qui limitat hanc sententiam cum *glos* vt impubes sit doli capax.

Ipse tamen probabilius censeo, talem Clericum non teneri ad continentiam seruandam, nisi sequuta ratificatione post pubertatem; nã sicuti expressum votum solemne in approbata religione si fuerit emissum ante pubertatem, non obligat, nisi adueniente pubertate ratificetur, *cap. primo*, *& c. illud 20 qu. 1. & cap. ad nostram de regular.* ita nec obligabit votum tacitum solemne in susceptione Sacri Ordinis emissum, ita *Io. And. Abb. n. 3. Rebuff sup. cit. Sanch. l. 7. disp. 30. nu 8 Maiol. l. 1 de irregul. cap. 30. nu. 6 & alij*.

Licet non esse improbabile, hunc teneri voto Castitatis, & onere recitandi diuinum officium, referat *Barbosa de off. & pot. Episc par. 2. allegat. 15. nu. 4.*

Addo etiam ex *Sanch.* hodie cum ex nouo iure *Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. de regular.* vt valeat solemne votũ
84 expressum professionis, requiratur ætas decimi sexti anni completi, eandẽ quoq; requiri in promoto ad Sacros

cros Ordines vt teneatur voto Castitatis illis annexo, vnde ante *16.* annum si Sacris Ordinibus fuerit initiatus, non propterea tenebitur castitatem seruare, cum militet eadem ratio in vtroque Casu, & consequenter si in ordine noluerit perseuerare matrimonium contrahere poterit, ita *Sanch. nu. 9. Ress. & Diaz loco cit.*

Limitatur tamen huiusmodi sententia, nisi post ætatem legitimam ratificaret verbo, vel facto, vtendo scienter illo ordine, vt etiam diximus in præcedenti dubitatione.

Quando autem huiusmodi promotus ante legitimam ætatem ad Ordines Sacros suscipiendos sit suspensus, & quando possit in ordine ministrare, dicemus suo loco. *infra par. 4. nu. 63.*

TERTIO præcipitur Clericis prouisis de Beneficijs
84 habētibus Curā animarum, vt corā Episcopo, vel eo impedito coram eius Generali Vicario, seu officiali, & prouisis de Canonicatibus, & dignitatibus in Cathedralibus Ecclesijs, non tantum coram ordinario, sed etiam in Capitulo fidei professionem faciant; atq; iurent se permansuros in Romanæ Ecclesiæ obedientia, intra duos menses à die possessionis adeptæ alias non faciant fructus suos, nec illis possessio suffragetur, ita statutum extat in *Sacro Concil. Trid. sess. 24 de refor. cap 12. & tradūt Fuscus de Visitatione l. 1. c. 5. num. 15. Flam. Paris. de resig. benef. l. 8 qu 9. à num. 121. & lib. 10. qu. 9. Pet Ledesma in summa 2. par. tract. 1. cap. 4. decima conclus. Leonard. Lessius d. iust. l. 2 cap. 34. dub. 29. nu 165. & Alij.*

An autem qui obtinuit coadiutoriam perpetuam cum futura successione Canonicatus, seu dignitatis teneatur emittere professionē fidei, iux. præfatam conciliarem dispositionem.

Et nō teneri docet *Barbos. de off. & pot. epis. all. 3. n. 13.* nisi cum fuerit succesioni locus, ex quo coadiutor non est in possessione Canonicatus, sed coadiutoriæ.

Sed dubitatur primo, an obtinentes personatus, & officia Ecclesiarum Cathedralium teneantur emittere
86 prædictam professinem. Affirmat *Garcia trac. de benef. 1. tomo 3. p. c. 3. nu. 15* atq; existimat ita videri de mente Concilij ibi.

Idemquè dicendum est, si fuerint Canonici regulares Ecclesiarum Cathedralium aut

aut exempti, vt censuit Sacra
88 Congreg, Concilij super *dict. c. 12. vers. prouisi* sicuti testatur, idem *Garcia n. 16. & 21.*

II. dubitatur an huiusmodi obligatio extendatur ad obtinentes Canonicatus, seu dignitates in Ecclesijs Collegiatis.

89 Dico, non extendi, cum Concilium tantum loquatur de prouisis de beneficijs curam habentibus, & de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, & ita censuit *Sacra Congregatio ibidem 12. Februarij 1588.* cuius declarationem refert *Garcia cit. num. 12.*

90 III. dubitatur, an Parochus, vel Canonicus, qui in susceptione Parochialis, vel Canonicatus semel professionem fecit, in adeptione alterius dignitatis, Canonicatus, vel Parochialis, teneatur iterum eam facere.

Dicendū est teneri, cū Côc. Trid. Generaliter loquatur, & ita declaratum extat à S. Congreg. vt refert idem *Garcia.*

91 IV. dubitatur an huiusmodi professio fidei possit fieri per procuratorem. Affirmat *Nau. cons. 11. nu. 2. de iureiurando, & P. Ledes. 2. p. tract. 1. c. 4. concl. 10. difficul. 6.* Contrarium tamen dicendum est, nempè debere fieri personaliter, & ita censuit eadem *S. Congregatio Concilij super d. cap. 12. sess. 24. de refor.* his verbis, *facere professionem per se ipsum, & si absens est accedat ad Ecclesiam*, prout testatur *Garcia nu. 74.*

V. dubitatur, ex quo in decreto *Conc. Trid. citato*, statuitur, professionem fidei esse emittendam coram Episcopo, vel eo impedito coram eius Vicario generali, an Episcopo non impedito possit fieri, etiam coram eius Vicario Generali.

Affirmat *Garcia 3. p. c. 3. n. 23.* nam illa verba Concilij solum ponuntur ad denotandum conuenientius esse eam coram Episcopo emittere impedimento cessante.

93 VI. dubitatur, si clerici obtinentes dignitates, vel canonicatus Ecclesiæ Cathedralis fidei professionem emiserint in capitulo, vbi præsens erat Episcopus, vel canonicus, qui erat Episcopi Vicarius, an teneantur iterum eam facere coram Episcopo, vel eius Vicario.

Dico, nequaquam; ex quo impletum est præceptum Tridentini, sat est enim huiusmodi professionem fecisse in capitulo, & coram Episcopo, vel eius Vicario, & ita cen-

fuit S. *Congregatio Concilij*.

94 VII. dubitatur, an prouisi de canonicatibus, vel dignitatibus, Sede vacante, facta professione in capitulo etiam absente Vicario capitulari teneatur eam iterum facere coram ipso Vicario.

Affirmatiuam sententiam veriorem existimat *Garcia 3. par. cap. 3. num. 27.* nam licet capitulum Episcopali sede vacante in eius iurisdictione succedat, & vice illius fungatur; tamen Episcopus magis repræsentatur per Vicarium, quam per capitulum cum ab eo administretur Episcopalis iurisdictio, maximè cum concilium velit iurisdictionem omnino per Vicarium administrari, non per ipsum capitulum, vnde videtur etiam dicendum recipientem curatum debere emittere professionem coram Vicario.

VIII. dubitatur, an supradicti p. m. non emittendo fidei professionem intra tempus præfixum.

95 Respondetur affirmatiuè, si notabiliter fuerint negligentes vltra tempus statutum à Conc. Trid. supra; nam verbum illud, *teneantur*, ibi positum est necessitatis, & præcepti, quod p. m. inducit, iuxta notata per *Panor. Felin. & alios in cap. nam concupiscentiam, de constit. Silu. verbo præceptum. nu. 2. & Nauar. in man. c. 23. nu 50.*

IX. dubitatur, an prædicti, elapsis duobus mensibus vt supra, nec facta professione, teneantur deinde illam facere.

96 Dico teneri, nam ille terminus duorum mensium à concilio non est positus ad finiendam obligationem, sed ad exequutionem differendam. Ita docet *Nauar. dict. consil. 11. de iureiur. nu. 1.*

An autem huiusmodi professio facta post lapsum duorum mensium profit ad acquirendos fructus elapsi temporis.

97 Negat *Nauar. cit. num. 3.* quia illos ipso iure semel amisit, ideo facta deinde professione eos non acquirit, ad *l. quires §. aream ff. de solut.* Intellige tamen Nauarrum de fructibus decursis post duos menses; non vero de fructibus decursis in ipsis duobus mensibus, quia *Concil. Trid.* non priuat fructibus decursis spatio illorum duorum mensium, siue fecerint postea, siue non fecerint professionē, sed in futurum decurrendis. maximè quia in odiosis, & pœnalibus stricta est faciēda interpretio, ita *Gracia nu 30.* licet *P. Ledes. in summa 2. par.* tract.

tract. 1. cap. 4. l. x. conclus. 3. difficul. contrarium sentiat.

98 X. dubitatur, si supradicti clerici professionem non emiserint intra duos menses, an teneantur restituere fructus absque sententia.

99 Et dicedum est teneri, quia *Conc. Trid.* ibi, dum dicit quod fructus non faciant suos impedit acquisitionem eorum, & sic ad restitutionem obligat in conscientia.

XI. dubitatur, an prædicti obtinentes canonicatus non facta professione non faciant suas distributiones quotidianas, sicuti non faciunt fructus suos.

100 Dico negatiuè, cum distributiones prædictæ tribuantur ratione ministerij, & operæ personalis, vt docent *doct. in cap. vnico, de cler. non resid. in 6.* & ita censuit sacra congregatio, his verbis, *distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub hoc versiculo quas seruiens facit suas. licèt professionem fidei non emiserit.*

101 XII. dubitatur, an supradicti excusentur à p. m. & ab amissione fructuum, si ob ignorantiam, vel inaduertentiam dicti præcepti nequaquã professionem fidei emiserint.

P. Ledes. in summa 2. par. tract. 1. cap. 4. concl. x. difficul. 2. censet non peccare, sed ad restitutionem teneri in conscientia, nec facere fructus suos, quia huiusmodi præceptum, non est pœnale; ideo in conscientia obligat; tamen si illos bona fide consumpsit, nec est factus locupletior, minime restituere tenebitur.

Contrarium tamen verius existimo, cum *Garcia tract. de benef. 1. tomo 3. par. c. 3. n. 69.* nempe excusari in foro conscientiæ à p. m. & consequẽter à fructuum restitutione. si non emiserint professionem ex pura ignorantia vel inaduertentia dicti præcepti, & sine mala fide, iuxta doctrinã *Caiet. in sũma verbo præcepti transgressio, Suar. 5 tom. disp. 4. sect. 8. nu. 18. & aliorum*, nam ista lex pœnalis est; cum fructibus priuet, ad quos aliàs habebat ius, & titulum, vt diximus; in foro tamen exteriori huiusmodi ignorantia cum sit iuris notorij, minime excusat, *c. ignorantia de regul. iur. in 6. Suar. citato, Flam. Paris. de resig. benef. l. x. q. 9. n. 8. & alij.*

QVARTO præcipitur, Clericis beneficiũ curatũ recipientibus, vt infra annũ suscipiant Sacerdotium, & similiter obtinentibus canonicatum, portiones, dignita-

 tes,

tes, & alia beneficia quæ requirunt, & habent annexum aliquem ordinem sacrum, in-
102 fra annum se promoueri à die pacificæ possessionis; vel quo per eos steterit, quominus eam habeant, cessante iusto impedimento, *cap. licet canon*, *& c. comissa de elect. in 6. Clem. vt ij qui, de etat. & qual. & in Sacro Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. de refor.* alioquin si Parochus non promoueatur ad Sacerdotium, elapso anno est ipso iure priuatus Parochiali *d. cap. licet canon*, *& c. comissa*, *& ibi Doct. Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annũ. nu. 1. Flam. Paris de resig. benef. l. 3. q. 2. & alij*, & huiusmodi priuatio obligat in conscientia ante iudicis sententiam, vt probat *Garcia de benef. 1. tomo p. 3. c. 4. nu. 5.*

103 Obtinentes vero dignitates, Canonicatus, vel alia beneficia sacrum ordinem requirentia; non incurrunt eã priuationem ipso iure, si intra dictum annum non susceperint ordinem requisitum, & annexum suis beneficijs; nam *tex. in d. cap. licet Canon.* solum procedit in Parochialibus, *glos.* ibi verbo *Parochialis*, *& in cap. statutum eod. tit. in glos. 1. Rebuff. cit. num. 28. Iac. Graff. in decis. aur. casuum conscien. cap. 97. num. 47.* sed vsq; adeo promoti non fuerint, non habent vocem in capitulo, etiam ex consensu capituli; atq; eo ipso tertiam partem distributionum amittunt, *Clem. vt ij qui §. illi vero*, *& ibi glo. & doct. & Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. de refor.* quod decretum *Concilij Trid.* cõprehendit omnia beneficia, quæ requirunt ordinem, & ita censuit S. *Congrigatio* vt testatur *Garcia nu. 13.* possũt tamen priuari post monitionem, vt respondit S. Congregatio Episcopo Patauino his verbis, *Canonici, qui ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant, ab ordinario priuari debent.*

Sed dubitatur primo, an Clericus suscipiens beneficiũ curatum animo intra annum assumendi Sacerdotium, deinde mutata voluntate non promoueatur, teneatur fructus restituere.

104 Dico, nequaquam teneri, cum *glos. in dict. cap. cõmissa §. cæterum, verbo non intendens Tabien. benef. 3. qu. 22. nu. 15. Lopez. par. 2. cap. 105. Manuel. 1. tom. summa 2. edit. cap. 30. concl. 6. num. 6. Lessius de iust. l. 2. cap. 34. dub. 26. nu. 134.* nam ex *tex. in d. c. cõmissa §. cæterum de elect. in 6.* solum ad illius fructus restitutionẽ obli-

obligatur, accipiens curatum, nec promoueri intendens, sed iste intendebat re vera promoueri, nec est aliud ius, in quo hoc sit expressum, & hoc est certum, quantum ad fructus perceptos tempore, quo fuit voluntas suscipiendi sacerdotium. Sed

II. dubitatur, an teneatur restituere fructus perceptos à tempore, quo voluntatem mutauit.

105 Negant *Nauar. in summa c.25. num.118. vers.10. Manuel 1.tomo summa 2. edit. c. 39.nu.6.concl.6. Lessius l. 2.c. 34.num.134. & alij*, ratione in præcedenti dub. assignata.

Affirmatiuam vero sententiam docent *glo.in dict. c.commissa verbo non intendens*, *Sot.l.10.de iust.q.5.art.6.conclus.1.col.1. Gutierez l.2. qu. canon.c.5.nu.23.Tolet.in summa l.4.c.18.num.4.Graff.p.1. decis.l.2.c.97.nu.54.& alij*, cum hoc casu militet illa ratio tex. ac si ab initio non habuerit intentionem: nam negari non potest istum peccare mortaliter, & cum fraude beneficium ipsum retinere, & percipere illius fructus, dum mutato animo non se promouendi ad fructus lucrandos residui temporis illud retinet, & hanc sententiam veriorem existimat *Garcia 3.p.c.4.num.55*.

III. dubitatur, si clericus recipit curatum beneficium sine animo suscipiendi Sacerdotium, an p.m. & teneatur fructus perceptos restituere.

105 Respondetur affirmatiuè, quia facit contra præceptum *Concil. Lugdunensi in dict. c. licet canon.de elect.in 6.*& fructus restituere tenebitur in conscientia, non expectata iudicis sententia, cum eos contra iustitiam recipiat: nisi voluntatem mutauerit, dict. *c.comissa vers.cæterum eod.tit.* Ita tenet *Nauar. in manuali c.25.nu.118. & communiter doct.*

106 IV. dubitatur, si accipiat curatum beneficium sine intentione assumendi Sacerdotiũ; tamen intra annum mutata voluntate promoueatur, an teneatur restituere fructus quos percepit ante mutatam voluntatem.

Affirmat *Sot l.10.de iust.q. 5.ar.6.col 2.* cum parenthesis illa dicti vers. cæterum (nisi voluntate mutata fueris promotus) non referatur ad ante perceptos fructus, sed ad percipiendos à tempore mutatæ voluntatis.

Contrarium tamen verius est cum *tex.in dict. vers.cæterum* sub conditione; nisi mutata

tata voluntate fuerit promotus eo anno, obliget ad restitutionem; non absolute. Nec Soti expositio tenet, cum gratis asserat, *tex.* intelligi de percipiendis, cum clarè loquatur de perceptis, vt patet ex ratione ibi, *cum eos receperis fraudulenter*, & huius sententiæ extat *glo. in dict. c. commissa verbo mutata, Lud.* Lopez 1 *p. instructoriј c.* 255. *Lessius de iust l. 2. c 34. dub. 26 num.* 133. *& alij communiter.*

107 V. dubitatur, si quis reciperet tale beneficium animo dubio suscipiendi sacerdotiū intra tempus statutū, an p. m. & teneatur fructus restituere.

Affirmat *Sot. loco cit. col. 2. & Sanchez lib. 7. disp. 45. nu. 10. quia tex. in d. c. commissa verf. cæterum, de elect. in 6.* petit intentionem: sed dubius non habet veram intentionem.

Negat verò *Nau. in manual. c 25 num.* 118. *& consf. 17. de Cler. non resid.* quia illa verba *tex non intendens*, intelligenda sunt de eo qui cū animo, & intentione non se promouendi accipit beneficium, vt ex sequentibus verbis colligitur, ibi, nisi voluntate mutata promotus fueris, & tex ille, vt ibi doct. notant loquitur exprefse de eo, qui accipit beneficium fraudulenter, vt illius anni concessi ad se promouendum, fructus lucretur, quòd nequaquam in animo dubio illud recipiente, verificatur, vnde cessat illius tex. ratio, & hanc sententiam tenendam esse existimat *Garcia p. 3. c. 4. nu.* 40. & est probabilior.

108 VI. dubitatur, quid si illud reciperet intentione conditionali, nempe ascendendi ad sacros ordines tempore præfixo, nisi aliquid felicius in seculo se obtulerit, vt si moriatur frater primogenitus, & ipse eius loco succedat, vel quid simile.

Sotus de iust. l. 10. *q. 5. ar. 6. vers. & nota*, putat teneri ad restituendos fructus, ac si non intendens promoueri, beneficium reciperet, ratione, quam supra, ex eodem diximus.

Alij verò existimant, non teneri fructus restituere, tum ratione adducta in opinione *Nauar.* in præcedenti dubitatione, tum etiam quia tex. loquitur de eo, qui nullam habet intentionem suscipiendi Sacerdotij: sed conditionalis intentio, est intentio, sicuti conditionalis dispositio, vera est dispositio; etsi nō tanti effectus, ac simplex *§. omnis, inst. de verb. oblig. & c. si*

pro

pro te, *de rescrip. in 6.* & hanc sententiam tenet idem *Nauar. citato num.* 118. *Manuel. 1. tomo summe 2. edit. c. 30. n. 6. concl. 6. Lud. Lop. 1. p. instructorij c. 255. col. 7. §. post hac Graff.* 1. *p. decis. lib. 2. c. 97. n. 55. Sanch. lib. 6 summ. c. 7. nu. 17. P. Alph de Leone de Off. capell. q. 2. nu.* 21. *& per Lessium de iust. d. l. 2. c. 34. num. 131.*

VII. dubitatur, quid si clericus recipiens curatum beneficium, non habeat animũ perpetuo illud retinendi, sed donec pinguius habuerit.

109 Quidam asserunt eum peccare. sed non explicant quanta sit culpa.

Sanch. tamen l. 7. disp. 45. n. 12. existimat quod si dum illud beneficium retinet, beneficio inseruit, & implet ea omnia, ad quæ obligat tale beneficium, non peccare, licèt propositum tantum habeat retinendi donec pinguis obtineat, cum nullus tex. requirat, vt perpetuo recipiẽs, habeat animum retinendi, & hæc opinio est verissima, quã tenet *Nau. c. 25 nu.* 118.

VIII. dubitatur, an accipiẽtes canonicatum, dignitatem vel alia beneficia quæ habent annexos sacros ordines, sine intentione illos assumendi. peccent, & teneantur ad restitutionem.

110 Quidam existimant peccare mortaliter, nam dũ accipit munus, curare debet, vt sit habilis ad illud exercẽdum; nõ tamen teneri ad fructuum restitutionem, cum dispositio *tex. in dict. c. comissa §. cæterum, de elect. in 6.* sit pœnalis, & odiosa, ideò sine identitate, vel maioritate rationis non est extendenda extra casum suum, *l. interpretatione ff. de poenis, c. poena, de poenit dist. 1. & c. odia, de regul. iuris in 6. ita Nau. in sũma c. 26. n.* 118. *Sot. de iust. l. x. q. 5. ar. 6. col. 2. vers. de alijs Thom. Sanch. 2. tom. l. 7 disp. 45. nu. 13. Paul. Layman tract. 2. lib. 4. c. 14. n. 11. & alij quibus accedit P. Alphons. de Leone de offic. capellani quæst. 4 praxi. 6. nu. 265. fol. 645.*

Alij verò cẽsent huiusmodi peccare mortaliter, & ad fructuum restitutionem teneri, nam ratio dispositionis illius *tex. in §. cæterum* ibi, *cum eos receperis fraudolenter*, militat etiam in hoc casu, & cũ ratio est in lege poenali expressa, ad alios casus, in quibus illa militat fit extentio. *Ias. in l. 1. nu. 13. ff. in ius vocati, vt tant, Decius in regula factum cuiq; §. in penalibus num. 18 ff. de regulis iuris*, & huius sententiæ est *Gabr. 4. d. 15. q 8 ar. 3. Iac. de Graff. in*

decis.

decis. aur. casuum conscien. l. 2. c. 97. num. 55. Huiusmodi tamen opinio secundum *Garciam p. 3. c. 4. nu. 41.* est intel-
111 ligenda de illis: qui recipiũt dicta beneficia cum intentione non suscipiendi ordines illis annexos, vt interim ex eis fructus percipiant, & deinde illa relinquendi, vt in d. c. commissa §. ceterum; secus verò de recipientibus dicta beneficia, cum intentione ordines illis annexos non suscipiendi dum fuerit eis permissum, nec eos assumere compellantur, nam huiusmodi etsi ratione intentionis non obseruandi ius, nec eorum adimplendi obligationem p. m. non tamen ad interim perceptorum fructuum restitutionem, tenebuntur, quamuis de facto non fuerint promoti, ex quo non fuere coacti, eos. n. fraudulẽter minime receperunt vt in d. vers. ceterum.

112 IX. & vltimo alijs omissis dubitatur an clericus recipiẽs simplex beneficium animò non ascendendi ad ordines sacros, nec perseuerandi in statu clericali, sed transeundi ad statum coniugalem pecet mort.

Dico cum distinctione, aut tali beneficio est annexus ordo sacer, & tunc illud accipere sine intentione illum ordinem suscipiendi, est p. m. secundum *Sot. l. 10. de iust. qu. 5. ar. 6. col. 2 in fin. Tolet. l. 5. c. 5. nu. 5 Sanch 2. tomo l. 7. disp. 45. nu. 14.* nam de iure naturali, & diuino accipiens officium, curare debet, vt ad illud fit habilis, *l. idem iuris. ff. ad l. aquil. &c. non est putanda 1. q. 1.* aut tali beneficio simplici nullus ordo sacer est annexus, tunc si illud recipit sine intẽtione ordines sacros suscipiendi, sed perseuerandi in clericali statu, & animo oneribus beneficij satisfaciẽdi, non peccat, cum ius non obliget hoc casu ad ordines sacros suscipiendos. *Si* vero illud recipit, vel retinet animo ad tempus retinẽdi, eiusque fructibus fruendi, & postea ad vitam coniugalem trãseundi, beneficio relicto, est cõtrouersia inter Doct. Nam *Tolet.* relato loco putat peccare mort. *Sanchez vero nu. 18.* censet non esse p. m. dummodo accipiat, & retineat animo inseruiẽdi, donec illud relinquat; cum iure non probetur, hũc teneri sub lœthali culpa habere animum perseuerandi in clericali statu, sed potius iura concedunt transitum ad nuptias relicto beneficio *c. diuersis, de cler. coniug* sed cum sit peruersio debiti ordinis, quia beneficia sunt

sunt instituta ad clericum sustentandum in clericali statu, dicit p.v. Tandem *Garcia tra. de benef.* 1.*tomo p.*3.*c.*4.*nu* 43. existimat nullo modo peccare, quia id nullo iure prohibetur, dummodo interim velit viuere clericaliter, & debitũ officiũ præstare, & per *Paul. Layma.tra.*2.*c.*14.

An autem talis clericus teneatur ad fructuum restitutionem.

113 Et censeo teneri si simplici beneficio est annexus ordo sacer, quia ratio *text. in d. c.commissa § cæterum*, nempè fraudulenter recipi fructus beneficii curati intentione non recipiendi sacros ordines, procedit quoque in beneficio simplici, vt diximus in octaua dubitatione num. 10. & hoc casu puto admittendum esse *Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum num.* 83. in alijs vero duobus casibus, in quibus non est annexus ordo sacer, dico non teneri ad restitutinem, modo interim velit clericaliter viuere, & præstare debitum officium, quia illud nullo iure prohibetur. vt rectè dicit *Nauar. de oratione c.*21.*nu.*52.

QVINTO Præcipitur clericis beneficiarijs, quibus cura animarũ incumbit, vel obtinentibus canonicatus, dignitates, præbendas, aut portiones in ecclesijs ca-
114 thedralibus, vel collegiatis, personaliter residere in loco beneficij curati, vel ecclesiæ Cathedralis vel collegiatæ, alias si obtinentes beneficia curata vltra duos menses absuerint sine causa legitima cognita, & approbata per episcopum, præter culpã mor. quam incurrunt, amittunt etiam fructus pro tempore absentiæ, & si Canonici, & alij supradicti abfuerint ab eisdem Ecclesijs quolibet anno vltra tres menses, primo anno sunt priuandi dimidia parte fructuũ, quos suos fecerunt ratione præbendæ, & secundo anno omnibus fructibus lucratis illo anno, ita statutum *est in sacro Conc. Trid. sess.*23. *c.*1. *de reform.* & *c.* 12.*de ref. sess.* 24. & loquitur Bulla Pij V. incip. cupiẽtes, & licèt de iure cõmuni beneficia etiã sim-
115 plicia requirant residentiam, *cap fin. de rescrip. in* 6. *Selua de benef.*4.*p.q.*1.*Rebuff. in praxi tit. de dispens. de non residento num.*7.*Flam. Paris. de resignat. benef.l.*1.*q.x. nu.* 3. tamen ex generali consuetudine non requirunt residentiam, vt notat *Rota decis.* 483.*nu.*2.*p.*1.*diuersorum*, sed

H tan-

tantum obligant ad recitandum horas Canonicas, vt diximus nu. *1*.

An autem huiusmodi consuetudo generalis non residendi in beneficijs simplicibus habeat locum etiam, vbi aliud esset inductum de iure speciali, seu vbi adesset statutum, & particularis consuetudo residendi.

Et dicendum est, non habere locum, cum possint aliqua beneficia simplicia personalem residentiam requirere ex constitutione, consuetudine, seu particulari statuto alicuius Ecclesiæ cũ tunc reddat beneficium ad priorem naturam, ita *Felinus in c. dilectus il 2. de rescriptis, Garcia de beneficijs p. 3. c. 2. nu. 11. & alij*, & fuit resolutum *in vna tesaraguštana fructuum 4. Iunij* 1600. *coram D. Corduba, & in vna calaguritana beneficij de nauarretta 20. Iunij 1588. corã D. Pamphilio, vt testatur idẽ Garcia loco cit.*

Verum vero canonicus, dicatur residere si sit in Ciuitate, in qua est Ecclesia, vbi habet canonicatum, & intra annum vltra tres menses ab Ecclesiæ seruitio desistat.

Et videtur dicendum, non residere, dum Ecclesiæ seruitium ita negligit, vt trium mensium spatium excedat, computato toto tempore per anni circulum. Quia verba Sacri Concilij non dicũt abesse à loco Ecclesiæ, sed ab Ecclesia, & ita declarauit Sac. Congreg. ad instantiam Archiep. Mediolan. vt testatur *Megala in Promptuario verbo canonicus nu. 4.*

Quando vero esset deueniendum ad priuationem beneficij ob non residentiam; quomodo procedi debeat, vide *Mantic. decis. 12. & Seraphin. decis. 1346 & d. 1266.*

116 *Sed* dubitatur Primo, an habens beneficium curatum possit ex causa, quæ sibi iusta videatur abesse sine licentia Ordinarij per duos menses.

Et dicendum est non posse & ita censuit Sacra Congregatio Concilij super dictum *c. 1. de ref. sess. 23.* his verbis, *vltra bimestre tempus, imò nec per bimestre tempus possunt abesse parochi sine licentia episcopi, & valet constitutio Episcopi, ne parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia*; & per aliam declarationem sic ait, *nec potest per hebdomadã abesse non petita, vel non obtenta licentia etiam relicto Vicario idoneo ab ipso ordinario approbato.* prout refert *Garcia de benef. 1. tom. 3. p. c. 2. nu. 23.*

117 II. dubitatur si Parochus petat licentiam habens iustam causã absentiæ, & illa non fuerit sibi concessa, an possit abesse.

Nec abesse posse dicendũ est, sed poterit habere recursum ad superiorẽ, & ita censuit Sacra Congregatio Concilij, vt testatur idem *Garsia nu.37.*

118 III. dubitatur an possit discedere nõ petita licẽtia ab Ordinario ob loci distantiam, propter iustam causam, & notoriam necessitatem discedendi.

Et neque posse discedere dico, nisi necessitas repente se offerat, quæ minimè dilationem patiatur, & periculũ sit in mora petendi licentiã, & tunc de discessu, & occurrente necessitate quãprimũ ordinariũ certiorem facere debet, vt cognoscat de causa, & det licentiam, & ita censuit Sacra Congregatio.

119 IV. Dubitatur an Parochus, qui sine Ordinarij licentia in scriptis, vel honesta causa cessante absuit, teneatur fructus restituere pro tempore absentiæ.

Affirmat *Gartia de benef. 1. tomo p.3.c.2.nu.26.* quia facit contra tenorẽ decreti Concil. Trid. quod huiusmodi pœnam imponit.

Et tenebitur Parochus ob non residẽtiam restituere fructus ante vllã sentẽtiã declaratoriam, vt per *Couar. lib.3. var. resol. c. 13.* secus autem esset dicendum de canonicis, qui debent priuari fructibus si non resideant, cum nõ sint ipso iure priuati. *Nau. cons. 3. de cler. non residen. Santarell. resol. 94. num. 21. et Garcia de benef. p.3.c.2.num.152.* Quibus nouissime accedit *Dominus Nouarius in sũma bullar. sub titulo de residen. canonic. & Paroch. nu.8. fol. 539.* causa tamen absentiæ, non esset probanda iudicialiter coram Episcopo, sed sufficiet, quod proponatur, nam id remittitur conscientiæ ipsius, vt per *D. Riccium p.2. decis. 752. & D. Nouar. loco cit. nu.9.*

120 V. Dubitatur, an Canonici, & alij obtinendes dignitates, seu portiones possint vltra tempus à Conc. Trid. præfixum abesse licitè, & tuta conscientia amittẽdo fructus, & distributiones quotidianas, quas lucrifaciunt per residentiam

Et dicendũ est quod p.m. si notabiliter absunt à seruitio Ecclesiæ vltra tempus à Concilio permissum, licèt in ciuitate resideant vbi est Ecclesia, cum contraueniant

grauissimo præcepto Concilij, nec satisfaciant suæ obligationi, & per hoc faciunt sequentes declarationes S. Congregat. Concilij, quarũ prima est, *nullus excusatur à residentia, licet distributiones quotidianas amittere consentiat*. Secunda, *si vltra tres menses absunt, licet in Ciuitate sint, incidunt in dicti decreti Trid. c. 12. pœnam per quod sublata est omnis consuetudo in contrarium*.

121 VI. Dubitatur, an supradicti per se, & non per substitutum teneantur obire officia diuina incumbentia suæ dignitati, vel canonicatui, vt cantare Epistolam, Euangelium, vel Missam suis diebus, vel hebdomadis.

Respondetur affirmatiuè ex *Conc. Triden. sess. 24. c. 12. vers. oēs verò de refor.* Et ita censuit Sacra Congregatio Concilii. Vnde p.m. in hoc notabiliter negligentes secundum *Garsiam de benef. 1. tomo 3. p. c. 2. n. 500.*

122 VII. & vltimo dubitatur an Canonici, vel alij beneficiati tempore quo recitantur in Ecclesia horæ Canonicæ, celebrantes Missam priuatè in eadem Ecclesia, habeantur in Choro pro præsentibus.

Et nequaquam censuit S. Congreg. Concilij his verbis, *Quo tempore cantatur vna hora in choro, qui Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione vel obligatione, non dicitur interfuisse illi hora, nec illius distributiones potest accipere*, Si verò iussus fuerit à superiore vt celebret, tunc reciperet, superior tamen cauere debet à tali iussione. Veruntamen in aliquibus Ecclesijs contrarium seruatur, & celebrantes etiam ex causa deuotionis pro præsentibus, & interessentibus in choro habentur, vt testatur *Garcia 3. p. c. 2. §. 1. num. 400.*

SEXTO Præcipitur Clericis in sacris, vel in minoribus
123 beneficium Ecclesiasticum habentibus deferre decentē habitum, & tonsuram clericalem, vt constat *ex c. 2. 21. q. 4. & ibi glo. c. Ioannes de cler. coniug. c. clerici il 2. de vita & hon. cler. & clem. fin. eodem tit. & ex constitutione Sixti V.* quæ incipit *cum sacrosanctam, de habitu, & tonsura deferendis per clericos* &c. Clericus verò in minoribus constitutus de iure communi non cogitur deferre habitum clericalem, *c. finali de cler. coniug.* nisi velit priuilegio clericali gaudere, vt ibi dicunt *Abb. & alij*, vel si sit bene-

beneficiatus, vt dixi ex dict. c.Ioannes,ita *Genuen.in praxi cap.45.& alij.*

Vnde patet, quod habitus clericalis consistit in tonsura,& vestibus.sic *Pacianus de probat.l.2.c.34.nu.25. Viuia. de iurepat.p.2.lib.6. c.1.num.12.Car. de Grassiis de effect. cler.effectu.1.nu.1221.& alij.* Quod si clericus in sacris,aut beneficium possidens coronam,siue tonsuram,vel habitum clericalem ad longum tempus absque iusta causa non deferat p. m. vt tradunt *Henriq.lib.13.c.39 nu.3. Reginald.lib.30. nu.10. Barbos. de off.& pot.epis. par 2. alleg. 9 nu.11.* Bonacin. *de Sacram. disp.8.q.vnica.put. vltimo nu. 3. post Abb.in c. si quis de vita, & honest. cler. & alios,* & alios, & hoc præter, pænas quas incurrit iuxta conciliarem dispositionem *Trid.sess. 14. c. 6. de refor.* & Præcitatam Constit.Sixti V. quam refert Quaranta verbo habitus Clericalis, & recenset *Barbosa loco cit. nu.12.* excusaretur tamē ob paupertatē ex *Vgolin.de off.Epis.c.12.n.3 iuxta decis. Rota diuers. decis. 173.p 3.Gras.de off.cler. eff.1. nu.1173.* vel ob infirmitatē. *iux.capell.Tholos.decis.104.*

An autem propter vnicam dimissionem habitus incidat beneficiatus in pęnas dictę *Bulla Sixti V.*

Negat F*arinac. in praxi tit.de Inquisit. q.8.nu. 68 & P. Anton. Diana resolut. 33. de Imm.Eccles.* vbi etiam refert declarationē Sacrę Cōgreg. quia consideratur perseuerantia dimissionis habitus iuxta *tex. in c. ex parte, il terzo,de Priuileg.*

Sed vtrum, requiratur sētentia declaratoria,vt beneficiatus non incedens in habitu, & tonsura perdat beneficia, iuxta bullam prędictam.

Gratianus discept. forens. cap.440. lib. 3. existimat requiri sententiam declaratoriam.ea ratione, quia in pœnis ipso iure incurrendis quis non incidit, nisi pręcesserit sententia declaratoria iudicis, *ad tex.in c. cum secundū, de hæreticis, & ibi glo. verbo ipso iure.*

Nihilominus mens,& verba Summi Pontificis, fuerūt expressa ibi (*Priuamus, ac sine vlla monitione, citatione, ac iudicis decreto,aut ministerio ipso facto priuatos declaramus.*)

An vero beneficiatus, qui perdit beneficium, ob non gestationem habitus, & tonsurę,retineat priuilegium canonis,& fori, vide per *Nau.*

c.24.

c.24.de priuilegijs, Macerat en. resol.48.lib.3. Gonsalez *super regul.8.cancellar. glo.5.6.5.n.7.* & Gratian.*de cis.168. in Addit.*

Et quando clericus in sacris dimittens habitum clericalem, & incedens in habitu laicali, dicatur Apostata, & de pęna, quam meretur, vide tradita post alios per *Farinac.de haresi quaest. 183. § qua num.119.*

SEPTIMO tenentur Sacerdotes celebrare aliquoties in anno scilicet in pręcipuis festis, si non sit impedimentum, nam aliàs frustra accepissent potestatē, & characterem, ita *D. Tho.3.p.q.82.ar.11.Ricard.in 4 d.13 q.2 ar.2.Dur.q.2.Silu. v.missa 1.q.7. vers.quartum. Nauar. in manuali c.25. num.88. & alij cōmuniter*, vnde nisi saltē ter in anno celebrarent, peccarent mortaliter, vt notat *Nauar.relato loco, & Tolet. in summa l.2.c.3.* Si verò fuerit parochus tenebitur celebrare omnibus diebus, quibus populus tenetur audire missam, nisi substituat alium, vt ibidem dicit *Tolet. iux. dispos. S. C. T. sess.23. c. 14. de refor.*

a 24

An autem Parochus teneatur pro populo applicare missas, quas celebrat in Parochia, diebus, in quibus tenetur celebrare iuxta pręfatam conciliarem dispositionem.

In hoc dubio diuersimode scripserunt doctores, nam *Sotus de Iustitia iure lib.9. q.3. art. 1.* tradit, Parochum teneri applicare sacrificium pro populo si perciperet fructus, & decimas, pro quantitate tamen redditunm ad iudicium Episcopi.

August.Barb. de off et pot. Episcopi p.2 alleg.24. nu.23 existimat, Parochum ex dispositione prædicta *S. C.Tri.* teneri missæ sacrificium pro suis ouibus applicare, iuxta viri prudentis arbitrium.

Naldus, verbo Parochus n. 8. qui allegat Vasq.3. p.q. 83. disp.234.art. 6. c. 6. fatetur, quod parochus diebus festis dum celebrat, non tenetur pro ouibus applicare missas, etiam si perciperet decimas.

Suarez, tandem tom.3.disp. 86.sect.1. concludit nullam in hoc, certam regulā dari posse; sed consulendam esse consuetudinem, aut si de ea nihil certi constat, episcopum debere in hoc certum aliquod statuere. Quod si hoc non faciat, prudenti arbitrio Parochi relinquendum. Et hoc etiam sequitur *Posseuinus de offic.*

offic curati c.2. nu.4. Qui credit nunquam ad hoc obligatum Parochum sub pecc. m. cum non constet de tali obligatione, vel per tabulas Ecclesię, vel per præceptum Episcopi, quia in prȩiudicium tertij non est inducenda obligatio, nisi per claras probationes, quales non sunt hic sed sint potius coniecturæ, licet rationabiles, ex his infertur per *Barth. à S. Fausto tract. de Euchar. lib. 2. qu. 103.* posse Parochum pro missis, quas celebrat stipendium ab aliis accipere, nisi adsit consuetudo, vel lex diœcesana in contrarium.

Sed vtrum Diaconi, Subdiaconi, & alii inferiorum ordinum teneantur aliquando exercere in Ecclesia actus suorum ordinum.

In hoc dubio *Barth. à S. Fausto dicto lib. 2. q. 104.* censet, non teneri, ex eo, quia nullam extat de hoc prȩceptum diuinum, aut Ecclesiasticum.

OCTAVO præcipitur Sacerdotibus existentibus in p. m. antequam celebrent, confessionem sacramentalem præmittere, nisi vrgeat necessitas & desit co-
125 pia confessarii. Ita statutũ extat in *Conc. Trid. c. 7. & can. 11. sess. 13.*

126 Hæc autem necessitas erit si oporteat sacrum facere ad consecrandum, & communicandum aliquem existentem in periculo; vel si sequatur infamia, vel scãdalum missã omittendo, vel si in missa recordetur se commisisse p. m. & non esse confessum, vel si in ipso met actu sacrificii illud committat; nam si hoc est post consecrationem, est progrediendũ sine confessione, propter integritatem, & perfectionem sacrificij: tenetur tamen in omnibus prædictis, & sequentibus casibus ante habere contritionem, & hoc est communiter receptum.

Quod si sacerdos obstrictus casibus reseruatis, esset in necessitate celebrandi, & haberet copiam Sacerdotis approbati, sed non pro re-
seruatis; posset & deberet eidem sua peccata confiteri, vt directè à non reseruatis, indirectè vero, & consecutiuè à reseruatis absoluatur cũ onere, & obligatione adeundi superiorem pro absolutione directa reseruatorum. Sic *Vasquez qu. 91. art. 3. dub. 8. num. 5. ConincK disp. 8 n. 13. Suarez disp. 31. sect. 3. Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 7. pu. 5. §. 3. nu. 6.* Qui idem tradit iuxta aliorum satis probabi-
lem

lem opinionem de Sacerdote, qui haberet peccata reseruata, quibus esset annexa censura excommunicationis, & esset obstrictus necessitate celebrandi ad vitandũ graue damnum, seu scandalum, vel grauis infamiæ periculum.

An autem Sacerdos celebrando cum conscientia p. m. satisfaciat ei, cui ex iustitia tenetur celebrare.

Et dicendum est satisfacere, vt tradunt communiter omnes doct. vt per *Suar. to. 3. in 3. par. disp. 86. sect. 1. Bonacin. disp. 4. de Sacram. q. vlt. pu. 6. nu. 5.* Ratio sumitur ex *D. Thom. in 3. par. q. 86. alias 23. de Sacram.* nempe quod Sacerdos malus, etsi illicite, tamen valide consecrat. Quæ conclusio, est de fide.

127 Sed dubitatur primo, si ante celebrationem recordatur sacerdos se esse in p. m. an teneatur confessionem præmittere.

Dico teneri, si recordatur antequam missam inchoet, quia dum nulla actio sacra est inchoata, nulla adest causa rationabilis communicãdi sine confessione, ex vi huius causæ, nisi aliũde futurum sit scandalum, vel necessitas, quod in omnibus sequentibus obseruandum est, nã tũc alia est ratio necessitatis, ita *Scotus in 4. dist. 9. q. 1. Sotus d. 12 q. 1. ar. 4. Silu. verbo eucbar. 2 q. 7.* V*ictoria q. 79. de Sacram. & Valentia 4. tomo disp. 6. q. 8 pun. 3. Azor. l. x. inst. mor. c. 33. q. 1.* Si vero recordatur post inchoatã missam, & facile, & sine scandalo poterit ad altare vocari confessor, est præmittenda confessio, ita *Bonauent. in 4. dist. 13. & Silu. cit. loco*, nam potest interrumpi illa prior pars missæ sine indecentia, ex causa rationabili, sicuti etiam fit per communicationem, quando missa cantatur; Si autem confessor non potest ad altare vocari, non tenetur sacerdos missam inchoatam relinquere, ita *D. Bonauen. & victoria cit. in locis, & alij*.

128 II. dubitatur, an Sacerdos qui ex officio, tenetur sacrũ facere v.g. si esset parochus; possit sine confessione celebrare deficiente ei copia confessarii prẽmissa contritione vt supra.

Dicendum est posse; quod maxime indicauit Cõc. Trid. loco cit. Ita *Sotus d. 12. q. 1. ar. 4. & Valen. 4. tomo disp 6. q. 8. pun.* 3. quod intelligendum est, vt aduertit *Suar. 3. tomo disp. 66. sect. 4.* pro illis diebus, in quibus tenetur ex offi-

officio ad sacrum faciendum.

129 III. dubitatur, si sacerdos non tenetur celebrare ex officio, an possit celebrare in die festo, non præmissa confessione p. m. ob necessitatem, quã alij habent audiendi sacrum, ex quo non est alius à quo possint audire.

Negatiue dicendum est per se loquendo, & præcise ex hac causa; nam si alii non audiunt sacrum, cum nullus sit, à quo possint audire, non peccant, ideo huiusmodi, non est sufficiens ratio, quæ ipsum cogat ad sacrum faciendum sine confessione. Ita *Suar. cit. sect. 4. et alij apud Bonacin. cit. n. 25.*

130 Dixi, per se, & præcise ex hac causa, quia si adesset scandalum, vel infamia; esset iudicandum iuxta dicta superius.

131 IV. dubitatur, an talis sacerdos habẽs cõscientiam p. mor. possit celebrare absq; prçuia Sacramentali confessione ob necessitatem suam propriam, seu obligationem audiendi sacrum in die festo, dum non habet copiam confessarii.

Quidam affirmant. Alij vero negant, nisi sequatur infamia, vel scandalum, ita *Sot. cit. loco, Suar. 3. tomo disp. 66. sect 4. & alij,* nam præceptũ audiendi sacrum per se non obligat ad sacrum faciendũ, & licet possit obligare, qui aliter non potest audire, tamen non cum tanto rigore, vt etiam sine præmissa confessione sit celebrãdum propter hanc causam; quia huiusmodi præceptũ non est tã graue, eiusq; obligatio cessare solet propter leuiores causas, & hæc sententia est probabilior, & in praxi tutior.

NONO. præcipitur Sacerdotibus, qui aliqua necessitate vrgente absq; prçuia confessione p. m. celebrauerint, quãprimũ confiteri, 132

vt cõstat ex *Conc. Trid. sess. 13. c. 7.* alias p. m. cũ sit grauis materia.

Quomodo autem sint intelligenda illa verba, quamprimum confiteri debere *Sancius in selectis disp. 32. nu. 14.* putat illico, finita missa, Sacerdotem astrictum esse confiteri per dicta verba Concilij; *Zanardus vero in direct. confess. p. 1. tract. de Euchar. c. 7.* existimat quod sub præcepto tenetur dictus Sacerdos confiteri non immediate, nec eo die, sed non differendo per longum tempus confessionem. Alii tandem asserunt satis esse pro adimplendo dicto præcepto,

si Sacerdos, qui sic celebrauit, confiteatur cum primum celebrauerit. ita *Binsfeldius in Enchir. Theol. pastoral cap. 5. Molfes. in summa tom. 1. tra. 3. c. 10. num. 28. Fagundez de praecept. Eccl. tract. 3. lib. 3. c. 8. num. 9. et Antonin. Diana to. 1. tract. 14. de celeb. miss. resol. 60.* Qui hanc opinionem probabilem esse affirmat.

133 Sed dubitatur I. si sacerdos more laicorum cõmunicaret absq; praeuia confessione p.m. an obligetur deinde quamptimum confiteri.

Resp. negatiue, tum quia ille non celebrat, Concilium autem loquitur solum de sacerdote celebrãte, tũ etiam quia hoc casu se gerit vt laicus, qui huiusmodi praecepto non obligatur, cũ Concilium tantum nominet sacerdotes, ita *Suar. 3. tomo. disp. 66. sect. 7.* Licet aliter sentiat *Nauar. c 2. n. x.* quam sequitur *Azor. l. x. inst. mor. c 31. quaest. 9.* eumq; etiam videtur sequi *Valentia 4. tomo disp. 6. q. 8. pun. 3.*

II. dubitatur, an sacerdos, qui post consecrationẽ peccauit mor. & praemissa contritione statim communicat, vel assumitur ad supplẽdum, & consumandum sacrificium ab alio inchoatum, vel in die parasceues facit officium, qui proprie non videtur celebrare, nam neq; consecrat, neq; sacrificat, teneatur huiusmodi praecepto.

Dico, teneri, nam satis est quòd talis sacerdos solemni ritu ecclesię, & vt minister publicus cõsumet sacrificiũ, seu Sacramentum, nam haec est actio propria sacerdotis, ita *Suar. 3. tomo disp. 66. sect. 7.*

134 III. Dubitatur, an sacerdos, qui solũ propter obliuionem celebrat non praemissa confessione, obligetur huiusmodi praecepto.

Resp. negatiuè, quia Conc. Trid. loquitur aperte de sacerdote celebrante cũ conscientia peccati, qui verò est oblitus non habet conscientiam sui peccati pro eo tempore, nam conscientia dicit actum. Ita *Suar. loco cit.*

135 Aduerte tamen hoc procedere quãdo obliuio durat, donec Sacramentum sumptũ sit; nam si in ipsa actione ante Sacramenti sumptionem recordaretur sui peccati, & nihilominus sumeret Sacramentum absq; confessione, iuxta superius dicta, licet ex obliuione sic accedat ad celebrandum, obligaretur hac lege in eo casu, nam tunc cõmunicat sine confessione, propter vrgentem necessitatem,

tem, & cum conſcientia peccati. Ita *Suar. relat. ſect. 7.*

136 IV. dubitatur, an teneatur Sacerdos huiuſmodi pręcepto, ſi prius eſſet confeſſus, & tunc dicendo miſſam recordaretur vnius peccati obliti in confeſſione.

Dico, teneri, nam ante cõmunionem tenebatur illud confiteri, & ob neceſſitatem vrgentem illud omittit ſine peccato, *ita Suar. 3. tomo diſp. 66. ſect. 3.*

137 V. dubitatur, an Sacerdos comprehendatur ſub huiuſmodi præcepto, ſi celebrat ſine neceſſitate ob malitiam non præmiſſa confeſſione.

Suar. 3 tomo diſp. 66. ſect. 7 in fine, dicit non teneri, quia Conc. Trid. ſolum loquitur de illo, qui hoc fecit neceſſitate vrgente, & lex poſitiua ſolum obligat prout lata eſt, & in hac materia eſt ineſficax argumentum à paritate rationis.

Sed quot peccata committat Sacerdos, qui in p. m. ſe ipſum communicat.

Reginald. lib. 29. c. 4. cenſet duo peccata committere, vnum malæ diſpenſationis, alterum indignæ receptionis.

Suar. diſp. 67. ſect. 1. putat tria peccata committere, primo, quia miniſtrat Sacramentum in p. m. Secundo, quia indigne ſuſcipit. Tertio, quia miniſtrat indigne ſuſcipienti, & huiuſmodi opiniones ſunt valde probabiles.

Alij vero tradunt, vnum numero peccatum ſacrilegii, committere, ſed multis titulis, quia procedunt ex eadẽ ſpecie irreuerentiæ, qua indigne contractat hoc Sacramentum, ita *Henriq lib. 8. de Euch. c. 45. num. 2. Barth. à S. Fauſto de Euch q. 363. & alij.*

Decimo Pręcipitur Sacerdotibus ex pcepto Eccleſia
138 ſtico ſeruare ieiuniũ naturæ, antequam celebrent Miſſę ſacrificium, in quo ſumitur auguſtiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentum, ita communiter Theologi, & poſt alios late per *Fagundez lib. 3. in primũ præceptum Eccl. c. 5. nu. 20.* & à temporibus Apoſtolorum in eccleſia fuit ſeruata hæc conſuetudo non ſumendi aliquem cibum, vel potum ante Euchariſtiam, vt patet ex *Conc. Carthag 3. c. 48. Conc. Tol. t. 7. c. 2 Conc. Altiſiodorenſi c. 19. Conc. Conſtan. ſeſſ. 13. & aliis Concilijs*, et hoc pręceptum obligat ad mortale, vt omnes docent.

139 Vnde, quicunque cibus, & potus etiam in minima quãtitate, & ſub ratione medicinę, vel ſalutis, ſi eſt per modũ cibi, vel potus, impedit ex

præcepto commuuionem, vt habetur in dicto *Conc. Tolet. 7. c. 2.* & colligitur *ex c. ex par te, de celeb. miss.* Ita *D. Th 3. p. q 80. ar. 8 Scotus 4. dist. 8. q. 3. Duran. 4. d. 8. q 4. Azor. l 10. inst. mor. c. 30. & alij communiter.*

140 Sed dubitatur primo; à qua hora debet esse ieiunus.

Dico, à principio diei naturalis vsque ad tempus communionis, quod principium diei naturalis iuxta ecclesiæ consuetudinem incipit à media nocte, quia tunc incipit Sol ad nos redire, ita *D. Th. 2. p. q. 80. ar. 8. & alij communiter.*

An autem Sacerdos possit celebrare, vel potius abstinere si fuerit in dubio, an comederit, vel biberit ante, vel post mediam noctem, siue ob discrepātiam horologiorum id nō bene colligere potuit.

In hoc dubio *Sanch. lib. 2. de matr. c. 41. n. 40.* distinctione vtitur, aut enim est dubius, an comederit, vel biberit ante, vel post signatam mediam noctem, & tunc nō potest celebrare, quia in dubio melior est conditio possidentis, hoc autem casu nulla est possessio ex parte Sacerdotis, sed potius ex parte præcepti Missam celebrandi seruato ieiunio naturali, & hanc opinionē sequitur etiā *Fagundez lib. 3. in 3. præcept. Euch. c. 1. n. 18.* si vero est dubius ex diuersitate horologiorum, tunc posset celebrare, ex eo quia tunc diuersitas facit vtramque opinionem probabilem, quo casu non dicitur dubius, sed opinans, & in eo non habet locum regula illa de possidente; sed alia, quod ex duabus, vel pluribus opinionibus probabilibus, liceat amplecti quam quis maluerit, sic *Sanch. cit.* & sequitur *P. Alph. de Leone de off. Capellani qu. 8. sect. 17. nu. 138 fol. 972.* Qui aduertit, quod hoc non habet locum, vbi idem horologium bis signat, quia certum est, quod in primo signo hora est iā completa. Imo, secundū *Sanch. cit.* si quis biberet, quando cepit sonare horam mediæ noctis, non posset sequenti die celebrare, ex quo, cum primus pulsus horæ sonat, iam hora est expleta.

141 II. dubitatur, si quispiam dum os abluit, casu deglutiat aliquid exiguum aquæ admistū saliuæ, an possit celebrare.

Et posse dicēdum est, quia non traijcitur per modum cibi, sed per modum saliuæ. Item si casualiter trāsglutiantur reliquiæ cibi diei præcedentis, quæ erant inter dē-

tes

tès, quia censentur etiam sumi per modum saliuæ, ita *D. Th.3.p.q.80.ar.8. Victoria q. 83 de Sacram. Valentia 4. tomo disp.6 q.8.pun.3. Azor. l. 10.inst.mor.c.30.* & patet ex Rubr. missalis. Quamuis *Gauantus p. 3. suorum commentar. in Rubr. miß. tit. 9. post Paludan.* videatur asserere impedire celebrationem, vel communionem, vbi talis traiectio fit aduertenter, v.g. aduertit quis illas reliquias habere in ore, & posset expuere, & nõ expuit. vide *P. Alph. de Leone de Off. Capell. qu. 8. sect.17.nu.142.*

Idemque asserit *Fagundez num.15.* de eo, qui deglutiuit sanguinem, vel humorem ex dentibus, vel ex capite decidentem in os, vel casu ex ore manantẽ, & idem concludere videtur *Diana par. 2. de celeb.miss.resol.52.* de sanguine, qui ex labio secto effluxit.

De eo autem, qui tabachum, vt vocant, in folio, vel in fumo, aut in puluere recipiunt, idem tradunt, vt testatur *P. Alph. de Leone de Offic. Capell.qu.8.sect.17.num.134.* cum de folio, & fumo tantũ possit contingere traiectio alicuius humoris ex capite manantis in stomacum, & de puluere fiat attractio per nares. Solum tamen impediret si de folio aliquid traiiciatur, etiam inaduertenter.

Sed an, qui vt leniant faucium, aut pectoris raucedinẽ vesperi dum eunt cubitum aliquid saccari, vel conseruæ in os mittũt, vt paulatim cõsumpturi liquefactum deglutiant, si ante mediam noctẽ somnus occupauit, possint sequenti die communicare.

Dico, non posse, quia eiusmodi sumptio est per modũ cibi, & quasi successiua quædam manducatio, cum illud vitali actione transmittãt ad stomacũ edendo, ita *Filiucc. to.1.tract.4.c.8.q.10.nu.236. Barth à S. Fausto de Euchar. lib.1.q.331.Suar.disp.68.sect. 4.& alij.*

142 III. dubitatur, quid si sacerdos nil sũpserit post mediam noctem, tamen est ita indigestus ob carentiam somni, vel nimietatẽ cibi, ac si parum antea comedisset.

Glo.in c.nihil 7.q.1. verbo nimirum, cẽset huiusmodi dispositionem impedire communionem.

Communiter verò doctores contrarium tenent, cum hoc non sit malum per se, & nullo iure sit prohibitum.

Ex quo sequitur, sacerdotem, qui in vigilia natiuitatis Domini ientaculum sumpsit prope mediam noctem, pos-

ſe poſt mediam noctem celebrare, quamuis non dormierit, & cibum non digeſſerit. Cum dicatur ieiunus à media nocte. Sic *Rodriq. c.249. de Miſſa nu.* 11. *&* Bonacin. *de ſacr. diſp.4.q.6. pu.2. num.* 11. vbi alios caſus notat circa huiuſmodi præceptum.

143 IV. dubitatur, an liceat Parocho non ieiuno celebrare, ad aliquē in articulo mortis conſtitutum communicādum.

Dico, non licere, quia hoc iura non permittunt, vt poſt alios tradit *Barth. à S. Fauſto de Eucharist. lib.* 1.*q* 349.

144 V. dubitatur, an quandoque liceat ſacerdoti non ieiuno communicare.

Reſp. affirmatiue. Primo ſi ſit neceſſarium ad perficiendum, vel conſumendum ſacrificium. Secundo, ſi occurrat neceſſitas ad conſumendum Sacramētum, propter vitandam aliquam irreuerentiam, vel quia igne cōbutendum ſit, aut quia deueniet in manus hæreticorum, vel infidelium, à quibus iniurioſè tractabitur. Tertio, ſi neceſſarium ſit ſacerdoti ſumere reliquias huius Sacramenti poſt ſumptā ablutionem calicis, nam huiuſmodi ſumptio non eſt per modum communionis integræ, ſed quaſi complementū actionis ſacrificandi, & conuiuij ibi peracti, & ſic vnica ſumptio reputatur, ita *Caiet. ſumma, verbo miſſa, Sil. eucharistia* 3 *q* 8. *Suar.* 3. *tomo diſp* 68. *ſect.*6. *Valen.* 4. *tomo diſp* 6.*q* 8. *pun.*3. *Azor. l. x. inſt mor. c.*30.*q* 5. *& alij.*

145 Ex quo colligo, non poſſe ſacerdotem, per ſe loquendo ſumere fragmenta, quæ remanſerāt in alia miſſa, poſt ſumptam calicis ablutionem, ita *Azor. l. x. inſt. mor. c.* 30. in fine. Dixi per ſe loquendo, quia per accidens poſſet hoc eſſe licitum, vt ſi non poſſent illa fragmenta alio modo reuerenter conſeruari.

VNDECIMO, tenetꝛ ſacerdos ex pcepto, celebrare in eccleſia, vel loco ſacro ad hoc peculianter deputato, vt

146 conſtat ex cōcilijs antiquis & decretis pontificium, *quæ referūtur, de conſecr. diſt.* 1. & renouantur in *Cōc. Trid ſeſſ.* 22. *in decr. de obſeruan. in celeb. miſſa, ita cōmuniter Theo. in* 4 *d.*23. *Sil. verbo miſſa,* 1 *q.* 5. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 13. *cap.* 6. *§.*4. *Nauar. c.*25. *nu.* 81. *Valentia* 4. *tomo diſp.*9.*q.*11. *pun.* 3. *Azor. l. x. inſt. mor. c.* 26. *& alij.*

Nec eſt prætermittendum, quod in altari priuati oratorij, cui ex priuilegio apoſtoli-

co,

co, conceditur celebratio missæ (exceptis festis solemnioribus) non poterit in eo celebrari, in Natali domini, Epiphania, Paschate, Pẽtecoste, Annunciatione, Assumptione B. M. V. festo SS. Apost. Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, vt censuit. *Sacr. Congreg. die 17. Nouembris 1607. teste P. Barthol. Gauanto. in manuali episcoporum, verbo missa nu. 19.* & ad materiam celebrandi in oratorijs priuatis vidè nuper scripta *per D. Nouar. in summa bullar. tit. de oratorijs priuatis.*

147 Sed dubitatur, quæ alia requirantur, vt possit celebrari sacrificium Missæ.

Dico, nonnulla alia requiri. Primo ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine, quã multi existimant à temporibus Siluestri incepisse, requiritur, ac necessarium est omninò altare lapideum consecratum, siue illud sit fixum, siue portatile, ita *Azor. l. x. inst. mor. c. 27. q. 1. Valẽtia loco cit. & nouiss. per Megal. in proptuar. verb. altare, & Dian. par. 1. tract. de celebr. miss. resol 68.*

Secundo requiritur, vt super altare duæ pallæ, seu toballiæ lineæ sint extensæ, vel saltem vna plicata, ita communiter Doctor. & hoc est antiquissimum in Ecclesia non tamen est necesse vt sint benedictæ, quia nullo iure cauetur, melius tamen est, vt sint benedictæ.

Tertio, requiritur præter pallas non benedictas, corporale tantum, benedictum ab habẽte potestatem, *c. consulto, de consecr. dist. 1.*

Quarto, requiritur, vt adsit lumen, aliàs peccaret mortaliter, qui sine lumine celebraret, secundum communẽ omnium sententiam, & candela accensa debet esse cerea ex Ecclesiæ consuetudine, & communiter duæ candelæ adhibentur.

Quinto requiritur, vt in altari sit liber missalis, qui sufficiẽter contineat ea, quæ sunt dicẽda in Missa, aliàs peccaret mor. qui sine libro rem diuinam faceret. *Ita d. Anton. p. 3. tit. 13. cap. 6. §. 6. Tabiena verbo. Missa num. 11. Siluester verbo Missa numero 2. vers. tertium. Nauarrus cap. 25. numero. 84.* & alij communiter, nec sufficit, quòd canonem memoria teneat, quia facilè labi potest.

Sexto requiritur, vt altare sit cruce ornatum, vt patet, ex regulis Missalis, hanc tamen *obligationem, non esse sub p. mor existimat Suar. 3. tomo disp. 81. sect. 6.* quia res non

non videtur adeò grauis seclufo contemptu.

Septimo, requiritur calix, & patena confecrata. *c. vasa de confecr. dist. 1. ita Azor. l. x. inst. mor. cap. 28. quaest. 1.*

Octauo, requiritur ex praecepto, vt Sacerdos fit indutus amicto, alba, cingulo, manipulo, stola, seu orario, & casula, seu planeta, & haec est Ecclesiae consuetudo, & alij quid horum omittendo voluntariè p.m. secundũ omnes *docto. in 4. d. 13. sil. verbo Missa num. 2. & Nauar. cap. 25. n. 83.*

Vltimo requiritur, vt saltem adsit vnus minister, qui Sacerdoti celebranti ministret, secundum communem Theologorum, canonistarũ, & Summistarum sententiam & de hoc dicemus infra *p. 2. nu. 68.*

DVODECIMO. Praecipitur Sacerdotibus, in Missa omnia dicere, quae in Missali praescribuntur. 1. ad seruandũ integrum ritum Missae, prout
148 in Missali statutus est, vt patet ex *Conc. Trid. sess. 22. in decr. de obser. in celeb. Missa. & ex verbis Pij Quinti in principio Missalis. ibi mandantes, & stricte omnibus, & singulis in virtute sancta obedientia praecipientes, vt Missam iuxta ritum, modũ, ac normam, quae pro Missali hoc à nobis nunc traditur, decantent, & legant.* Omissio autem quandoque erit p.v., quandoq; p.m. secundum grauitatem materiae, cõtemptum, vel negligentiam.

Tenebitur praecipue sacerdos quoties consecrat, sub vtraq; specie consecrare, vt constat ex *c. relatum, & c. cõperimus, de consecrat. dist. 2.* vbi dicitur, non posse absque graui sacrilegio vna species consecrari sine alia, quia ad essentiam sacrificij quod peragitur à sacerdote, dum hoc sacramẽtum conficitur, pertinet consecratio sub vtraq; specie. Et confirmatur ex decretis ecclesiae, quibus passim statuitur, sacrificium vnius speciei cõsecratione inchoatum, nullo modo relinquendũ esse imperfectum, vt patet ex *Conc. Tolet 7. can. 2. & Tolet. 11. can. 14 & ex c. illud, & c. nihil. 7. q. 1. ita D. Thom. in 3. p. q. 74. ar. 1. Suarez. disp. 43. sect. 1. & alij communiter.*

An autem praecepto diuino, aut humano teneatur sacerdos consecrare, vel celebrare sub vtraq; specie, & an possit summus Pontifex dispensare vt consecratio fiat sub vna tantum specie. vide *D. Tho. in 3. p. dicta q. 74. ar. 1. Bellarm. lib. 4. de Euchar. c. 22. Suar. disp. 75. sect. 6. & disp.* 43.

43.sect.4 & post alios nouissi- per *Barth à S. Fausto de Sacr Euchar. lib.1.q.219. & sq. 222.*

Sed dubitatur si aliquid omittatur in Missa ex obli-
149 uione naturali v.g. Gloria, aut Credo, & deinde postquã aliquantulum progressus est, recordetur, an sit repetendum.

Et regulariter non esse necessarium, dicit *Silu.verb. Missa 1.q.3*, quòd intellige si ea, quæ omittuntur non sunt de substantia sacrificij, nam huiusmodi semper sunt repetenda, ita *Silu loco cit.*

Huius occasione non est prætermittendum, quod nouissime declaratum fuit in Sacra Rituum Congregatione sub die 8. Aprilis 1628. non potuisse scilicet, nec posse locorum ordinarios, tam seculares, quam regulares addere Calendarijs, etiam proprijs Sanctorum officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicę licentia conceduntur.

Insuper vetuit, & prohibuit celebrari per totam Ciuitatem, vel Diœcesim etiam de cuiusque ordinarij auctoritate, missam, vel festũ cum officio de Sancto, eo, quod adsit Parochialis, vel regularis, aut aliqua reliquia, sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu vbi asseruatur insignis Reliquia, & non alibi. Insignem autem Reliquiã declarauit esse corpus, caput, brachium Crus, aut illam partem corporis, in qua passus est martyr modo sit integra, & non parua, & legitime ab Ordinarijs approbata sub pœnis contentis in Bullis Pij V. & in Breuiario, & Missali positis.

DECIMOTERTIO Tenetur Sacerdos ex præcepto non addere in Missa nouas precationes, aut alia
150 verba, præter ea, quæ præscripta sunt iuxta ritum Ecclesiæ, ita habetur in *cit. Constitutione Pij Quinti, & Trid decreto*, & contraueniendo si materia sit alicuius momenti, erit grauis culpa, *Ita Silu. missa.1 quæst.2. & 3. Sotus dist.13. quæst.2. art. 4. & alij doctores.*

DECIMOQVARTO Præcipitur Sacerdotibus seruare omnes cęremonias Missæ, quæ in actione consistunt,
151 nam præceptũ Ecclesiæ est seruandi ritum ab ea institutum, non solum quo ad verba, sed etiam quo ad actiones, cum *Conc. Trid. & Pius Quintus in dicta Constitutione* de hoc etiam disertè loquantur, omittendo autem,

vel addendo nouos ritus, & cœremonias, præter ea, quæ sunt approbatæ ab Ecclesia ex genere suo peccatur mortaliter, tamen ex leuitate materiæ, vel inaduertentia, potest esse veniale, ita *Suar. 3.tomo disp.84. sect. 2.*

DECIMOQVINTO, tenetur, qui ministrat Sacramenta, vt minister ex officio, illa ministrare in statu gratiæ, vt sanctè illud ministerium exerceat, aliàs si sciens, vel ignorantia vincibili hoc faciat in statu p. m. peccat mortaliter, *est cõmunis Theolog. conclusio*, excipe tamen sacramentum baptismi non solemniter collati in extrema necessitate, quia nõ peccat mort *Ita D. Thom. 3. p. q.64.art.6. Rodriq. in summa c.68.n.10 & alij.*

153 Sed dubitatur Primo, quis sit minister ordinarius Sacramentorum.

Dico, quòd solus Sacerdos extra necessitatem, est minister ordinarius Sacramẽtorum (exceptis Sacramento ordinis, & confirmationis, quorum collatio ad Episcopi potestatem spectat) tamen vt licitè possit ea ministrare, requiritur vlterius potestas iurisdictionis, vel ordinaria, vel delegata, est communis opinio.

Dixi extra necessitatem, quia sunt aliqua Sacramẽta,

154 quæ possunt ab alijs ministrari tempore necessitatis, v. g. Sacramentũ baptismi, etiam solemniter tempore necessitatis à Sacerdote non Parocho. Secundum *Suar. 3. tomo disp. 41. sect. 4.* & non solemniter etiam à laicis in necessitate, vt est notum.

155 Item Sacramentum Eucharistiæ à Diacono in casu necessitatis de licentia Episcopi, vel Parochi, vt patet ex *Conc. Carthaginensi 4 can. 38.* vbi iubetur, vt Diaconus præsente presbitero Eucharistiam corporis Christi populo administret, si necessitas cogat. Ita *D. Tho. 3.p.q. 82.art 3. Bellar. lib. de ordine c.6. & alij communiter cum Suar. disp.72. sect. 1.* qui tradit, quod si præter Diaconũ, adessent alij Sacerdotes, non posset Episcopus, vel Parochus id munus Diacono cõmittere, nec Diaconus acceptare, quia tunc cessaret iusta causa præcipiendi. Ideo censet *P. Barth. à S. Paulo de Sacram. Euchar. lib. 1 q.206.* ob causam prædictam hoc munus fere nunquam hodie per Diaconos exerceri, quia moraliter loquendo, nunquã desunt Sacerdotes, qui id possint, & velint efficere. In casu autem necessitatis, quo moraliter timeatur proximũ

discess-

discessurũ sine viatico, si nullus idoneus Sacerdos adesset q̃ Eucharistiã administraret, nec proprius pastor, qui id Diacono committeret, posse Diaconum deferre Eucharistiam tenent *Suar. dicta disp. 72. sect. 5. Tolet. lib. 2. c. 28. Sot. in 4. dist. 13. q. 1. ar. 3. Layman. tract. 4. c. 7. Bonac. disp. 4. q. 5. p. 1. & alij ex Gelasio Papa Epist. prima cap. 9. & 10.*

An autem Subdiaconus possit in casu necessitatis, vt tempore pestis Eucharistiam infirmis ministrare. Affirmant *Valentia to. 4. disp. 6. q. 10. p. 1. & Suarez dicta disp. 72. sect. 1. post Caitan.*

Sed verior, & recepta sententia est hodie, non licere Subdiacono, nec in extrema necessitate Eucharistiam ministrare, vt docent *Sot. in 4. dist. 13. dicta q. 1. art. 3. Silu. Eucharistia 3. num. 4 Layman cit. loco, & alij, quibus accedit P. Barth. à S. Fausto dicto lib. 1. q. 210.* motus tum ex eo, quia maior ratio est habenda reuerentiæ huius ineffabilis Sacramenti, quam fructus infirmi, cum satis sit impedito si communicet spiritualiter; tum etiam quia praxis, & vsus Ecclesiæ habet, vt Eucharistia ab alio, qui non sit Sacerdos, vel Diaconus, vt dictum est, non ministretur.

Ex quibus patet, etiam resolutio ad aliud dubium, An persona laica possit saltem existenti in articulo mortis Eucharistiam administrare deficiente proprio ministro. Nam licet *Suar disp. 72. sect. 3. & Valentia loco cit.* probabiliter censeant posse; tamen probabilior est contraria sententia *Soti, & Silu. cit. loc. Vasq. disp. 219. c. 1. Eman. Sa. verb. Eucharistia num. 4. & 32. Bonac. disp. 4 q. 5. p. 1. & Barth. à S. Fausto q. 122. ex tex. in c. peruenit, de consecr. dist. 2.*

II. dubitatur, an teneatur talis minister præmittere
156 confessionem sacramentalem ante hoc ministerium. Affirmat *Marsil. in 4. q. 12. art. 1. par. 5.*

Alij vero existimant non esse simpliciter necessarium si sola ratio interueniat administrandi Sacramẽtũ, quia hoc non est præceptum diuinum, nam nec ex scriptura, neq; ex traditione habetur, non est Ecclesiasticum, quia de hac re nullum extat rescriptum decretum, & moralis diligentia, quam minister tenetur præmittere, vt se præparet ad gratiam sufficienter fit per contritionẽ, & hanc sententiam sequuntur *communiter Doctores*.

Dixi si interueniat sola ra-

tio miniſtrandi Sacramentũ, quia tenetur præmittere cõfeſſionem, ad conficiendam Euchariſtiam, non tam propter actiuum miniſterium, quam, quia debet communicare, & de hoc dictum eſt *ſup. nu.* 125.

157 III. dubitatur, an clerici in ſacris ſollemniter canendo epiſtolam, vel Euangelium in p.m peccent mortaliter.

Affirmat *D. Th 3.p.q.64. ar.6 & in 4 d 24. q.1. art.3. quaeſtiun. 5. Angel. verbo clericus 8 nu. 1. Silu clericus 2. num.2. in fine. & Caiet. 2. 2. q.60. art 2. in fine*, quia illud miniſteriũ eſt graue, & proximè accedit ad ſacrificium, & ad illud digne exercendum datur ſpecialis gratia per Sacramentum.

Alij vero exiſtimant contrarium, dicentes illam materiam non eſſe adeo grauẽ, quia illa actio, quæ exercetur in hoc miniſterio non eſt illo modo conſecrata, & ſanctificata, quo ſunt actiones Sacramentorum, ita *Sotus in 4.d.1 q 5.art.6. & diſt. 23.q. 1. art. 4. Henriq. l. 10. de Sacramentis c 13. num. 3. Suar. 3. tomo diſp 16. ſect. 3. & Valentia 4. tomo diſp. 3. quaeſt. 5. pun. 3 §. ſed intelligitur*, qui dicit cum *Soto* peccare venialiter, & hæc ſententia eſt probabilis, licet prior ſit tutior.

De reliquis miniſtris, qui adiuuant Sacerdotem celebrantem, vt ſunt Clerici in quatuor minoribus ordinibus conſtituti, dicendum eſt non p.m. exercendo actus illorum ordinum in p. m. ſecluſo ſcandalo, & contemptu ex quo materia leuis eſt, quia ſunt actus valde remoti à perfecto actu ſacrificandi. Ita *Barth. à S. Fauſto poſt alios l 1. de Euchar. q. 367.*

158 IV. Dubitatur an Sacerdos, qui pluribus ſucceſſiue adminiſtrat Euchariſtiam in p.m. plura peccata committat.

Rodriq. cap. 249. num. 26. cenſet, vnum peccatum committere, ſicut vnum peccatum committi ab eo, qui multorum pęnitentium confeſſiones audit, nulla, vel ſaltem modica interpoſita mora, ea ratione, quia moraliter reputatur vna actio, licet phyſice dicatur plures actus.

Sed quamuis hæc opinio ſit ſatis probabilis, tamen probabiliorẽ cenſet *Barth. à S. Fauſto de Sacr. Euchar. lib. 1. q 262.* committere plura peccata, ex quo prædictæ actiones habent ſingulæ ſuũ definitum terminum, in quo conficiuntur, & complentur, prout ita tradunt *Azor tom. 1. lib. 4. c. 4. q 6. Silu verb. Clerici 2. nu. 2. Suar. diſp. 22 ſect. 5. &*

5.& Valentia to 4. disp. 9. q. 10 p.1.

159 V. Dubitatur an Sacerdos, qui exiſtēs in p.m. tangit Euchariſtiam, vt quando mutat Euchariſtiam de vno vaſe in aliud, vel illaṁ defert in proceſſionibus, an p. m.

Affirmat *Alex. Alenſis in 4.p q 52.num.7.*

Dubitant vero aliqui.

At *Suar. disp 72 sect 4. Poſſeuinus de adminiſtr Sacram. c.5.num.45. Petr. Ledeſm de Eucbar c 11 Barth à S Fauſto lib 1 de Euchariſt. q 364. & alij*, negant ex eo, quia hniuſmodi contactus non eſt adminiſtratio Sacramenti, nec gratiam confert ex opere operato, vt per eos.

160 VI. Dubitatur, an Sacerdos, qui abſque facultate ſaltem interpretatiua Paſtoris, (vt eſt Papa in toto orbe, Epiſcopus in ſua Diœceſi, & Parochus in ſua Parochia) Euchariſtiæ Sacramentum adminiſtrat alienis ouibus peccet, & incurrat aliquam pœnam, vel cenſuram.

Tolet in ſumma lib.2.c.28. Henriq lib 8.c.54.nu.2. Nauar.c 27 nu 52.& Suar.disp. 72 sect 2. dicunt p.m. quia alienum officium vſurpat in re graui contra voluntatem ſaltem præſumptam Paſtoris, nullam tamen pœnam, aut cenſuram incurrere, ſi eſt Sacerdos ſecularis, ſed ſi eſſet regularis exemptus à iuriſdictione Epiſcopi incurreret excommunicationem latam in *clem. 1. de Priuilegijs*, ſi nō haberet ſpeciale Priuilegium à S. Sede Apoſtolica, ita *Glo. in dicta clem. Suar. loco cit. Barth à S. Fauſt. de Eucbar. lib.1. q.200. Layman tract.4. c 7. & alij cum Nauar. in Man. c 21. §. 52.* Quamuis hodie ex conceſſione Apoſtolica, vt tradunt *P. Alex. Peregrinus in compend. Priuilegiorum tit. communicare ſol.107. Bart. à* S. *Fauſto cit. loco, & Barth. Medina lib. 1. c.11 §.13* Regulares poſſint miniſtrare hoc Sacramentū omnibus Chriſtifidelibus, præterquam in die feſto Dominicæ Reſurrectionis.

161 An autem Regulares poſſint miniſtrare Sacram Euchariſtiam ipſo die Reſurrectionis Dominicę, ijs, qui exiſtimantur Parochiæ ſatisfeciſſe, aut poſtea ſatisfacturi.

Azor. to.1. lib.7. c.30 q 7. & Nau. in Man d.c.21 nu. 52. cum Henriq. lib 8. c. 55. abſolute negant.

Alij vero affirmant, aſſerentes verba Priuilegij intelligenda eſſe formaliter, non de ipſo tantum, & præciſo die Paſchatis reſurrectionis, ſed quod non poſſint Regulares miniſtrare Euchariſtiā

in

in suis Ecclesijs, quando illi communicant in eis ad implendum Ecclesiæ Præceptum. Ita *Eman. Sà verb. Eucharistia nu. 10. Coninch qu. 82. art 3. num. 31. Filiuce to. 1. tract. 4. c. 9 num. 265. Layman. tract. 4. c. 7. Suarez disp. 72. sect. 2. & alij.*

162 Sed vtrum Sacerdos secularis, aut regularis possit deficiente Parocho in articulo mortis licite administrare Sacramentum Eucharistiæ.

Negant *Nauar. in manuali c. 21. num. 52 & cap. 25 nu. 102. Siluest. verb excommunicatio num. 32. dub. 3. Armilla eodem verb. §. 49. & Diuus Anton. in 3 p. tit. 14. c. 15. §. 5.*

Affirmant vero, *Rodriq. in qq regular. q. 56. art. 8. Suar. dicta disp. 72 sect. 2.* Sot. *in 4. dist. 13. qu. 2. art. 1. Fagund. lib 3. cap. 2.* Caiet. *in summa verbo excommunicatio c. 64. & Henriq. lib. 8 de Eucharist. cap. 55. num. 1.* vbi sic ait, *in articulo mortis si absit Parochus potest Regularis administrare Secularibus Eucharistiam, & extremam vnctionẽ, quia adest voluntas interpretatiua saltem Papæ vt Iuuetur infirmis,* & hanc opinionem communem, & veriorem dicit *Barth à Sancto Fausto de Sacr. Euchar. lib. 1. qu. 203.*

Qui autem teneantur tempore pestis ministrare Sacramenta saluti necessaria.

Caietan. 2 2. qu. 26. art. 5. Banes 2. 2. qu 33 art 3. dub. 4. Eman. Sà verb. Parochus, Suarez tom. 4 disp. 44. sect. 3. Naldus verbo Parochus, & alij tradunt, teneri Parochum, aut dare qui ministret peste infectis, imò ait *Sà*, quẽlibet Sacerdotẽ teneri in extrema necessitate, ex *Nauar. cap. 25. num. 133. vide in hoc etiam* nonnulla apud *Posseuin. de offi. cur. cap* 8. *nu.* 36. *& Nald. verbo Sacramentum nu. 7.*

163 DECIMO SEXTO tenẽtur Parochi prædicare populo eis commisso, iuxta Conciliarem dispositionem Trid. In *sess 5. c. 2. de reform.* vbi sic dicitur de Curatis, *Pascant populũ salutaribus verbis, annũciãdo cũ breuitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oportet.* & In *sess. 22. cap. 8. de sacrificio missæ dicit frequenter, curam animarum gerentis inter Missarum celebrationem exponant ex ijs, quæ in missa leguntur.* Et in *sess. 23. cap. 1. de refor.* ait, *Cum mandatum sit omnibus, quibus animarum cura comissa est, oues suas agnoscere pro his sacrificium, verbiq; diuini prædicatione &c pascere;* Et quamuis

nis ibi loquatur de Episcopis, tamen inferius intelligit omnia etiam de curatis. Et in *sess. 24. cap. 7.* loquens de Parochis ait, *exponant sacra eloquia, & in lege domini populum erudire studeant.*

Ex quibus omnibus locis euincitur, curatũ teneri prædicare. ita *Tolet. in summa lib. 5. cap. 7. nu. 7. Possevinus de officio Curati c. 3. Gauante in Manuali Episcop. verb. Parochorum munera num. 5. & alij.*

164 Sic etiam in eodem S. C. *Trid sess 24. cap. 4. de refor.* dicitur, *Episcopi saltem Dominicis, & alijs festiuis, pueros in singulis Parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs ad quos spectabit docere curabunt.*

165 Et licet Concil. Ibi non specificet, an curatus teneatur ad hoc, tamen, vt ait *Sotus de Iustit. lib. 10. q. 1. art. 3.* curatus tenetur, deficiente, qui eam doceat, cum ipsius sit instruere ignorantes in hac re, & praxis vniuersalis, ita interpretatur, vt testatur *Possevinus de Officio Curati cap. 4. nu. 4.* In tantum, quod negligentia Parochi in docendo ad salutem necessaria, nempe symbolum, decalogũ, & Pater noster, sit lethalis, vbi passim magnus est abusus eorum, qui contenti docuisse symbolum latine, non explicant populo rudi misteria fidei præsertim Santiss. Trinitatis, & incarnationis tantopere ad salutem necessaria tradunt *Bmau. Sà verb. Parochus, Nau cap. 25. nu. 121. Victorin ad possevinum, c. 4. & alij.*

166 An autem teneatur curatus prædicare per se, vel sufficiat prædicare per alium.

In hoc dubio *Tolet. cit. loco nu. 7.* censet non esse necessarium prædicare per se, sed sufficere si id faciat per alium, cuius *Toleti* opinio de prædicante per alium licet non videatur conformis verbis concilij dicta *sess. 5. c. 2. dum ait, per se vel per alios ligitima impediti pascatur salutaribus verbis,* tamen *Possevinus dicto cap. 3. num. 2.* putat posse sustineri, quia concordat mẽti concilij, quæ est populum instructum iri.

167 Sed quando curatus Prædicabit?

Resp. ex *S C. Trid. sess. 5. dicto cap 2. de refor.* saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus, quod etiam notat *Tolet. dicto lib. 5. cap. 5. num. 7.*

168 Quas autem pœnas incurrat Curatus si non prædicet iuxta præfatas S. C. dispositiones.

Resp.

Resp. incurrere pœnas ab eodem S.C. *sess. 5. dicto cap. 2.* taxatas, quæ sunt censuræ, & aliæ arbitrariæ Episcopo, & assignatio honestæ mercedis alteri, qui prædicet. Et cum sit præceptũ in re graui censet *Possevinus dicto c. 3. nu. 5.* esse p.m. nisi omittat vna, vel altera vice vt. De nonnullis alijs ad officium Parochi spectantibus vide apud *Possevi- num de offic. curati per totum.*

169 DECIMO SEPTIMO tenẽtur Parochi, & alij exercentes curã animarũ Parochialium, aut aliarũ Ecclesiarum secularíũ, etiã annexatum venire ad Diœcesanam Synodum dum à proprio Episcopo in sua Diœcesi congregatur *c. quod super his, iuncta glo. de maiori- tate, & obedientia, Concil. Trid sess. 24 cap. 2 de reform. & per Francisc Leo. in Thesaur. fori Ecclesiast. p. 1. cap. 9. nu. 13.*

170 Sic etiam tenentur Abbates habentes Capellas vel populum subiectum Episcopo, siue exempti sint siue non, citra priuilegium speciale vt per *D. Riccium part. 4. decis. 151. qui alios refert nu. 4.*

171 Item exempti omnes, tenetur accedere, qui alias exemptione cessante interesse deberent, neq; capitulis generalibus subsunt: *Concil. Trid. loco cit. & per Gauante post alios In Manuali Episcop. 2. verbo Sinodus Diœcesana nu. 11. & D. Ricc. loco cit. num. 5.*

172 Similiter regulares assumpti ad Parochiales Ecclesias, & Prælati seculares, vt per *Maßobrinum de Sinodo c. 3. dub. 6.*

173 Sic quoque tenentur Clerici, qui obtinent beneficia simplicia in Diœcesi in qua fit Sinodus esto in alia Diœcesi habitent *Maßobrin. dicto cap 3. dub 2. Vgolin. de offic. & pot Episc. c. 48. §. 1. & Gauante cit. loco nu 21.*

174 Item alij Clerici, qui de consuetudine per decẽnium introducta solent accedere, vt per *Maßobrinũ. loco cit & Gauante in Praxi Diœcesana Synod c. 2. §. 1.*

175 Rectores etiam, qui nullius sunt Diœcesis, teneri adire Synodũ viciniorem Episcopi, à quo possunt visitari cẽsuit *Sacra Congreg. Concilij vt testantur Gauante in dicto Manuali Episc. verbo Sinodus Diœcesana nu 20 Franc. Leo. cit loco nu 13. & Barbosa de offic. & pot. Episc. p 3. alleg. 93. nu. 7.*

176 De Canonicis tandem Ecclesiarum Cathedralium, & inferioris collegiatæ, & de alijs Sacerdotibus non be

nefi.

neficiatis dubitãt Doctores extra ius consuetudinis, tamen, vt testatur *Gauante in praxi Diœcesana Synodi, nu.* 5. conueniunt, hos omnes teneri, si de reformatione morum agatur, aut de publicãdis decretis proximi Cõcilij Prouincialis, vel de re concernente vniuersum Cle-
177 rum, seu Canonicos. Ideo multo minus Diaconi, & inferiores Clerici tenentur accedere ad Synodum nisi de consuetudine, si adsit, vel de speciali iure, vt per *Gauante. Ibidem, & Vgolinum dicto c.* 48.§.1.

178 An autem, qui accedere tenentur, ad Synodum Diœcesanum teneantur per se, vel per Procuratorem accedere.

Massobrius dicto c. 3. dubio 6. & Gauante in dicto Manuali Episc. num 18. censent, posse per se, & per procuratores.

179 Sed quid si non venerint ad Synodum, qui obligati sunt cum possint.

Resp. censuris Ecclesiasticis, alijsq; pœnis affici possunt. *ex Trid. dicto cap.* 2. *in fine, & per Vgolin. cit. loco*: Excipiuntur tamen illi qui morbo detinentur, vel alia iusta causa impediti, vt per *Vgolin. dicto c.* 43.§.1.

180 DECIMO OCTAVO Præcipitur Clericis beneficiatis, qui In Synodo Diœcesana conuenire debent, vt fidei professionem faciant in prima Synodo, cui interfuerint. Ita statutum extat per Conciliarem dispositionem *Tridentini sess.* 25. *cap.* 2. de reformat. His verbis. *Cæteri vero omnes siue in præsenti, siue in futurum beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Diœcesana conuenire debent, idem, vt supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur faciant, & obseruent. Alias secundũ formam Sacrorum Canonum puniantur*: Hæc Sacrum Concil. dum loquitur de fidei professione facienda. Et ad materiam vide nonnulla notata *per P Barth Gauante in Manuali Episcop verbo, fidei professio, & Garc. p.3.cap.3.nu.* 74. & dicta superius *num.* 86, in præcepto eiusdem professionis faciendæ infra duos menses à Parochis &c.

An autẽ si prouisus de Canonicatu obtineret indultũ de percipiẽdis fructibus in absẽtia cẽseatur dispẽsatus ad nõ emittendã fidei professionem. Affirmat *Garsia cit. n.* 77. *iuxta resolutionem Rotæ in vna Carthaginens. fru-*

L *ctuum*

ctuum primo Iulij 1588.

181 Vlterius dubitari posset, stante sententia Doctorum, quos post alios sequitur *D. Ricc. par. 4 decis. 84.* qui dicunt, professionem fidei fieri posse per procuratorem specialiter deputatum, vtrum noceat prouiso de beneficio si procurator neglexerit illam facere in tempore debito.

In hoc dubio, *Azor. Instit. mor. to. 2. lib 7. qu. 6. Sanch. in summa lib. 2. c. 5 D. Ricc. d. p. 4. d. 84. & alij* censent, quod prouiso de beneficio minime noceat negligentia procuratoris, cum nulla culpa ipsius prouisi assignari possit, quamuis alias, procurator omittẽdo facere illud, quod sibi mandatum est, præiudicat domino mandãti. *Ias. in l si procurator C. de procurat. Bald. in cap cum olim Abbas, de off deleg. & Surd. dec. 281. num. 3.*

ADD. ad quintum Præceptum residendi, supra à num. 122.

182 Octauo, dubitatur si Canonici examinatores in Synodo Diœcesana deputati, examinis causa à choro absint, vtrum habeantur pro præsentibus, & lucrentur distributiones.

Affirmat, *Lelius Zecchius de republ. Ecclesiast. tit. de beneficiatis num. 13. ad finem, cum Viuian. de iure patr. lib. 15 cap. 3. nu 145 & Io. Hieronymo Cencdo tract quæst. Canon. quæst prima n 74.*

183 Idemq; censet *Garsia par. 3. cap. 2. num.* 335. in Canonico, qui curam exercet animarum annexam Ecclesiæ, in qua est Canonicus. Et affert declarationem Sacræ Congregationis, quæ sic ait. *Habentur tanquam præsentes in choro, qui curam animarum exercent, quæ illi Ecclesiæ imminet, dum tamen sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam.*

184 Similiter, dicendum est de Canonico Pœnitentiario, dũ confessiones audit ex dispositione Conciliari *Trident. sess. 24. cap. 8. de reformat.* & de Canonico Theologo, qui in die, quo legit, siue de mane, siue de sero legat, tota die à choro est exẽptus, & distributiones lucratur, *Gonzalez ad regul. 8. cancell. §. 7 proem. num. 180. & alij apud Barbos. de pot. Episc par. 3 all. 56. num. 8.*

185 Et idem censet *Moneta de distrib. quotid. par. 2. qu. 11. num. 91.* de canonista, seu Theologo, qui nomine sui capituli interesset Concilio, quia

quia tunc rem vtilem sui capituli ageret. *Cenedo d. qu. 1. num. 67.*

186 Nono, dubitatur, an Canonici existentes in seruitio sui Episcopi, vt in visitatione, in componenda Synodo, & simili, lucrentur distributiones, & habeantur pro præsentibus in choro.

Affirmant *Dec. in cap cum omnes, de constitut. num. 6. Hoieda de incompatibil. benefic. par. 1. cap 17. num. 10. Couar. var. resolut. lib 3. cap. 13. num. 5. & Viuian. de Iurep. lib. 15. cap. 3. num.* 150. si tamen adest consuetudo, qua non extante solum habentur pro præsentibus, & lucrantur fructus præter distributiones iuxta *tex. in cap. de cætero, & c. ad audientiam, de Cler. non residen. vt late per Garc par. 3. cap 2. nu. 345. & D. Ricc. par. 4. decis. 70. nu. 2.* nisi Canonicatus consisteret solū in distributionibus quotidianis, quia tūc eas lucrarētur, excepta tertia parte, quę deseruientibus accesserit, vt censuit Sacra Congregatio. Quorum responsa refert *Garcia nu 351.*

187 Decimo, dubitatur, an Canonici missi à proprio Episcopo ad visitanda limina Apostolorum, eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina iuxta, *Constit. Sixti V. de visitandis liminibus Apost.* lucrentur distributiones, & pro præsentibus in choro reputentur.

Affirmatiue tradunt *Garcia de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 349. Viuian. de Iurep. lib. 15. cap 3. num. 146. Moneta de distribut. quotid. par. 2. qu. 8. num. 23. & alij.* Et affert in hoc idem *Garcia* declarationem Sacræ Congreg. quæ sic ait, *Canonici missi ab ipsorum Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, distributiones lucrantur ex decreto S. D. N. Sixti V.*

188 An autem Canonico absenti causa visitationis Ecclesiarum sibi demandatę ab Episcopo debeantur distributiones dum causa visitationis à choro abest *Moneta par. 2 qu. 11 nu. 62. & Cenedo pract. quæst. can. quæst. 1. num. 74* dicunt non deberi, secluso priuilegio, consuetudine, aut statuto. Sed quando cum Episcopo seu eius Vicario Generali, aut de illorum alterius mandato, Ecclesiam propriam visitarent debentur quotidianæ distributiones. *Cenedo cit. loco nu. 36.*

189 Vndecimo, dubitatur, an Canonicus factus Vicarius Capituli sede vacãte habeatur pro præsente in choro, & lucretur distributiones in absentia.

Affirmatiue, secundum *Pauinum de off. et potest. capituli sede vacan. qu.* 10. 2. *par. num.* 5. quia censetur esse in seruitio Ecclesiæ, cum magis commodum sit Ecclesiæ vt deputetur vnus, & non exerceatur iurisdictio per totum capitulum, & ita etiam censuit *Rota decis.* 222. *par.* 2. *diuersorum.*

190 An autem, idem dicendũ sit de Canonico, qui est Episcopi Vicarius.

Negatiue, quia in eo cessat ratio supra assignata in Vicario capituli sede vacante vt per *Rotam* ibidem, & *Cenedo dicta qu.* 1. *nu.* 3.

191 Duodecimo, dubitatur. an absens ob necessitatem, vel euidétẽ Ecclesiæ vtilitatẽ, reputetur pro pręsẽti in choro, & lucretur distributiones.

Et dicendum est, de iure, percipere non solum fructus, ex *cap. ex parte,* 2. *de Cler. non residen.* Sed etiam distributiones, si est præsens in loco, vbi est Ecclesia, *c. vnico, de Cleric. non resid. in* 6. & per *Couar lib.* 3. *var. resol. c.* 13. *num.* 8. *Zech. de repubi. Ecclesiast. cap.* 24. *de Canonicis num.* 6. *Zerol. in praxi Episcopal. par.* 1. *vers. distributiones §.* 3. & alios si vero est absens à loco, nõ perciperet distributiones, *cap. cum non deceat, de electione in* 6. *Couarr. Zechus, & alij citati* Qui tamen id declarant, nisi consuetudine aliud fuerit obtentum, vt etiam tenent *Moneta dicta par.* 2. *qu.* 11. *à num.* 11. *& Viuian. de Iurepat. lib.* 15. *cap.* 3. *nu.* 133. & ita censuit Sacra Congreg. Concilij cuius responsum refert *Garcia par.* 3. *cap.* 2. *num.* 362. his verbis, *stante consuetudine, quod Canonicus missus à capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli, percipiat omnes fructus, & distributiones quotidianas. Congr. censuit eam esse obseruãdã si Canonici absint pro euidẽti vtilitate Ecclesiæ.*

192 Decimo tertio, dubitatur, an Canonici qui sunt deputati inquisitores, seu alij ministri Sancti Officij dum huiusmodi ministerio deseruiũt habeantur pro præsentibus in choro, & lucrentur distributiones quotidianas.

Affirmant *Moneta de distrib. quotid. par.* 2. *qu.* 12. *nu.* 111. *Spina in Spec. test. glo.* 3. *princip. num.* 78. *& Viuian. de Iurepat. lib.* 15. *cap.* 3. *num.* 135.

135. & censuit Sacra Congregatio, vt testatur *Garcia dicta par.3.cap. 8.num. 356.* & sic obseruatur in Curia Archiep.Neap.

193 Et idem dicendum est de Collectore Generali Cameræ Apostolcæ. Subcollectore, Aduocato, Procuratore Fiscali, & Notario in causis spoliorum, durante eorum officio, ex Bulla *Sixti V.publicata sub die 8.Maij 1590.*

194 Similiter de Auditore Rotæ, qui ex *Bull.Clement VII.* quæ incipit, *Conuenit* lucratur in absentia etiam distributiones quotidianas.

195 Decimoquarto dubitatur an infirmus habeatus pro præsente in choro, & distributiones lucretur.

Dico quod sic ex *Hoieda cit.loco par. 1.cap 17.nu. 15. & Moneta de distribut. part. 2. qu. 6. num. 7.* etiam si ex culpa propria infirmetur, *Fuscus de visit. lib. 1.cap. 20. num.26. Moneta dicta qu. 6. num. 12. & Cenedo dicta qu. 1.nu.8.* dummodo talis infirmus quando erat sanus, solitus esset residere, & diuinis Officijs interesse, secus si non erat solitus, & quamuis aliqui dicant, vt tunc demum infirmus consequi debeat distributiones, quando est præsens in loco vbi est Ecclesia, cui tenebatur deseruire; & secus si est absens ab ea nihilominus contrariam sententiã vt veriorem defendit *Moneta num.19 & sequitur Cenedo dicta qu.1.nu.10.cum tex. in dicto c. vnico de Cler. non resid.* indistinctè loquatur si erat solitus interesse diuinis.

196 Idemq; dicunt *Moneta dicta qu.6. num. 10. & Cenedo dicta quæst.prima num.11.* si infirmus ad balnea, vel ad alium locum pro recuperanda sanitate pergat.

197 Similiter dicendum esse censent *Couar. var. resol. dicto cap.13.num. 8. Moneta dicta par.2 qu.15.à num.32.* cum alijs de in iuste excommunicato interdicto, aut suspenso ab officio, vel beneficio, siue etiam in iuste carcerato, quod etiam tradunt *Nauar.cons 9 de Cler.non residen, Cenedo pract.quæst.q.1. num.53.* & alij.

198 De Sene quoque, idem cõcludit *Moneta dicta part.2.q. 7. num. 5.* quando ita senio confectus est, vt nequeat cõmode personaliter Ecclesiæ deseruire.

199 Decimoquinto, dubitatur quid dicendum sit in canonico absente ratione, & causa studij.

Resp. si de licentia Episcopi absit, & requisita necessaria

ria ad ſtudendū habeat, id eſt, ſi ſit minor triginta annis & ſtudeat Theologiæ, vel Iuri Canonico ad quinquennium in publico gymnaſio, fructus ſuæ præbendæ lucratur *cap. vltimo, de magiſtris, Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 5. de reform. c. 1.* non tamen lucratur diſtributiones quotidianas, *c. licet vbi Doct., de præbend. & dignitatibus*, niſi fructus con-
200 ſiſtant dumtaxat in diſtributionibus quotidianis, quia eas omnes lucratur abſens cauſa ſtudij ſecundum *glo. in dicto cap. licet, verbo diſtributiones, vbi Abb. nu.* 8. exceptis prouentibus incertis, & quotidianis, qui tātum inter eos diuidi ſolent quotidie, qui ſacris interſunt. *Zechus de republ. Eccleſiaſt. c. 24. de Canonicis n. 6. Viuian. dicto lib. 15. cap. 3 num. 156. Rebuff. de Priuileg. ſcholar. priuileg. 31. n. 12. & Horatius Lucius, de de priuil. ſchol. priuil. 100. limit. prima, Garcia de benef. p. 3. c. 2. nu. 112. Barboſ. de off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 56. nu. 20. & alij.*

201 Sic etiam, abſens cauſa peregrinationis, ſiue ex deuotione, ſiue ex voto, nō habetur pro pręſente in choro, nec percipit diſtributiones quia huiuſmodi abſentia neceſſaria non eſt, vt per *Cened. pract. quaſt. Canon. qu. 1. n. 78.*

202 Vltimo dubitatur quę ſint pœnę Parochi non reſidentis in Parrochiali, ſeu beneficio Curato, & quomodo contra eos procedendum. Pro ſolutione vide *tex. in C. conquerēte, de Cler. non reſiden. cap. ex parte, c. qualiter, c. inter quatuor, & c. fin. eod. tit. & Abb. ibidem, Diaz in praxi crim. can. c. 52. Poſſeuin. de off. cur. c. 1. n. 10 & poſt alios Garcia loco cit. à nu. 126.*

Similiter pro Canonicis, & dignitatibus non reſidentibus, extat decretū *S. C. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reformat. et per Garc. à n. 140.* qui in hos nōnullas refert declarationes Sacrę Congreg. & *per Megal. in Prōptuario verb. Can. n. 4.*

203 Vtrum vero reſidere dicatur Parochus, qui ita prope confines Parochiæ ſuæ degit vt parum omnino ab illis diſtet, ita vt nullo ob id impedimento remoretur, quia ſuo optime fungatur officio, & nullum omnino Parochianis incomodum ingeneretur dū Eccleſia ipſa Parochialis cōmodas ad reſidendum Parocho ædes non habeat. Affirmatiuā partem defendere conatur *D. Carol. Maranta Ep. Iuuenac. p. 2. controuerſ. iuris Reſp. 19.* vide ipſum. Nam aliter vidi obſeruari.

TRA.

TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM

PARS SECVNDA.

Complectens ea, quæ Clericis; iure communi, Sacris Concilijs, alijsq; Pontificijs constitutionibus absolute prohibentur.

Dixi, Absolute; tractaturi in sequentibus partibus; De ijs, quæ inhibentur Clericis respectiue ex causa censurarum, vel pœnarum Ecclesiasticarum, aut cuiusuis Canonici impedimenti.

SVMMARIVM.

1 *De Prima prohibitione Clericis habendi plura beneficia curata, vel dignitates, aut Canonicatus, &c.*

3 *Beneficium Curatum, vel Canonicatum obtinens, tenetur resignare primum simile.*

5 *Beneficium simplex requirēs residentiam, an vacet per adeptionem secundi.*

6 *Beneficia tria difformia sub eodem tecto, an possint retineri, sine dispensatione Papæ.*

7 *Beneficia duo difformia, & dissimilia sub eodem tecto, vt Canonicatus, & Cappellania, an sint incompatibilia.*

8 *Beneficia duo simplicia, & vniformia, in eadem Eccle-*

sia,

sia, an per assequutionem secundi, vacet primum.

9 Beneficium primum obtentum, an vacet per assequutionem secundi incompatibilis, si secundum sit litigiosum.

10 *An sufficiat habere possessionem tituli secundi beneficij Curati ad hoc, ut primũ vacet, vel etiã requiratur, ut incipiat percipere fructus.*

11 *Beneficia plura retinentes contra dispositionẽ tex. in c. de multa de prabend. & in extr. execrabilis eod tit. nec statim resignantes primum, an sint priuati ipso iure secundo beneficio.*

Et quid si Clericus obtento secundo beneficio, ut supra retinuerit utrunque, an sit ita secundo priuatus, ut teneatur sponte illud dimittere, vel sit priuandus per iudicis sententiam.

Clerico habenti unum beneficium, vel plura in sufficientia ad victum, an possint alia conferri, usque ad congruam.

Beneficium *sufficiens quando dicatur, & an illud habens possit aliud obtinere saltim de turepat.*

12 De Secunda Prohibitione, *promouendi ad sacros ordines absq; titulo beneficij, vel pensionis, aut patrimonij.*

Necessitas, qua nam requiratur, ut quis promoueri possit ad titulũ patrimonij.

Episcopus, an possit concedere Dimissorias promouendi suum subditum ad titulum patrimonij, si fuerit absens, & ideo Ecclesijs necessitatem habentibus, aut subuenire, aut utilitatem aliquam afferre, non possit.

Ordinatus *ab* Episcopo *ad titulum patrimonij absque necessitate, vel commoditate Ecclesia, an incurrat aliquam pęnam.*

Vltramontani quomodo hodie ordinandi sunt.

13 *Ordinatus ad* Sacros *ordines sine titulo, an incurrat aliquam pęnam.*

14 *Pęna, quę nam innouentur per* Concil. *contra ordinatus sine titulo.*

Constitutio Synodalis Neap. *contra ordinatos, sine titulo, vel cum ficto titulo.*

15 *Ordinatus ad titulum beneficij, cuius possessionẽ adhuc non est adeptus, an incurrat aliquam pęnam.*

16 *Ordinatus ad titulum beneficij, cuius habet pacificam possessionem, tamen in eo non habet* Canonicum *titulum, sed est intrusus, an p m. & incurrat aliquam pęnam.*

17 *Ordinatus cum titulo patrimo-*

monij, vel donationis ficta, an aliquam pœnam incurrat.

18 *Ordinatus Sacris ordinibus cum patrimonio sibi donato cum pacto de eo restituendo post quam fuerit ordinatus, an dicatur ordinatus sine titulo.*

Pactum de restituendo patrimonio donato postquam ordinatus habuerit beneficius sufficiens, an valeat.

19 *Ordinatus ad titulum patrimonij, super quo fuit interpositum pactum de illo restituendo ante ordinationem, tamen de facto non fuit restitutum, an sit ordinatus sine titulo.*

20 *Clericus promotus ad Subdiaconatus ordinem, sine vero titulo, an posiit ad superiores ordines ascendere non constituto vero titulo ad quem posiit promoueri.*

21 *Clericus in sacris renunciās, vel alienans patrimonium ad cuius titulum est ordinatus, sine Episcopi licentia, & iuxta S.C.Trid an p. m. & incurrat aliquam pœnam.*

22 *Subdiaconus ordinatus ad titulum patrimonij si deinde illo renunciato primo ueretur ad Superiores ordines, an incidat in aliquam pœnam.*

23 *Renunciatio patrimonij ad cuius titulum, quis est ordinatus sacris ordinibus, an valeat absq; Episcopi licentia, si habeat unde alias cōgrue viuere posiit.*

Resignatio beneficij ad cuius titulum, quis est sacris initiatus, quando valeat.

24 *Resignatio beneficij facta cū pensione ad congruam sustentationem, absq; mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, an valeat.*

25 *Permutatio beneficij facta, absque mentione, quod fuit sacris initiatus ad titulum beneficij permutati, an valeat.*

Patrimonium ad cuius titulum, quis fuit promotus ad sacros ordines, an posiit alteri obligari.

26 *De tertia probibitione, se promouendi ad Sacros ordines, nisi ab Episcopo originis, beneficij, aut domicilij.*

Beneficium quando tribuat iurisdictionem, vt posiit quis promoueri ab Episcopo ipsius beneficij.

Originis, & domicilij Episcopus, quis nam dicatur.

Familiaris Episcopi quando ab eo ordinari posiit.

27 *De Quarta Probibitione, suscipiendi sacros ordines ante legitimam ætatem, sine dispensatione Apostolica.*

M *Ætas*

Aetas legitima ad Sacros ordines, quanam sit.

Aetas ad primam tonsuram, & minores ordines.

Anni Bissexti dies, an cōputandus sit pro legitima ordinis aetate.

Promotus ante legitimam aetatem inculpabiliter, an sit suspensus.

Primam tonsuram recipiens ante septennium, an peccet.

28 *De* Quinta *Prohibitione suscipiendi sacros ordines extra tempora à iure statuta, sine Apostolica dispensatione.*

Tempora à iure statuta conferendi sacros ordines.

Prima tonsura, in omni tempore potest conferri.

Tempus idoneum ad conferendum minores ordines, quod sit.

Interstitia temporum inter vnum, et alterum ordinem, quae debeant concurrere.

Episcopus cum ordinandis, quando dispenset in interstitijs.

Episcopus cū religiosis quando dispenset in interstitijs.

Ordinator cum non Dioecesano dispensare, an possit super temporum interstitijs.

29 *De* Sexta *Prohibitione suscipiēdi ordines ab alieno Episcopo cum falsis, vel sine litteris dimissorijs proprij ordinarij.*

Promotus absq; literis dimissorijs in propria Dioecesi ab alieno Episcopo an incidat in Poenas Const. *Pij 2.*

30 *De* Septima *Prohibitione ditandi consanguineos, vel familiares ex redditibus Ecclesiae.*

Clericus, an habeat dominiū bonorum quasi patrimonialium, quae acquisiuit concionando, celebrando &c.

Clericus beneficiatus, an habeat dominium fructuum beneficiorum.

Beneficiatus expendendo fructus beneficij in vsus profanos, an peccet.

31 *De* Octaua *prohibitione clericis, testandi de fructibus beneficiorum.*

Constitutio S. D. N. Vrbani VIII. circa fructus beneficij inexactos.

Vtrum possint testari de distributionibus, vel de pensionibus.

32 *An de consuetudine, vbi extaret possint clerici testari de fructibus beneficiorum non solum ad vsus pios, sed etiam profanos, absque peccato.*

33 *De* Nona *Prohibitione alienandi, vel locandi bona Ecclesiae vltra triennium.*

34 *Locatio fructuum beneficiorum, & redditnum Ecclesiasticorum, an comprehendan-*

Pena

noribus ordinibus constituti, & non habentes beneficia, an comprehendantur sub dicta constitutione.

81 *Clerici in sacris, aut beneficiati, an possint disponere in filios spurios ex causa alimentorum, vel dotis.*

82 *Filius clerici in sacris constitutus, an valeat succedere matri.*

83 *De* Trigesimatertia *Prohibitione clericis illegitime natis obtinendi beneficia, & dignitates Ecclesiasticas.*

84 *Quis dispenset eum Illegitimis ad obtinenda beneficia, & Ecclesiasticas dignitates.*

85 Dispensare *an possit Episcopus cum illegitimo ad obtinendum simplex beneficiũ, quod requirat Sacrum ordinem.*

86 *Et an possit dispensare, vt illegitimus plura simplicia obtinere valeat.*

87 *Episcopus, an dispenset cum illegitimo, ad canonicatum Ecclesia collegiata.*

88 De Trigesimaquarta *Prohibitione clericis illegitimis obtinendi beneficia qua eorum Patres obtinebant.*

89 *Sic etiam obtinendi beneficium in Ecclesia, in qua eorum patres habẽt, vel habuerunt illud, vel simile, aut dissimile.*

90 *Filij legitimi prohibentur obtinere beneficium quod pater obtinebat, idq; immediate; non autem diuersum beneficium in Ecclesia in qua pater habuit, vel habet beneficia.*

91 *Quis dispenset, vt quis possit obtinere beneficium paternum, vel beneficia in Ecclesia, in qua pater habuit, aut habet beneficium.*

92 *Filius, an possit celebrare in Ecclesia, in qua pater celebrat.*

93 *Pater, an possit obtinere beneficium filij.*

94 *Nepotes, an possint obtinere beneficia auorum.*

Filius illegitimus, an possit obtinere pensionem, quam eius pater obtinebat, vel in beneficio, in quo illam habuit.

95 *Pater si haberet facultatem transferendi pensionem, an possit illam transferre in filium illegitimum.*

96 *Pater an possit resignare alteri beneficium, quod obtinet, reseruata pensione filio super illius fructibus.*

97 *Filius an possit succedere in* Capellania, *qua solet fundari absque auctoritate Episcopi.*

98 *Filius, an possit ministrare in Ecclesia patris, si ad illam fieret processio.*

99 De

vel altero die festo omittat denunciationes.

118 *Parochus, omittens vnam denunciationem, an peccet.*

119 *Parochus, siue alius Sacerdos assistens matrimonio sine culpa mortali, an p. m.*

120 *Denunciationes remittere an possit ordinarius loci.*

121 *Ordinarij appellatione, qui veniant.*

122 *Episcopus vnius contrahentis, an possit eum vtroque quando sunt diuersæ Dioecesis in denunciationibus dispensare.*

123 *Episcopus existens extra Dioecesim, an possit dispensare in denunciationibus.*

124 *Dispensandi, quæ sint causæ iustæ.*

Matrimonium, an possit quandoque contrahi absq; denunciationibus, & sine Episcopi dispensatione.

125 *Episcopus an peccet si absq; iusta causa dispenset in denunciationibus.*

126 *An requiratur causa cognitio Iudicialis vt licite dispenset* Episcopus *in denunciationibus.*

127 *De* Trigesimaoctaua *Prohibitione Parochis, siue Sacerdotibus, Benedictionem secūdis nuptijs impertiendi.*

128 *Pœna Sacerdotis benedicentis secundas nuptias.*

129 Benedici, *an possint secundę nuptiæ si viduus ducat virginem.*

Et quid si vidua non fuit benedicta.

130 *Benedictio, an sit repetenda si priores nuptiæ, in quibus vterq; coniux benedictionem accepit, reperiuntur irritæ.*

131 *De* Trigesimanona *Prohibitione, discedendi ab eorū Dioecesi, & peregrinandi absq; licentia suorum Prælatorum.*

132 *Clericis, qui non tenētur ad residentiam debent concedi dimissoria.*

133 *An possint peregrinari absque licentia pro appellatione prosequenda.*

134 *Impedientes, ne quis accedat ad Romanam Curiam pro quibusuis negotijs peragendis, sunt excommunicati per Bullam in Cœna Domini.*

135 *De* Quadragesima *Prohibitione succedendi in feudis.*

136 *Clerici, quando succedant in feudis.*

Primo igitur prohibetur Clericis plura beneficia habere cum cura animarum, vel dignitates, aut personatus, *c. de multa; de præbendis*, vel 1 duo canonicatus in eadem

N Ec-

Ecclesia, ita vt si Clericus possideret vnum ex his beneficijs, secundum eiusdem generis acquirat, obtenta pacifica possessione secundi vacat ipso iure primum, vt patet in dictis iuribus, & *In extrauag. execrabilis, de praebend. & in Conc. Trid. sess. 7. c. 4. de refor.* De qua incopa-
2 tibilitate benefic. & vacatione vnius per assecutionem alterius. Habes apud *Alphon. de Hoieda in suo tract. de incompatib benef. Garc. in tract. de benef. par. 11. c. 5 Gonzalez ad regul de mens. glo. 15. à nu. 20. Genuens. in praxi c. 65. Azor. 2 p. lib. 6. c. 13. qu. 1. & Nouissime per P. Marcell. Megal. in Promptuario, verbo beneficiorum Eccles. pluralitas.*

3 Quando igitur Clericus adipiscitur secundum beneficium Curatum, dignitatem, vel personatum, aut canonicatum, tenetur statim, & quamprimum realiter, & de facto resignare primum simile coram ordinario, & cum publico testimonio dimittere, & resignare, alias carebit vtroque, & alias pęnas incurret, vt patet in dicta extrauag. *execrabilis, §. qui vero, & per Genuens. loco cit. nu. 4 & alios apud Garciam à num. 10. et 35. Diaz in pract. cri. can. c. 48. & Megal. cit. loc.*

4 Cuius extrauag. dispositio habebit locum, etiam si sint duae dignitates, personatus, aut officia sine cura, vel dignitatem cum personatu, aut officio, sine cura, vt per *Glo. ibi, & Garciam n. 24. et Megal. loco citato nu. 3.*

5 Sed dubium est, circa dispositionem Conciliarem in *d. c. 4. sess. 7.* an in beneficijs requirentibus residentiam, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus, per istud decretum inducatur vacatio primi ipso iure, per adeptionem secundi.

Et in hoc dubio cẽset *Hojeda loco cit. c. 9. nu. 5. tex. in d. c. de multa*, qui loquitur in curatis, & dignitatibus, & personatibus, extendi ex *d. decreto S. C. T.* ad quaecunq; beneficia incompatibilia: quod etiam fuit approbatũ per Sacr. Congreg. Conc. cuius responsa refert *Garcia nu. 84.* nam, vt dicitur, in *decis. Rotę Romanę 483. par. 1. diuers. S. C. T.* ibi loquitur de quibuscunq; incompatibilibus, vigore quorumcunque Canonum; nec se restringit *ad d. c. de multa*, quia dicit, *praesertim*, quae dictio est ampliatiua, & indicat idem in alijs, & includit alia, *l. qui se patris,*

patris, et ibi doct. Cundé liberi, & quo ad vacationem primi, inducit vacationem, secundum terminos, *c. de multa*, illud extendendo, ad quæcunque beneficia incompatibilia, vt notant *Garcia cit. nu. 91. & Genuens. d. cap 65. num. 16.*

6 Est tamen aduertendum, quod tria beneficia etiam difformia sub eodem tecto retineri non possunt sine Sũmi Pontificis dispensatione, vt tradunt *Puteus decis. 446. lib. 2. & alij apud Garc. d. p. 11. c. 5. nu. 238.* Et sic seruari in Vrbe testatur *Genuens. d. c. 65. nu. 7.*

Sed verum duo beneficia difformia, & dissimilia sub eodem

7 tecto sint incompatibilia, .i. beneficium curatum & simplex, Canonicatus, & Capellania, & beneficium simplex cum Capellania.

Et quamuis *glo. in c. 1. de consuetud. in 6. & in c. super eo de prabend. Genuens. dict. c. 65 num 14. & alij, quos refert Garcia d. p. 11. de benef. c. 5. n. 231.* dicant esse incompatibilia, ita tamen, vt non vacet ipso iure vnum per assecutionem alterius, sed ex consuetudine, statuto, aut Episcopi dispensatione posse retineri, & sic se habere generalem consuetudinem, fatentur, *Lambert. de iurep. l. 2. p. 1. q. 7. ar. 15.*

Contrarium tamen, quod sint compatibilia de iure, nisi alias sint sibi repugnantia ratione residentiæ, vel propter onera vtriq; eodem tempore incumbentia, tradunt *Abb in cons. 96. par. 2. Lapus alleg. 116. & 127. Lambert. 1. p. 2. lib. q. 7. ar. 15. Flã. Paris. qui de communi testatur de resign. lib. 3. q. 1. n. 128. Gõsalez glo. 10. à n. 41.* qui hãc opin onẽ verioré, & cõmuniorẽ dicit, & sequitur *Garcia loco cit. nu. 237.* vbi non-nulla hinc inde infert, quibus accedit *Megala in promptuario loco citato nu. 3.*

Quid autem dicendum sit si sint duo beneficia simplicia vniformia in eadem Ecclesia sub eodẽ tecto, an per assecutionem secundi, vacet primum ipso iure.

Et vacare tradunt doct. in *dicto c. de multa, de preb. & c. literas, de concess. preb. Duennas regula 71. nu. 5. Perrettus cons. 255 Paris. n 121. & aly apud Garc. d. p. 11. c. 5. §. 2. nu. 182.* vnde duo altaria, vel duæ Capellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibilia, tanquam beneficia vniformia, & non possunt simul retineri absq; dispensatione Apostolica, sed p asse-

N 2 ca-

quia concilium non loquitur de pluribus beneficijs simplicibus ad vitæ sustentationem non sufficientibus, & sequitur, saltim ex consuetudine, *Azor. Inst. mor. 2. par. lib. 6. c. 11. q. 8.*

Sed difficultas est quod dicatur beneficium sufficiens iuxta dispositionem *Triden. dicta sess. 24. c. 17. de reform. Nau. de reddit. Eccles. qu. 2. mon. 18. & de orat. & horis can. Miscell. 62. Hoieda de incompat. benef. p. 1. c. 19. nu. 38. Barbosa, de off. & pot. Epis. p. 3. allig. 62. nu. 11. Maffobrius de concursu ad Parochial. requisit 7. dub. 14. Garc. cit. nu. 320. & alij apud Sanch. in conf. moral. to. 1. lib. 2. c. 2. dub. 67. nu. 4.* tradunt quod sufficiens beneficium illud vocatur ex quo beneficiarius tum se, suamque familiam sustentare valet, tum etiam iura Episcopalia soluere; & sibi, suæq; familiæ victum parare.

Victus autem nomen, omne id complectitur, quo beneficiarius ad se, suamque familiam honeste sustentandam eget, cuiusmodi sunt cibus, vestitus, habitatio lectus, aliaq; etiam, quæ ad morbos depellendos, curandosue necessaria fuerint, ac famuli *l. verbo victus, ff. de verb. signif. vbi glo. & doct. & fatentur Gratian. quæst. forens. p. 4. cap. 610. à n. 2. Paris. de resign. lib. 5 q. 6. à nu. 131. Maffobrius dicto requis. 7. dub. 14. Anton. Sanctarell. var. resol. qu. 37. Campanil. in diuers. rub. 8. c. 2. num. 4. & alij.* Sed in his omnibus ratio habenda erit qualitatis personę eiusq; dignitatis, vt differentia constituatur inter vnam, & aliam personam, vt per *Maffobr. et Sanch. cit. locis.*

Computabitur tamen beneficij valor, deductis oneribus, tum missarum, tum anniuersariorum *c. præsenti, §. porro, vbi glo. verb. onerib. de offic. ordin. in 6.* & docent *Felinus in c. ad aures de rescriptis nu. 13. Rice in praxi p. 1. resol. 163. Card. Tuscus to. 2. litter. D conclus. 511. Sanchez in conf. moral. dict. lib. 2. dub. 68. num. 20 & alij apud Marant. par. 1. respons. 18. nu 32.*

Cum, vero, obtinenti vnum beneficium sufficiens ad victum, non possit aliud conferri, stante præfata dispositione *Conc. Trid. sess. 24. c. 17.* Dubitatur, si eidem conferatur aliud insufficiens absque dispensatione Apostolica, an vacet primum.

In partem affirmatiuam inclinare videtur, *Garcia p. 11. c. 5. nu. 301.* qui tamen nu. 283. censet, quod habenti bene-

neficium sufficiens possit recte aliud conferri, illo prius non dimisso, quamuis vacabit primum per assequutionem secundi, & refert in hoc declarationem Sac. Cōgreg. quæ est tenoris v3. *Habenti beneficium sufficiens potest cōferri aliud, sed habita possessione secundi beneficij sufficientis, vacat primum sufficiens.*

Sed an id procedat è conuerso, si habenti vnum beneficium non sufficiens, conferatur aliud sufficiens de per se, vacet primum.

Idem sentire videtur *Garcia loco citato*, & colligi, ex declaratione Sacræ Congregationis, existimat.

An autem idem dicendum sit, si obtinenti beneficiū sufficiens non conferatur aliud, sed præsentetur à patrono ad Iuspatronatus; & sic, an plura beneficia de Iurepatronatus obtineri possint.

Et quod non possit habēs vnum beneficium sufficiens, aliud obtinere, etiam si præsentetur ad Iuspatronatus, tradit, *Genuens. in praxi cap. 65. num. 15 ex Rota in vna Cæsaraugustana Capellania 16. Martij 1577. coram Card. Seraphino*, In qua asseritur, fuisse resolutum per Sacr. Congreg. Concilij, non oriri incompatibilitatem respectu adeptionis, sed respectu retentionis, & sic posset præsentari ad aliud, & adipisci, sed non retinere, absque dispensatione, cum decretum Conc. Trid. comprehendat, etiam beneficia Iurispatronatus, nam eadem ratio est in omnibus, vt ait *Garcia d. par. 11. c. 5. nu. 280.*

SECVNDO, prohibentur clerici promoueri ad sacros ordines nisi ad titulum beneficij pacificè pos-
12 sessi, vel saltem ad titulum pensionis Ecclesiasticæ, patrimonij, aut donationis; si ita Episcopus iudicauerit pro necessitate, vel vtilitate suarum Ecclesiarum; ita statutū extat in *Sacro Conc. Triden. sess. 21. cap. 2. de reformatione*, & de titulo donationis adest declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam refert *Garcia de benef. parte 2. cap. 5. num. 79.*

Quæ autem necessitas, vel comoditas requiratur ad finem, vt quis promoueri possit ad titulum patrimonij.

Dico, quod regulariter talis necessitas, vel saltem commoditas adesse dicit, præsertim in personis doctis, & probatæ vitæ, vt fatentur *Paris. lib. 2. qu. 6. n. 8. & Garcit. nu. 75.*

Sed

Pena

possit ius ciuile audire, an censeatur dispensatus vt in eodem iure possit se doctorari.

Quis absoluat à censura ob cõtrauentionem huius prohibitionis.

60 De Vigesimaquinta prohibitione, suscipiendi Sacramentum ordinis, prætermisso Sacramento confirmationis.

61 De Vigesimasexta prohibitione, celebrandi plures missas eodem die nisi in die Natiuitatis.

62 In die Natiuitatis Domini licitum est Sacerdoti tres missas celebrare, non tamen tenetur omnes celebrare.

An quandoque liceat bis in vno die celebrare.

63 Parochus an teneatur in die Natiuitatis Domini tria sacrificia facere, & celebrando teneatur illa pro populo applicare.

64 De Vigesimaseptima prohibitione celebrandi ante auroram, vel post meridiem.

65 Et an quandoque liceat.

66 Quid si Sacerdos hora congrua inceperit missam, & hora vetita compleuerit.

67 De Vigesimaoctaua. prohibitione celebrandi cum pileolo absq; licentia.

An Sacerdos possit distribuere candelas, cineres, & palmas cum pileolo absque licentia.

68 De Vigesimanona prohibitione celebrandi absque ministro.

69 Et quid in casu necessitatis.

70 Vel si haberet tantum faminam adiutricem.

71 De Trigesima prohibitione administrandi Sacramenti Eucharistia existenti in pecc. mor.

72 Eucharistia; an, & quando sit neganda peccatori illam petenti.

73 Peccator publicus, aut occultus quis dicatur.

74 Sacerdos, an possit negare Eucharistiam peccatori, cuius peccatum per confessionem solum cognouit.

75 De Trigesimaprima Prohibitione, ministrandi laicis Sacratis Eucharistiam sub vtraq; specie.

76 Et quid si aliquis esset in articulo mortis, & non posset deglutire Eucharistiam sub specie panis.

77 De Trigesimasecunda Prohibitione disponendi de bonis Ecclesiasticis, aut patrimonialibus in Illegitimos ex Const. Pij V.

78 Legitimati, an comprehendantur sub dicta const.

79 Laici, an prohibeantur disponere in illegitimos.

80 Clerici coniugati, aut in minoribus

99 De

Primo igitur prohibetur Clericis plura beneficia habere cum cura animarum, vel dignitates, aut personatus, *de multa; de prabendis*, vel 1 duo canonicatus in eadem

Ecclesia, ita vt si Clericus possideret vnum ex his beneficijs, secundum eiusdem generis acquirat, obtenta pacifica possessione secundi vacat ipso iure primum, vt patet in dictis iuribus, & *In extrauag. execrabilis, de praebend. & in Conc. Trid. sess. 7. c. 4. de refor.* De qua incompatibilitate benefic. & vacatione vnius per assecutionem alterius. Habes apud *Alphon. de Hoieda in suo tract. de incompatib. benef. Garc. in tract. de benef. par.* 11. *c.* 5 *Gonzalez ad regul. de mens. glo.* 15. *à nu.* 20. *Genuens. in praxi c.* 65. *Azor.* 2 *p. lib.* 6. *c.* 13. *qu.* 1. *& Nouissime per P. Marcell. Megal. in Promptuario, verbo beneficiorum Eccles. pluralitas.*

6 Quando igitur Clericus adipiscitur secundum beneficium Curatum, dignitatem, vel personatum, aut canonicatum, tenetur statim, & quamprimum realiter, & de facto resignare primum simile coram ordinario, & cum publico testimonio dimittere, & resignare, alias carebit vtroque, & alias poenas incurret, vt patet in dicta extrauag. execrabilis, §. *qui vero, & per Genuens. loco cit. nu.* 4 *& alios apud Garciam à num.* 10. *et* 35. *Diaz in pract. cri. can. c.* 48. *& Megal. cit. loc.*

4 Cuius extrauag. dispositio habebit locum, etiam si sint duae dignitates, personatus, aut officia sine cura, vel dignitatem cum personatu, aut officio, sine cura, vt per *Glo. ibi, & Garciam n.* 24. *et Megal. loco citato nu.* 3.

5 Sed dubium est, circa dispositionem Conciliarem in *d. c.* 4. *sess.* 7. an in beneficijs requirentibus residentiam, etiam simplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus, per istud decretum inducatur vacatio primi ipso iure, per adeptionem secundi.

Et in hoc dubio cesset *Hojeda loco cit. c.* 9. *nu.* 5. *tex. in d. c. de multa*, qui loquitur in curatis, & dignitatibus, & personatibus, extendi ex *d. decreto S. C. T.* ad quaecunq; beneficia incompatibilia, quod etiam fuit approbatū per Sacr. Congreg. Conc. cuius responsa refert *Garcia nu.* 84. nam, vt dicitur, in *decis. Rotę Romanę* 483. *par.* 1. *diuers. S. C. T.* ibi loquitur de quibuscunq; incompatibilibus, vigore quorumcunque Canonum; nec se restringit *ad d. c. de multa*, quia dicit, *praesertim*, quae dictio est ampliatiua, & indicat idem in alijs, & includit alia, *l. qui se patris,*

patris, et ibi doct. Cum de libe-ri, & quo ad vacationem primi, inducit vacationem, secundum terminos, c. de multa, illud extendendo, ad quæcunque beneficia incompatibilia, vt notant *Garcia cit. nu.91. & Genuens. d. cap 65. num.16.*

6 Est tamen aduertendum, quod tria beneficia etiam difformia sub eodem tecto retineri non possunt sine Sũmi Pontificis dispensatione, vt tradunt *Puteus decis. 446. lib.2. & alij apud Garc. d. p. 11.c.5.nu. 238.* Et sic seruari in Vrbe testatur *Genuens. d. c.65. nu.7.*

Sed verum duo beneficia difformia, & dissimilia sub eo-

7 dem tecto sint incompatibilia, .i. beneficium curatum & simplex, Canonicatus, & Capellania, & beneficium simplex cum Capellania.

Et quamuis *glo. in c.1. de consuetud. in 6. & in c. super eo de prabend. Genuens. dict. c. 65 num 14. & alij, quos refert Garcia d.p.11. de benef. c.5. n. 231.* dicant esse incompatibilia, ita tamen, vt non vacet ipso iure vnum per assecutionem alterius, sed ex consuetudine, statuto, aut Episcopi dispensatione posse retineri, & sic se habere generalem consuetudinem, fatentur, *Lambert. de iurep. l.2. p. 1.q.7.ar.15.*

Contrarium tamen, quod sint compatibilia de iure, nisi alias sint sibi repugnantia ratione residentiæ, vel propter onera vtriq; eodem tempore incumbentia, tradunt *Abb in cons. 96. par. 2. Lapus alleg. 116. & 127. Lambert. 1.p.2.lib.q.7.ar.15. Flã. Paris. qui de communi testatur de resign. lib. 3. q.1.n. 128. Gõsalez glo.10. à n.41.* qui hãc opinionẽ veriorẽ, & cõmuniorẽ dicit, & sequitur *Garcia loco cit. nu. 237.* vbi non nulla hinc inde infert, quibus accedit *Megala in promptuario loco citato nu.3.*

Quid autem dicendum sit si sint duo beneficia simplicia vniformia in eadem Ecclesia sub eodẽ tecto, an per assecutionem secundi, vacet primum ipso iure.

Et vacare tradunt doct. in *dicto c. de multa, de prebēd. & c. literas, de concess. prab. Duennas regula 71 nu. 5. Peregrinus cons. 255 Paris. n 121. & alij apud Garc. d.p.11. c.5. §.2. nu. 182.* vnde duo altaria, vel duæ Capellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibilia, tanquam beneficia vniformia, & non possunt simul retineri absq; dispensatione Apostolica, sed p assecu-

cutionem secundæ. vacat primam, ita *Garcia post alios nu. 221. & Genuens. d. c. 65. n. 12.* qui testantur sic fuisse resolutum in *Rota Rom. in vna Toletan. Capellaniæ 4. Iunij 1590. coram* D. *Card. Mant. 15. Febru. 1591. & Coram* D. *Pamphilio* quas decis. refert *Garcia loco cit.*

Non hominus *Nauarr. cõs. 16. & 22. de Prebend* existimat duas Capellanias, seu Altaria sub eodem tecto, nõ esse beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, quamuis vno, & simili nomine Capellaniæ nominentur, nisi sint instituta ad vnum, & eumdem finem, & ad eadem munera, secus si sint instituta ad diuersa, & separata munera: 9

Aliqua vero sunt beneficia, & si incompatibilia, tamẽ per assecutionem secundi, nõ vacat primum ipso iure]. Sed datur optio, vt in *d. c. referente, & c præterea, de prebend.* vt post *Nauar. cons. 17. 8. & 19. tenuit Genuens. in praxi c 65. nu. 4.* & sequitur *Megala in promptuario, verbo alternatio num. 3.*

8 Sed dubitatur. Primo, an Prius beneficium vacet per assecutionem secundi beneficij incompatibilis, si secundum sit litigiosum.

Negant *Lessius loco cit. n. 140 & alij apud Garc. dicta p. 11. c. 5. nu. 105.* donec quis secundi beneficij fuerit pacificus possessor, sed secundo pacificè possesso, prius vacabit etiam si sit litigiosum, si vero obtento titulo vnius talis beneficij sine possessione, secundum litigiosum quis obtineat, & antequam pacificè secundum possidere incipiat, primi possessionem pacificã accipiat, non ideo secundum litigiosum amittitur, vt quidam existimant, cum id in iure non sit statutum, vt docet *Nauar l. 3. cons. 31. de prebend. & Less. loco cit.*

II. Dubitatur, an sufficiat habere possessionem tituli secundi beneficij Curati, ad hoc, vt prius vacet, vel etiam requiratur, vt incipiat percipere ipsius fructus.

Garcia d p 11. c. 5. nu. 99. videtur sentire, quod sufficeret retinere primum de facto cum secundo, licet fructus non reciperet; quia Concil. ibi, de sola retentione loquitur.

Alij vero tradunt, de equitate requiri perceptionem fructuum, ad hoc, vt vacet primum, in tantum, quod per adeptionem secundi beneficij Curati, cuius fructus alius ex causa perciperet, non vacabit

cabit primum, iux. *tex in c. si tibi concesso, de prabend. in 6. & ibi etiam glo. & per Genuens. d. c. 65. nu. 17. & alios.*

10 Tertio, Dubitatur, si quis obtento secundo beneficio, vt supra, retinuerit vtrumq; benefic. an sit ita secundo beneficio priuatus, vt teneatur sponte illud dimittere, vel sit priuandus per iudicis sententiam.

Dico ex *Lessio de iust. lib. 2. c. 34. dub. 27. nu. 143.* posse secundum beneficium retinere si nulla sequatur sententia iuxta dicta penitum *c. 29. dub. 8.* cũ hoc ita sit in vtriusque retentionis pœnam cõstitutum, vt scilicet obtento secundo prius vacet ipso iure sine sententia, & possit alteri conferri, de secundo vero non sic loquitur.

11 IV. Dubitatur an Clerico habenti vnum beneficium simplex insufficiens, residentiam, tamen, non requirens possint alia duo, aut plura vsq; ad competentem sustentationem conferri. Siue habenti duo, vel tria beneficia simplicia, quæ ad congruam sustentationẽ non sufficiunt, possit aliud, vel alia beneficia, vsq; ad congruam sustentationem conferri, etiam ad effectum retentionis.

In hoc dubio, doctores duo tempora considerant ante Concilium Trident. & post Concil. Ante concilium tradunt licuisse, vt per *Inn. et Abb. in c. dudum, de electione Flam. Paris. de resign. benef. lib. 3 q. 1. nu. 141. Alph. boiad. de incompatib. benef. 2 p. c. 1. nu. 1. Nauar. cons. 10. & 19. de prabend. et in manuali cap. 25. nu. 127. vbi testatur de communi.*

Difficultas consistit post *Concil. sess. 24. c. 17. de refor.* Ideo pro resolutione, considerandæ sunt declarationes Sacræ Congregat. Concilij relatæ per *Garc. dicta p. 11. c. 5. à nu. 310.* Quamuis, vt idẽ *Garcia refert, nu. 308.* etiam stante Concilio, id licere teneat *Nauar. cons. 10. de prabend. & in Manuali cap. 25. num. 129. & Miscell. 60. de Orat. & Hoiad. 2. p. c. 1. à nu. 24.* qui id probare conatur pluribus rationibus, & fundamentis, & dicit hanc opinionem receptam esse, & approbatam stylo Curiæ, & dicit quoq; *Garcia num. 309.* quod id tenuit *Rota in vna Tiburtina Sancti Eustachij 20. Aprilis 1587. corã D. Gipsio,* in qua agebatur de prouisione ordinaria facta vni de Rectoria, ac alijs, siue cura beneficiis, & fuit dictum, non obstante *Concil. Trid. d. c. 17.*

quia

quia concilium non loquitur de pluribus beneficijs simplicibus ad uitæ sustentationem non sufficientibus, & sequitur, saltim ex consuetudine, *Azor. Inst. mor. 2. par. lib. 6. c. 11. q. 3.*

Sed difficultas est quod dicatur beneficium sufficiens iuxta dispositionem *Triden. dicta sess. 24. c. 17. de reform.*

Nau. de reddit. Eccles. qu. 2. mon. 18. & de orat. & horis can. Miscell. 62. Hoisda de incompat. benef. p. 1. c. 19. nu. 38. Barbosa de off. & pot. Epis. p. 3. alleg. 62. nu. 11. Massobrius de concursu ad Parochial. requisit. 7. dub. 14. Garc. cit. nu. 320. & alij apud Sanch. in consil. moral. to. 1. lib. 2. c. 2. dub. 67. nu. 4. tradunt quod sufficiens beneficium illud vocatur ex quo beneficiarius tum se, suamque familiam sustentare valet, tum etiam iura Episcopalia soluere; & sibi, suæq; familiæ victum parare.

Victus autem nomen, omne id complectitur, quo beneficiarius ad se, suamque familiam honeste sustentandam eget, cuiusmodi sunt cibus, vestitus, habitatio lectus, aliaq; etiam, quæ ad morbos depellendos, curandosue necessaria fuerint, ac famuli *l. verbo victus, ff. de verb. signif. vbi glo. & doct. & fatentur Gratian. quæst. forens. p. 4. cap. 610. d n. 2. Paris. de resign. lib. 5. q. 6. à nu. 131. Massobrius dicto requis. 7. dub. 14. Anton. Sanctarell. var. resol. qu. 37. Campanil. in diuers. rub. 8. c. 2. num. 4. & alij*. Sed in his omnibus ratio habenda erit qualitatis personę eiusq; dignitatis, vt differentia constituatur inter vnam, & aliam personam, vt per *Massobr. et Sanch. cit. locis*.

Computabitur tamen beneficij valor, deductis oneribus, tum missarum, tum anniuersariorum *c. præterea, §. porro, vbi glo. verb. oneribus. de offic. ordin. in 6.* & docent *Felinus in c. ad aures de rescriptis nu. 13. Rius in praxi p. 1. resol. 163. Card. Tuscus to. 2. litter. D. conclus. 511. Sanchez in cons. moral. dict. lib. 2. dub. 68. num. 20 & alij apud Marant. par. 1. respons. 18. nu. 32.*

Cum, vero, obtinenti vnum beneficium sufficiens ad victum, non possit aliud conferri, stante præfata dispositione *Conc. Trid. sess. 24. c. 17.* Dubitatur, si eidem conferatur aliud insufficiens absque dispensatione Apostolica, an vacet primum.

In partem affirmatiuam inclinare videtur, *Garcia p. 11. c. 5. nu. 301.* qui tamen nu. 283. tenet, quod habenti bene-

neficium sufficiens possit recte aliud conferri, illo prius non dimisso, quamuis vacabit primum per assequutionem secundi, & refert in hoc declarationem Sac. Cōgreg. quæ est tenoris v3. *Habenti beneficium sufficiens potest cōferri aliud, sed habita possessione secundi beneficij sufficientis, vacat primum sufficiens*.

Sed an id procedat è conuerso, si habenti vnum beneficium non sufficiens, conferatur aliud sufficiens de per se, vacet primum.

Idem sentire videtur *Garcia loco citato*, & colligi, ex declaratione Sacræ Congregationis, existimat.

An autem idem dicendum sit, si obtinenti beneficiū sufficiens non conferatur aliud, sed præsentetur à patrono ad Iuspatronatus, & sic, an plura beneficia de Iurepatronatus obtineri possint.

Et quod non possit habēs vnum beneficium sufficiens, aliud obtinere, etiam si præsentetur ad Iuspatronatus, tradit, *Genuens. in praxi cap. 65. num. 15 ex Rota in vna Cæsaraugustana Capellaniæ 16. Martij 1577. coram Card. Seraphino*, In qua asseritur, fuisse resolutum per Sacr. Congreg. Concilij, non oriri incompatibilitatem respectu adeptionis, sed respectu retentionis, & sic posset præsentari ad aliud, & adipisci, sed non retinere, absque dispensatione, cum decretum Conc. Trid. comprehendat, etiam beneficia Iurispatronatus, nam eadem ratio est in omnibus, vt ait *Garcia d. par. 11. c. 5 nu. 280.*

SECVNDO, prohibentur clerici promoueri ad sacros ordines nisi ad titulum beneficij pacificè pos-
12 sessi, vel saltem ad titulum pensionis Ecclesiasticæ, patrimonij, aut donationis; si ita Episcopus iudicauerit pro necessitate, vel vtilitate suarum Ecclesiarum; ità statutū extat in *Sacro Conc. Tridint. sess. 21. cap. 2. de reformatione*, & de titulo donationis adest declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quam refert *Garcia de benef. parte 2. cap. 5. num. 79.*

Quæ autem necessitas, vel comoditas requiratur ad finem, vt quis promoueri possit ad titulum patrimonij.

Dico, quod regulariter talis necessitas, vel saltem commoditas adesse dicit, præsertim in personis doctis, & probatæ vitæ, vt fatentur *Paris. lib. 2. qu. 6. n. 8. & Garc. cit. nu. 75.*

Sed

Sed an valeat Episcopus concedere dimissorias promouendi suum subditum ad titulum patrimonij, si fuerit absens, & ideo Ecclesijs necessitatem habentibus, aut subuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non possit.

Et hoc, posse fatendum est cum *Garcia d. par. 2. cap. 5. n. 76.* ex declaratione Sac. Cōgreg. quam idem refert quæ est tenoris, vt sequitur *Cum ad patrimonij, vel pensionis Ecclesiast tit. ordinari non possint nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel vtilitate suarum Ecclesiarum iux c. 2. sess. 21. Clerici autem absentes Ecclesijs necessitatem habentibus, aut subuenire, aut vtilitatem aliquam afferre non possint, quæritur an huiusmodi Clericis litteras dimissorias Episcopus concedere possit, Congreg censuit, posse, & ad eum spectare.*

Non tamen est prætermittendum secundum *Garc. cit. num. 90.* quod ordinatus ab Episcopo ad titulum patrimonij sine vlla necessitate, vel cōmoditate Ecclesiæ cōtra decretum eiusdem S. C. T. nullam pœnam, neque suspensionem incurret, stante, etiam *constit. Sixti. V.* contra male promotos, cum in tali casu, nec S.C.T. nec *const. Sixti* vllam pœnam imponat.

Similiter est aduertendum, huius occasione quod Vltramontani hodie non possunt ordinari iuxta terminos *tex. in cap. 1. de cleric. peregr.* Sed iuxta seriem, & tenorem *const. S. D. N. Vrbani VIII. Incip. secretis*, puta cum dimissorialibus suorum ordinariorum recognitis, & probatis, ac subscriptis per Sanctæ Sedis Nuncios, seu Collectores in illis partibus cōmorantes, quæ subscriptiones à Generali Vicario, almę Vrbis recognitæ, & probatæ fuerint.

13 Sed dubitatur Primo, an ordinatus siue titulo incurrat aliquam pœnam.

Pro solutione dicendum est, de iure antiquissimo, ordinatum fine titulo, incurrere ipso iure suspensionem ab exequutione ordinis sic suscepti, vt *in cap neminẽ, & c. Sanctorum dist. 70. ita Maiol. de Irregul. lib. 4. cap. 15. Suar. de cens. disp 31. sect. 1. nu. 35.* & alij.

Deinde per *Innoc. III. in c. cum secundum, de prabend.* benignius agere cupientem fuit statutum tandiu per ordinatores, & successores eorum prouideri ordinatis, donec

nec ipsi Ecclesiastica sint assequuti beneficia, vnde Innoc. pœnam suspensionis, de qua in *d. c. neminem, & c. Sanctorum*, mutat in hanc, quod ordinator, & successor compellatur ordinato in necessarijs prouidere, vt dictum est, quod etiam videtur antea dispositum per *Alex. III. in c. Episcopus, eod. tit. Quamuis secundum Dec. in d. c. Episcopus*, qui per fraudem, & mendacia deceperit Episcopum, & habet vnde se alat, aut patrem diuitem, non debeat ali ab Episcopo, sequitur *Genuens. in praxi c. 83. n. 2. & Barbosa p. 2 all. 20 num. 4.* qui allegat *tex. in c. Clericos 1. q. 2. & c. vltimo 16. q. 1.*

Demum per *Sacrum Conc. Trid sess. 21. c. 2. de refor.* certa pœna non expressa; fuerunt innouati simpliciter antiqui Canones.

14 Ideo videndum est, quæ pœnæ innouentur per *Conc. Trid. d c. 2.* ibi, *antiquorum canonum pœnas super his innouando*. Et in hoc doct. diuersimode scripserunt.

Aliqui enim existimãt, Cõcilium innouare pœnas omnium relatorum canonum, tum quia vtitur numero plurali, tum etiam, quia *d. c cum secundum*, promouentẽ tantum affi it, promotūq; respicit fauorem, ideo iuste credendum est, illam quoq; pœnam innouasse, quæ taliter ordinatos castigat, quamq; constituerunt dicti *tex. in c. neminem, & c. Sanctorum*. Et huius opinionis sunt quando ordinatos, & ordinatus in culpa fuerunt, *Nauar. cons. 14. & cons. 46. de temp. ordin. Suar. de cens. disp 31. sect. 1. n. 35. & Campanil. in diuers. rubr* 8. c. 5. qui præhabita distinctione, hanc sequitur opinionem, vt scilicet Concil. dicto loco innouet pœnam *c. neminem, & c. Sanctorum*, quando ordinatus solum in culpa fuit decipiendo ordinatorem, & illi mentiendo se habere titulum sufficientem, cui ordinator iuste credens, aut credere debens ipsum promouit, pœnam vero statutam *in d. c. cum secundũ*, innouare dicit, cum ipse ordinator fuit in culpa, ex eo, quod sciens illum non habere beneficium, aut patrimonium, ordinauit, nec malitiose se ordinatus passus est promoueri, sequitur *Vgolin. de pot. Episc. c. 26. § 8 nu. 5.* cum alijs apud *Garc. cit nu 21, & Barbos. p 2. all. 20. nu. 25.*

Alij vero tradunt, conciliũ innouare pœnam suspensionis, de qua in *dicto c neminem, & in c. Sanctorum*, Ita *Ma-*

tol. de Irregul.c.15. Sanch. de matr.lib.6.disp 35. Medina in summa lib.1.c.11. §.8. & post alios *Bon:c de Sacram disp.8.q vnica pu.5 n 24.*

Alij denique censent, per Concil Trid solum esse innouatam pœnam *d.c cum secundum*, & sic ordinatum sine titulo nõ esse suspensum, neque aliquam pęnam incurrere, sed Episcopum cogendum esse illi prouidere, ita *Tolet. lib.1.c 49.nu.5. Fornar de ordine c.8. num.8. Emanuel* Sa *verbo suspensio n* 10. *Guttier. pract.lib.2.q.65.nu.11. Gonzalez ad regul.8. glo 5. §.10. nu.22. D. Canonicus Nouar. in Summa* Bull. *de ordin. tit. fol. 453. Auila de cens. p.3. disp 5 dub.4. & 5. & Garcia p.2.c.5.n.27. qui* hãc opinionem veriorem putat supposita sententia *Abb. in c. 2. de praben.* quod pœna suspensionis *dict. Canonum neminem, & Sanctorum*, erat omnino sublata per *d. c. cum secundũ*; nam intentio Concilij ibi, solũ est Innouare pœnas antiquorum Canonum, qui non erant sublati, & correcti alio canone, vnde antiqua suspensio, nouo iure *c.cum secundum*, sublata, non innouatur à concilio vt per *Garc. loco cit.*

Neapoli tamen, per Constitution. Synodales suspenduntur omnes ordinati sine titulo, vel cum ficto titulo, vt testatur *Genuens. dicto cap. 83 num.2.*

II. Dubitatur, an ordinatus ad titulum beneficij cu-
15 ius possessionem ad huc non est adeptus, incurrat aliquam pœnam.

Negatiuè, ex *Nauar. cons. 15. de temp. ordin.* nam licèt *Conc. Trid. sess.21. cap.2. de ref.* requirat beneficij, vel patrimonij, ad cuius titulum quis sacris ordinibus initiatur, pacificã possessionem; tamen inducit ius nouum quo ad possessionis requisitionẽ, quæ minime erat necessaria de iure antiquo, & consequẽter nulla pœna erat eo iure imposita ob eius defectum, & *Conc. Trid.* Ibi tantum, pœnas impositas antiquis Canonibus innouat, sequuntur *Flam. Paris.l.2,qu.6. num 7. & Salcedo in praxi crim. cap. 18. num 7. in nouissima edit.* Qui dicit istum peccare, & puniendum esse pro modo culpæ, pœna arbitraria; nisi bona fide fuerit in sacris promotus solo tit. absq; possessione ex quo arbitrabatur sufficere titulum sine possessione, quando per ipsum non stabat, quominus eam adipisceretur, sed de facto fuit impeditus

peditus, quia tunc, vt ait *Nauar. cit. conf. 13. nu. 4.* in foro conscientiæ non peccat.

III. Dubitatur, an ordinatùs ad titulum beneficij cuius habet pacificam possessionẽ,
16 tamen in eo non habet canonicum titulum; sed re vera est intrusus p. m. & pœnam incurrat si in ordinatos absque titulo est imposita.

Garsia 1. tomo p. 2. c. 5. §. 1, num. 148. probabilem censet negatiuam sententiam, quia sufficit sine fraude, de facto pacificè beneficiũ possidere, vt quis non dicatur promotus absq; titulo, esto legitimum titulum non habeat, vt colligitur *ex. cod. Cõc. Trid. cit. c 2. de refor. sess.* 21. per quod requiritur solum ad hoc, vt legitimè constet, ordinandum pacifice possidere beneficium, & ita videtur tenere *Nauar. conf. 24. de tempor ordin.* licet respectu patrimonij etiam legitimus titulus requiri videatur ex illius verbis Concilij, verè ab eis obtineri, ita *Garsia cit loc.* quæ opinio non est improbabilis.

17 IV. Dubitatur, an ordinatus patrimonio, seu donatione ficta, facta non animo donandi, sed ad apparentiam, vel facta cum pacto de illa non vtendo, vel non petendo donatum, sit ordinatus sine tit. & incurrat suspensionem si esset imposita contra sine tit. ordinatos.

Dico incurrere, nam recipiens huiusmodi donationẽ, vel patrimonium fictè pro huiusmodi effectu, in consciẽtia illud restituere tenetur, cum non sit suum, nec ista donatio est realis, sed verbalis tantum, ita *Garsia 2 p. c. 5. §. 1. nu 152.*

18 V. Dubitatur, an clericus initiatus cum patrimonio sibi donato, cum pacto de eo restituendo postquam fuerit promotus, dicatur ordinatus sine titulo, & aliquam pœnam incurrat.

Videtur dicendum negatiue, nam vere est ordinatus cum vero patrimonio, & vera donatione, ex qua in donatariũ transfertur dominiũ, nec obstat illud pactum de restituendo post ordinationem, quia non obligat, cum sit contra dictum decretum *Concilij Triden* quod inhibet remitti, vel alienari patrimonium ad cuius titulum, quis est promotus sine Episcopi licentia: vnde illud pactum non valet, *iux tex in l. pacta quæ contra C de pactis* & ita tenent *Man. Rodriquez 1 to: cap. 15 nu. 5 Henriquez lib: 13 cap 37. §. 2 & Tolet. in*

summa lib 1.cap.49.num.18. & alij apud *Barbos.p.2.alleg. 20 nu.30 licet Salcedo in praxi criminali d. cap.18 nu.12.* dicat, huiusmodi esse ordinatum sine titulo.

19 VI. Dubitatur, an ordinatus ad titulum patrimonij, super quo fuit interpositum pactum de illo restituẽdo ante ordinationem, tamen de facto ante non fuit restitutũ, an sit ordinatus sine titulo.

Affirmat *Garcia 2.par.cap. 5 § 1 num.170.* nam licet de facto non fuerit restitutum ante ordinationem: tamen obligatio facta in tempore, & pro tempore habili durat, *l. Celsus ff. de receptis arbitris* resoluit tamen idem *Garcia n.169.* & sequitur *Barbos. d. p.2.all.20.n.30* donantẽ patrimonium alicui ad ordines posse apponere pactum de eo reddendo cum ordinatus habuerit beneficiũ sufficiens, vel alias vnde viuere possit.

20 VII. Dubitatur, an promotus ad Subdiaconatum sine vero titulo, possit ad superiores ordines ascendere non constituto vero titulo, ad quem promoueri possit.

Dico, non posse, quia iura non tantum prohibent clericos promoueri ad subdiaconatum sine vero titulo, sed simpliciter prohibent suscipere, quemlibet sacrum ordinem, ita *Suar. 5 tomo disp. 31.sect.1.nu.39.*

VIII. Dubitatur, an renuncians, vel alienans patrimo-

21 nium ad cuius titulum est ordinatus sine Episcopi licẽtia, & prout requirit *Trid. d. c.2.de ref. sess. 21.* p. m. & incurrat aliquam pœnam suspensionis.

Et dicendum est, quod p. m ex quo facit contra Conc. Tridentini prohibitionem, & posset ab Episcopo puniri, non autem incurrit suspẽsionem si esset imposita contra ordinatũ sine titulo, quia iste vere non est promotus sine titulo, neq; hoc casu est talis pœna imposita contra alienantem patrimonium ad cuius titulum est ordinatus. *Ita Tolet.d.l.1. c.49. num. 18. Say.l 4.c.15 num.23.Vega in summa 2.p.'c 34. casu 86. & Suar.5.tomo disp 31.sect.1.n. 38. licet Medina in summa l. 1.c.11.§.8.de suspensione* aliter sentiat tamen illa renunciatio, vel alienatio est nulla ex eodem *Trid.c.2.vers atq; illa, sess.21* nam illa verba, alienari, nullatenus possint, ipso iure inducunt nullitatem, cum tollant alienandi potentiam, & inducant actus nullitatem, iuxta tradita per *Bar. Ias. & alios in l.gallus ff.de liber. & posth.*

postb glo. in clem.1.verbo nullatenus, de sequest. possess. Felin. in c. cum accessissent nu. 8. de constit. & Tolet. d l.1. c. 49. nu. 18. & alij.

22 IX Dubitatur, an si promotus ad Subdiaconatum ad titulum patrimonij, deinde illo renunciato promoueatur ad superiores ordines, incurrat.

Negat *Nauar. consil. 17. & 21. de tempor ordin.*; cum nō possit dici fuisse promotus ad superiores ordines sine titulo, cum renunciatio sit nulla ex decreto Tridentin. citato, & sequitur *Flam. Paris. d l. 2 q 6. nu. 17. & Salcedo in praxi criminali d c 18 nu. 13.* in nouissima editione, sed vt notat *Garcia p 2. c. 5. nu. 182.* si taliter esset facta renunciatio, vt renuncians possessionem relinqueret, quæ amittitur, & transfertur ex actu nullo *l 1. §. si vir uxori ff de acquir possess & Rota decis. 519 & 612 nu 2 p.1.* diuersorum; non videretur huiusmodi sententiam posse procedere stante allegato decreto Trid.

23 X. Dubitatur, an sit valida renunciatio patrimonij ad cuius titulum quis est promotus absq. Episcopi licentia facta, si habeat vnde alias congruè viuere possit.

In hac dubitatione *Flam. Paris. de resig. lib. 2. q 6. n. 16. & 36. Graff. lib. 2. c. 97. n 65. Ceuall pract. quæst 527 nu. 8. & q. 561 nu. 30 Cenedo pract. quæst. 11. nu. 9. & Garcia p. 2. c. 5. nu. 186.* existimant minime irritam præfatam patrimonij alienationem, absq; licentia Ordinarij factā, si ipse alienans tempore alienationis habeat congruam sustentationem, cum Sacr. Concil. solum statuat, vt nequaquā alienari possit, donec beneficium Ecclesiasticū sit adeptus, vel aliunde habeat, vnde viuere possit, cessat enim hoc casu ratio finalis, ne cogatur mendicare, & sic debet cessare iuris dispositio, *c. cum cessante, de appellat.*

Hoc tamen non admittit Garcia de beneficio; nam in dicto decreto Conc. expresse statuitur, quod resignari non possit beneficiū ad cuius titulum, quis fuit sacris initiatus: nisi constet quod aliunde commode viuere possit, & facta mētione, quod ad illius titulum fuit ordinatus, alias nulla sit renunciatio; & sic traditum est pro forma in resignatione beneficij esse etiam mentionem faciendā quod ad illius titulum fuit promotus, & ita censuit Sac. Congregatio, vt testatur idē

Gar,

Garcia num. 193.

XI. Dubitatur, si renunciatio beneficij sit facta, cum pensione ad congruā sustentationem, absq; mentione, quod ad illius titulum fuit promotus, an sit valida.
24

Nauarr. cons 4. de renunc. existimat valere saltem in foro conscientiæ, & sequuntur *Flam. Paris l. 2. qu. 6. nu. 41. & Manuel Rodriq. 2. tomo c. 15. num. 12.*

Nihilominus S. Congreg. Concilij vt testatur *Garc. nu. 215.* censuit non valere, quia traditum est pro forma faciendam esse mētionem prędictam aliterq; facta resignatio indistincte annullatur.

25 XII. Dubitatur, an idem procedat in permutatione, vt sit nulla si fuerit facta absque mentione, quod fuit sacris ordinibus initiatus ad titulum beneficij permutati.

Affirmatiue; nisi permutatio sit æquiualens, & ita censuit S. Congregatio super *d. c. 2. sess. 21. vt affirmat Garcia p. 1. c. 5. nu. 217*

XIII. Dubitatur an patrimonium ad cuius titulum, quis fuit promotus ad Sacros ordines possit obligari absque eo, quod incurrāt pęnæ dicti Sacri Concilij prohibentis alienari præfatum patrimonium.

Hanc quęstionem late disputat *Io. Hieron. Cenedo in pract. can. quæst. 21. à nu. 11.* & post multa cōcludit, quod huiusmodi prohibitus alienare bona, ad cuius titulum fuit promotus, non potest ea specialiter obligare, absq; incursu pœnarum Concilij, licet in generali obligatione bonorum non veniant bona ad quorum titulum fuit promotus.

TERTIO prohibitum est Clericis promoueri ad ordines, nisi ab Episc. originis, vel beneficij, aut domicilij, *siue* cum eorum litteris di-
26 missorialibus. Iuxta *tex in c. nullus de temp. ordin. in 6.*

Sed Dubitantur primo quando beneficium tribuat iurisdictionem vt possit quis promoueri ab Episcopo ipsius beneficij.

Et Prætermissis traditis per Doctores asserentes, tenue beneficium præbere Iurisdictionem, vt promoueri, quis possit ab Episcopo loci, in quo situm est beneficium, & si aliunde originem trahat, vel alibi domicilium habeat, cum *tex. in c. nullus, de temp. ordin. in 6.* generaliter loquatur, ideo sine distinctione exaudiendus sit, *glo. in dicto c. nullus, verbo, Ecclesiasticum, & Marius Anton.*

var.

var. lib. 1. resol. vlt. cas. 28. Breuiter pro solutione dicendum est, quod ad effectum prædictum, aliud dicitur beneficium sufficiens, aliud tenue, aliud tenuissimum.

Sufficiens dicitur illud, quod in singulos annos fructus producit triginta, vel quadraginta, aut ad summum quinquaginta aureorum, vt tradit *Nauar. de orat. cap. 22. Miscell. 16. nu. 74. & sequitur Parisius de resig. lib. 5. q. 6. num. 156.* Neapoli tamen, vt refert *Genuens. in praxi c. 81.* beneficium 36. ducatorum annuorum, aut etiam patrimonium, sufficiens reputari solet. Sed in non nullis alijs Episcopatibus de consuetudine, beneficium 25. ducatorum, siue etiam patrimonium sufficiens ad titulum reputatur, vt valeat quisquam sacris ordinibus initiari, iuxta *Sac. Conc. Trid. sess. 21. c. 2. de refor.*

Dixi sufficiens, quo ad effectum prædictum, nam aliter esset dicendum, quo ad dispositionem eiusdem *Concilij sess. 24. c. 17. de refor.* prout dictum est supra *nu. 11.*

Beneficium tenuissimum dicitur, secundum *Sotum* si nō attingeret ducatos otto, sed *Piaseg. in praxi c. 1. num. 10. Campanil. in diuers. rub. 9. c. 8. num. 12.* & alij existimant tenuissimum dici beneficium redditiuum ducatorum quatuor. Quod tenuissimum non admittitur, vt sufficientem titulum iurisdictionis tribuat, vt promoueri possit ab Episcopo beneficij eius possessor, vt euitentur fraudes, prout declarauit Sacra Congregatio ex *Barbos. de off. & pot. Episc. p. 2. all. 4. nu. 4. 45. & Campanil. cit.*

Beneficium tenue deniq; dicitur illud, quod non excedit summam florenorum septem annuorū, vt probat *Gemin. cons. 85. nu. 25. ex Paul. in clem. 2. de decimis.* Quod beneficia dicuntur debilia, quę non excedunt summam septem florenorum, & hoc sequitur *Menoch. de arbitr. cent. 3. cas. 216. nu. 9.*

Florenum autem accipi pro ducato de camera existimat *Nicolaus Gimonteus tract. de Grat. expectatiu. c. 5. nu. 26. Impress. post tract. stapbil. de litter. Gratia fol. 415.* vt refert *Carol. Maranta p. 1. respons. 18. nu. 25.*

Quod beneficium addito supplemento patrimonij sufficientem titulum præberet iurisdictionis, vt promoueri quis possit ab Episcopo beneficij ipsius secūdum *Vgol.*

de

de pot. Ep. c.26. §.3. Campanil.cit loco Ricc.p 3. decis.77. Garc. p.2.c.5. n.125. Vnde cum fuisset quidam clericus promotus ab Episcopo cui suberat ratione beneficij rẽdentis annuos ducatos tresdecim, & grana 12. ÷ monetę regni Neapolitani addito supplemento patrimonij ad sufficientem titulum censuit sacra cõgregatio, legitime fuisse ordinatum vt testatur *Campanil loco citato*, & dixi *in tract. de Priuileg.Cler.c.4.nu.240.*

Est tamen aduertendum, quod ad hoc vt possit quis promoueri ad ordines ab Episcopo,in cuius diæcesi est beneficium, siue ab alio cum suis dimissorialibus literis, requiritur, vt habeat titulũ, & pacificam possessionem beneficij iuxta *S.C.Trid sess. 21 c.2.de reform.* secundum *Campanil.in diuers. rub. 8. c. 3. & Ricc. in praxi rer. quotid. resol. 258.* Licet aliter sentiat *Garc.p.2.c 4 nu.6.*

Et posset ab eo Episcopo promoueri quamuis beneficium residentiam non requirat,cum *tex.in d.cap. nullus,* simpliciter loquatur *Vgol de pot.Ep.c.26.§ 3. Ricc.& aly.*

Et non solum posset ab eo recipere ordines sed etiam ab eodem obtinere dispensationem in interstitijs, & in illegitimitate, quo ad minores ordines.*Garcia cit nu.14. Barbos. p.2. all 4.nu. 54. & aly,vt hæc, & alia dubia retuli in tract. de Priuil. cler. p.4.n.244.*

Secundo dubitatur quisnam dicatur Episcopus originis, vt ab eo, quis promoueri possit ad ordines.

Et dicendum est, quod nõ solum dicitur ille, in cuius Diœcesi, quis natus est, aut fuit expositus, cum dicatur originarius illius Ciuitatis, in quo quis expositus fuit; *Barbos.cit. all.4. num. 17. & Campanil. in diuers. rub.9.c. 8 nu. 24.* Sed etiam ille, in cuius Dœcesi pater natus est, secundum *Vgol.d.c.26 §. 1.Barbos nu.4.Campanil nu. 9.Ant.Diana resol. 148 p. 4. tract. Miscell.resol.moral.* qui refert,et aliquas declarationes Sacræ Congreg. *Ricc. p. 4 d. 317. & in praxi resol. 257.* qui tamen hoc quod dicitur de origine patris limitat in filio concepto, atq; nato postquam eius pater deserta prouincia, vel loco originis, Domicilium alio transtulit, quia non potest dici originarius loci iam prius deserti à patre pro vt fuisse decisum in rota fatetur *Cesar.de Graff.d.15 de probat.*

Quam;

Quamuis in *Cur. Archiep. Neap.* nullus admittatur ad ordines ratione originis paternæ, sine litteris dimissorialibus Episcopi propriæ originis, vt testatur *Genuens. in praxi c. 47.* & dixi cum alijs quæsitis, *de Priuil. Cler. c. 4 à nu. 260.*

TERTIO. Dubitatur quisnam dicatur Episcopus Domicilij, vt ab eo possit quis ad ordines promoueri.

In hoc Doctores nonnulla scripserunt, pro vt retuli in eodem *tract. de Priuil. Cler. p. 4 à nu. 253.* Ideo breuitati consulédo, ad ea te remitto.

Insuper addendum est, quod proprius Episcopus etiam est ille, in cuius familiaritate ordinandus reperitur, & ab illo posset ordinari quando concurrant præscripta à *Sacro Conc. Trid. sess. 23 c. 9.* de quibus dixi quoque in *eod tract. de Priuil. Cler. c. 7 à nu. 52.*

QVARTO. Prohibētur clerici suscipere sacros ordines ante legitimā ætatē 27 sine dispensatione, Apostolica alias iuxta constitutionem *Pij 2. Incip. cum ex sacrorum* ipso iure sunt suspensi, vt etiam dicemus infra *par 4 nu. 64.*

AEtas autem legitima de iure communi nouiori, In *Clemen. fin. de ætate, & qualit.* est vt promouendus ad ordinem Subdiaconatus sit in 18. anno; ad Diaconatum in 20. ad præsbiteratum in 25. sed ex dispositione nouissima *Sacri Conc. Trid. sess. 23. c. 12. de refor.* præcipitur, vt nullus ad Sacrum ordinem Subdiaconatus ante 22. ad Diaconatum ante 23. & ad presbiteratū ante 25. ætatis suę annū, promoueatur, qui quidem anni sufficiunt inchoati. *Nauar. in Man. c. 25. nu. 69. Bonac. de sacr. disp. 8. q. vnica pun. 5. nu. 12. & alij apud Garc. p. 7. c. 4. num. 2. & Barbos. p. 2. alleg. 26.*

AEtas denique ad suscipiendam primam tonsuram est septem annorum completorum, quę etiam in alijs tribus minoribus videtur sufficiens, vt habetur in *c. in singulis 77. dist.* quem ibi sic intelligūt *glo. & Doct.* & in hoc nihil reperijsse immutatum dicit *Moneta de distrib. p. 2. q. 19. nu 11.* vbi tenet ad Acolytatum 12. pariter annum expletum requiri, vt per *Barbos. de pot. Ep. p. 2. alleg. 11. Vgol. eodem tract. c. 26 §. 6. & Campanil in diuersor rub. 7 c. 1. & cap. 2* vbi dicit promouendos ad ostiariatum, & exorcistatum ætatem annorum 12. habere debere ad

acolitatũ vero 14. attingere, quæ ętas cũ non sit presstituta à *SacroConc.Trid.* attendéda est, quæ à canon. pręscribitur.

Vtrum vero pro legitima ordinis ætate sit computandus dies bissexti.

Affirmant *Bonac. cit. loco nu* 15 *& Fornarius de ordine c.* 3. *num.* 5. ex eo quia anni computandi sunt iuxta ritum, & vsum Ecclesiæ.

Negant vero *Henriq. in summa lib.* 10 *c.*19. § 2. *Ricc. in praxi post resol* 276. *in notabilibus de* Sacr. Ordin. *& Barbosa de pot. Ep. p.* 2. *alleg.* 16. *nu.*2. cum annus à iure determinatus intelligatur ex 365. diebus continuis vt retuli *in tract. de Priuileg. Cler. p.*4. *nu* 81.

An autem initiatus sacris ordinibus ante legitimam ætatem bona fidẽ, quia probabiliter credebat se illam habere incidat in suspensionem contentam in dicta *const. Pÿ* 2.

Negat *Tolet. in summa lib.*1. *c.*49 *nu* 4 *Barbosa d. all.* 16. *nu.*17. *Sanch. de matr. lib.*7. *disp.* 30. *& alÿ cum Nauar. cons.* 50 *de temp. ord. p.*2. *& Genuen. in praxi c.* 83. quia ordinatus ante ætatem inculpabiliter à suspẽsione excusatur ex quo, verba illa, *temere prasũpserit*, quibus vtitur constitutio prædicta, dolum, ac temeritatem significant, secus vero si crassa ignorantia facti aut ignorantia iuris fuit.

Non tamen poterit celebrare ordinatus ante ętatem bona fide vt dictum est, nisi prius ad illam perueniat, cũ obstet impedimentum, ætatis, iuxta tradita per *Sanch. Tolet. cit. & Couar. in Clem. si furiosus p.*1. §.1 *nu* 4.

Sed Aduertendum est, incurrere suspensionem fulminatam in *dicta const.* eos tantum qui ante ætaté promouentur ad ordines maiores, non autem eos, qui sunt initiati ad primam tonsuram & ordines minores. *Sayr. de cens. lib.*6. *c.*12. *nu.*9. *Barbos. cit loco nu.*10. *& alleg.*11. *nu.* 3 *& Suar. to.*5. *disp.* 31. *sect.*4. *nu* 23.

Neque recipiens primam tonsuram ante septennium p. m. si non dum peruenit ad vsum rationis, quamuis Episcopus conferens p. m. cum videatur facere contra prohibitionem Ecclesiæ in re graui, vt tenet *Bonac. de cens. disp.* 3. *q.*6. *pu.* 5. *nu.*6.

QVINTO prohibẽtur clerici suscipere Sacros ordines extra tẽpora a iure statuta sine Apostolica dispensatione, alias ipso facto sunt

su-

ad suspensi ex *constit. Pij. 2. incip cum ex sacrorum*.

Tempora autem à iure statuta conferendi Sacros Ordines sunt sex Sabbata anni, *c. quod die, & c. fin. 75. distin.* conferuntur scilicet in Sabbatis quatuor temporum, & in Sabbato præcedente Dominicam de Passione, & in sabbato Santo, quorum canonum statuta *Conc. Trid.* seruari iubet *sess. 23. de refor c. 8. vt per. Vgol. de pot. Episc. c 26. §. 25. Bonacin. de Sacr. disp. 8. q. vnica pu. 6. & alios*.

Pro prima tonsura, non designatur tempus, sed in omni tempore conferri potest, pro vt resoluunt, Armilla *verb. ordo num. 7. & Henriq. lib. 10. c. 12. §. 1.*

Ad minores ordines conferendos tempus idoneum illud idem esse quod ad maiores constat, ac præterea quamlibet dominicam, aut festiuam diē, vt asserit *Alex. 3. in c. de eo, de temp. ordin. Silu. verbo ordo 2. n. 6. Iacob. de Graffis in decis. aur. lib. 3. p. 2. cap. 12.* & alij apud *Barbos. p. 2 alleg. 11. nu. 18.* qui tradit hos dies festiuos debere esse de precepto, & quod consuetudo recepta concedit, vt feria sexta vespere precedente Sabbatum, in quo de iure ordines sacri conferuntur fas esse ordines minores dare, quasi in hoc officio censeatur incipere dies Sabbati pridie vesperi. Additque *Henriq. lib. 10. cap. 12 §. 2.* ex communi Praxi, & consuetudine Episcopos potestatem habere promouendi ad minores ordines feria quarta quatuor temporum vt refert etiam *Barbos. nu. 17.*

Non tamen præfatam suspensionem incurrere dicendum est illos, qui ad primam tonsuram, aut minores ordines extra tempora sunt promoti vt per *Barbos. dicta p. 2. alleg. 17. nu. 18. cum Nauar. c. 25. nu. 70.*

Seruatis quoque temporum Interstitijs conferendi sunt ordines vt habetur in *Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 11. 13. 14.* videlicet vno anno elapso post susceptionem vltimi minoris ad Subdiaconatum, iterum ad diaconatū post annum, & post alium ad præsbiteratum.

Anni cursus, qui inter vnū, & alterum ordinem debet interuenire, non oportet, vt habeat 365. dies, quo tempore annus perficitur, sed sufficit aduenisse eamdem solennitatem, & diem anni subsequentis, in qua, anno transacto alium suscepit ordi-

nem, videlicet à Pentecoste ad Pentecostem; ita *Fornar. de Sacr. ordinis cap. 3. nu. 4. Ricc. in praxi post resol. 276. in notab. de Sacr. ordine Vgol. c.26. §.27 nu.6. Campanil in diuers. rub.6.c 3.nu. 12. Add.ad Quarant.verbo ordo, & alij.*

Sed in minoribus ordinibus; temporis interstitium aliter computatur, nam licet vno die omnes conferri possint, secundum *glo.in.c.2. de eo, qui furtiue ordin. suscepit, verbo minores, & alios apud Bonac.de sacr. disp 8.q. vnica pu.5.num.36.* tamen propter verba *Conc. Trid. sess.23.c.11.de refor.* ibi, *atque ita de gradu in gradum ascendat, & c.* laudabilius erit abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia vrgens causa bene visa Episcopo, relinquitur enim prudentię Episcopi an simul, vel per interstitia temporum debeat conferre ordines minores inter vnum igitur, & alterum minorem ordinem poterit esse; interuallum, quod daretur de vno die festo ad alium proximum cum singulis diebus festis conferri possint vt dictum est. Ita *Campanil. cit. rub. 6. nu.* 13. & post alios sequitur *Barbos. p 2. all.11.n.14.* qui tutius censet si interueniret interuallum de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud, vt etiam tenent *Vgol.cap 26.§.27.nu. 4. & Maiol. de irregul. lib.3. cap.24 num.13.*

Poterit tamē Episcopus cū ordinandis in huiusmodi interstitijs dispensare, non tamen ad eius libitum, atque arbitrium non regulatum aliqua legitima causa, vt præscribitur in *Sac. Conc. Trid. sess.23.cap.4.de refor.* Ibi, *nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, aliud Episcopo videretur* ita *Vgol. dicto §.27. Nauar.cons 12.de temp. ordin. Ricc. in praxi resol 483. & alij cum Bonac. de Sacr.disp.8 q vnica pu. 6.* vbi dicit, grauiorem causam requiri in dispensatione interstitiorum inter diaconatum, & Sacerdotium, quam inter cæteros ordines, nam *Conc. Trid.* in dispensationibus interstitiorum inter minores ordines, solum requirit arbitrium Episcopi, in dispensationibus interstitiorum inter minores, & maiores exigit necessitatem, aut Ecclesiæ vtilitatem, in dispensatione vero interstitiorū inter Diaconatum, & præsbiteratum postulat Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, qua necessitate, & vtilitate posita *Conc. Trid.* videtur remittere hoc

nego,

negotium arbitrio, & prudentiæ Episcopi pro vt illam iudicauerit sufficientem secundum circumstantiam loci, temporis, aut iuxta conditionem personę vt post alios per *Carol. de Grassis in præludio à nu. 334. & Genuens. in praxi c. 83 nu. 7.*

Dispensatio, autem, hæc interstitiorum pertinet ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cũ quibus dispensare potest ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis regularibus in hoc casu dispensare, vt tradunt *D. Ricc. in praxi dicta resol 483.* qui refert in hoc declarationem Sacræ congregationis, *Vgolin. c. 26. §. 27. Bonacin. de Sacr. dicta disp. 8. q. vnica pu. 5. num. 34 & alij.*

Ordinator tamen super temporum Interstitijs cum non diœcesano dispensare nequaquam potest, nisi hoc in dimissorijs expresse concedatur, vt tradunt *Miranda in Manual. Prælat. to. 1. q. 38. art. 7. concl. 1. Carol. de Grassis in Præludio nu. 339. & alij.*

SEXTO Prohibitum est suscipere ordines ab alieno Episcopo sine litteris dimis-
29 sorialibus proprij ordinarij, vel promoueri cum falsis dimissorijs, iuxta *constit. Pij 2. Incip. cum ex sacrorum, & S. D. N. Vrbani Papæ VIII. Incip. secretis*, sub datum Romæ 11. Decemb. 1624. alias incidunt, taliter promoti, in pœnas prædictarum *constit.* & signanter Itali prima tonsura, aut in minoribus ordinati cum falsis dimissorialibus non gaudent fori *Priuil.* iuxta *constit. Vrbani*, vt dixi in *tract. de Priuil. Cler. cap. 4. nu. 29.*

An autem promotus absque litteris dimissorijs in propria ipsius diœcesi ab alieno Episcopo, sciente, & non contradicente proprio Episcopo incidat in pœnas constit. prædictæ,

Affirmat Mandos. In *regul. 25. q. 5.* cum literæ ipsæ dimissoriales pro forma omnino requirantur per illam constitut: dum non solum disponit, sed annullat actum quando ipsa forma non seruatur, ad tradita per *Dec. cons. 455 nu. 7. & Alex. in l. 1. ff de liber & posth.*

31 SEPTIMO prohibentur clerici beneficiarij ex redditibus Ecclesiæ augere, vel ditare cõsãguineos, & familiares suos, nisi pauperes sint. Vel portionẽ redundãtẽ ex fructibus beneficij expẽdere in vsus profanos, vt habetur

tur in *c.res Ecclesia, & per totã* 12.*q.*1.ac expresse *in Conc. Trid sess.*25.*c.*1. *de reformat. vers. omnino*, & contrafaciendo peccant mortaliter. Secũdum communem sententiam Doct. vt testatur *Lessius de iust. lib.*2 *cap.* 4 *dub* 6.*nu.*47. cum sit contra districtum Ecclesiæ præceptum.

Sed dubitatur primo, an clericus habeat dominium bonorum quasi patrimonialium, qualia sunt, quæ clerici acquirunt clericorum ministerijs siue beneficio, canendo, concionando, celebrando, confessiones audiẽdo, vicaria temporali &c.

Respondetur, affirmatiue, nec tenetur ea in vsus pios expendere cum hęc dentur, vt stipendium quodam sustẽtationis, & veluti merces præstiti operis, vt de eis pro arbitrio disponat sicuti etiã potest disponere de patrimonialibus acquisitis ex hæreditate, donatione, industria, vel simili modo, ita *Didac. Couar. in c. primo nu* 11. *de testamentis, & Nauarr qu.* 1.*de reddit. monito* 1. *& alij.*

32 II. Dubitatur, an clericus beneficiarius habeat dominium fructuum beneficiorũ. *Nauar. lib. de reddit. Eccles. Richard. in* 4. *dist* 45 *quæst.*1. *Maior. in* 4. *dist.*45. *quæst.*6. & alij nonnulli aiunt, clericũ non habere dominium, sed esse dispensatorem portionis beneficij superfluæ gradui sufficientis sustẽtationis, ita vt teneatur ex iustitia eã expendere in causas pias, & si secus fecerit ad restitutionem obligati. Et hanc sententiam probabilem esse, & in praxi consulendam, dicit *Lessius de iust. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.*6.*num.*42.

Contrariam tamen sentẽtiam tradit *Sotus lib.*10. *de iust. quæst.*4. *art.*3.*&* 4.& videturesse *D. Thom.*2.2.*q.*185. *art.*7. *Couarr. in cap. cum in officijs de testam. Molin de iust.* 1.*tomo tract.*2.*disp.*142. *Corduba lib.*1 *quæst.*18 *Bannes* 2. 2.*q.*32. *art.*6.*dub. vlt. & ibi Aragon. Valentia* 3. *tomo disput.*10.*q.*3.*pun.*7. *& Lessius loco citat. n.*43. clericum beneficiarium acquirere dominium omnium fructuum, & reddituum sui beneficij, eosq; suos facere. Quorum sententia probatur ex *c. vnico de cler. non resid. in* 6. *ibi rerum fit receptarum non acquirat dominium, & ex Conc.* Trid. *sess* 23 *c.*1 *de refor. ibi pro rata temporis absentia fructus suos non faceret & sess.*24. *de refor. c.*12 *vers. preterea.* Ibi, *quos ratione præbendæ, & residentia fecit suos*, & alibi. Ex his

his igitur patet clericum acquirere dominium si præstat, quod debet.

Vnde licet p.m. expendendo fructus prædictos in profanos vsus, maxime partem superfluam congruæ sustentationi, secundum communē sententiam, cum sit contra districtum præceptum *Trid. sess. 25. c.1. de reform.* ex quo non expendunt hanc partem in opus pium, tamen non tenentur ad restitutionem, cū sint domini, nec ex dispositione Ecclesiæ constat, eos ad restitutionem teneri male expensorum, ita *Les. num. 44 & 45.*

33 OCTAVO. prohibentur Clerici beneficiati testari de prouentibus suorum beneficiorū, *c. quia nos, & c. relatum, il 2. c. cum in officijs de testam.* & alibi, & hoc est certum de iure communi, & *per Bullam Pij IV. Incip. graue nimis*, & secundū communē sententiā, quod intelligit *Garcia p. 2. c. 1. nu. 9.* procedere quo ad bona acquisita ex fructibus beneficij etiā parce viuendo, & subtrahendo suæ sustentationi cum sint acquisita ratione Ecclesiæ, & si parce vixit sibi imputare debet, licet contrarium teneat *Nauar. de reddit. q. 3. monito 20. & de spolijs §. 6. num. 5. Lessius num. 39. Nald. in summa verbo Clericus num. 15 Rota apud Ludouis. d 401. & alij.* Admittit tamen idem *Garcia nu. 10.* huiusmodi Nauarri sententiam, vt possit de illis in vita disponere sicut de alijs patrimonialibus.

De consuetudine, tamen vbi esset, posse beneficiatos de acquisitis ex beneficijs testari censent *Garc. nu. 10 & Monet. de distrib. p. 3. quest. 1. nu 5. & alij:*

Et licet prædicta procederent quo ad acquisita ex beneficijs, tamen circa fructus inexactos à beneficiatis ita relictos extat nouissime constitutio S D.N. Vrbani VIII. sub datum Romæ 5: Aprilis 1628. qua, circa fructus quomodocumque inexactos, confirmatur *constitutio Iulij III.*

An autem beneficiati possint testari de distributionibus quotidianis.

Affirmat *Moneta de distrib p 1 q. 1. & q. 4* quia licet dici possit, distributiones acquiri intuitu Ecclesiæ, tamen principaliter dantur intuitu personæ propter diurnam operam, assiduumq; seruitiū atque obsequium Ecclesiæ præstitum, licet aliter sentire videatur *Garc. d. p. 2. c. 1. nu. 5.*

Sed

Sed an valeant clerici testari de fructibus pensionum.

Gigas *de pens. qu.* 52. fatetur posse, cum pensio non sit beneficium Ecclesiasticum:

Contrarium vero censent *Garcia par. 1. cap. 5. num* 161. *& Redoan. de spolijs Eccles q. 3. num.* 12. cum pensio equiparetur beneficio in materia spoliorum, & facultatis testandi, & sic pensiones non exactæ in vita pensionarij exiguntur à Reu. Cam. Apostolica vti spolia ad ipsam spectantia; existimat tamen *Gonsalez ad regul. 8. Cancell. num.* 22. non procedere spolium in pensione Ecclesiastica, quando non excedit 60. ducatos de Camera vt etiam refert *D. Nouarius in summa Bullar. de spolijs cleric. nu.* 10. sicuti non procederet spoliũ quando beneficium non excederet 30. duc. de camera iuxta bullam relatam per *Redoan. de spolijs quæst.* 1. *nu.* 53.

Verum vero existente cõsuetudine testandi; clerici de beneficiorum prouẽtibus testari possint, non tantum ad vsus pios, sed etiam profanos absque p. m.

Negat communis sententia, quam sequitur *Lessius de iust. l. 2. c. 19 dub 4. nu.* 43. nã si peccant mortaliter de his profane disponendo inter viuos, vt omnes doct. sentiunt: maxime de parte superflua congruæ sustentationi, multo magis peccabunt disponendo in vltima voluntate, cum sit grauiter in iure inhibitum, & hanc sententiam sequuntur etiam *Molin. l. 2. de Hispan primoge. c.* 10 *à num.* 56. *Manuel Rodriquez in summa* 2. *to. c.* 70. *n.* 7. *& alij.*

Contrarium tamen verius existimat *Garcia p. 2. c. 1. nu.* 16. posse, scilicet, beneficiatum testari, etiam ad vsus profanos, stante dicta consuetudine, eamq; in conscientia excusare, cum dicta consuetudo non sit contra ius diuinum, aut naturale, sed contra ius humanũ, per quod inhibitio est inducta testandi, maxime quando consuetudo est immemorabilis, & ab Ecclesia scita, & tolerata.

NONO prohibẽtur Clerici alienare, vel locare res, & bona Ecclesiæ vltra trienniũ, alias alienatio est nulla, & qui alienat, & is qui alienatas res & bona prædicta receperit p. m. & pœnam excommunicationis, & alias pœnas incurrunt. Ita statutum est in *extrauag. Pauli 2. incip ambitiose, de rebus Eccles non alien.* Quæ extrauagans quo ad pœnas nullitatis, & censurarum est

est vsu recepta hic in Ciuitate, & Diœcesi Neap. vt testatur *Genuen. in praxi c.73.n.1.*

34 Sed dubitatur primo, an prædicta constitutio habeat locum etiam in locatione fructuum, & redditum Ecclesiasticorum pertinentium ad beneficia, vel Ecclesias.

Negat *Couar. lib. 2. var. res. c.16. n.6. ver 6. visu est, et alij.*

Contrarium tamen verius est, prædictam extrauagantē habere locum etiam in locationibus fructuum Ecclesiasticorum, quod probatur ex illis verbis extrauag. omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum; nam fructus, & redditus beneficiorum, seu Ecclesiarum, sunt res, & bona Ecclesiæ, cum ab ea proueniant, & sunt assignata eius ministris propter diuinum ministerium, & huius sententiæ sunt *Rebuff. in repetit. cap. extirpanda §. qui vero de prabend. dist. 7. & vlt. notab. Boerius decis. 224. num. 2. Nauar. in Man. cap. 35 nu. 129 & Tole. in summa l. 5. cap. 91. num. 6.* & alij.

Posset nihilominus secundum doct. mox citandos, clericus beneficiatus vsumfructum rei Ecclesiasticæ concedere cum sola obligatione personali, scilicet dandi commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante quia per hanc concessionem non transfertur aliquod ius in re, sed beneficiatus tenetur dumtaxat exhibere vsufructuario commoditatem percipiendi fructus ita tradunt *Mol. tract. 2. de iust. disp. 366. Megala cons. 74. & in promptuario verbo alienatio num. 17. & Quaran. verb. alienatio vers tertio.*

II. Dubitatur, an prædicta locatio vltra triennium

35 facta sit nulla in totum, vel sustineatur pro triennio.

Quidam existimant valere pro tempore permisso, mori ex eo, primo quod inseparabilibus vtile per inutile minime vitiatur, *cap. vtile de regul. iuris in 6. & l. 1. §. sed mihi ff. de verborum oblig.* Sed in casu proposito potest separari tempus permissum à prohibito, ergo. Secundo *ex l. sancimus C. de donationibus*, vbi non vitiatur donatio excedens quingentos solidos, nisi in excessu, & huius sententiæ extitere *Bald. in auth quas ruinas C. de Sacrosan Eccles. Paul. de Castro in auth qui rem num. 7. C. eod. vbi Decius num. 23. Clarus § emphyteusis q. 6. num. 2. & §. feudum qu. 13.* in fine, vbi profitetur, esse

veriorem, & magis communem opinionem. *Molin. de Hisp. primog. cap 21. num 28. Genuensis in praxi cap. 73 nu. 10* & hanc sententiam in praxi seruandam esse dicit *Couarr. lib. 2. variar. cap. 16. num. 5* vti communiter receptam; addit tamen ipse *Couarr. vers. sed pramissa*, quod si ex probabilibus coniecturis appareat minime locatorē, aut conductorē rē illā locaturū vel conducturū minori spatio tēporis, aut locatio facta sit vnico tātū pretio pro omnibus annis, tunc cōtractus erit nullus in totū, q̄a est vnus cōtractus inseparabilis, & vnica pactio, q̄ nō patitur cōmodā diuisionem.

Contrariam sententiam locationem prædictam nullam esse in totum, & omnino vitiari tenet *Ias. in d. auth. qui rem numero 30. Ripa in l. prima §. si quis ita numero 32. ff. de verb. oblig. Afflict. decis. 107 num. 4. Couar. cit. num. 5. & Garcia par. 2. cap. 1. num. 61.* qui testatur ita tenuisse Rotam in causa *Brixien. locationis 5. Decembris 1594 coram D. Penia*. Probatur huiusmodi sententia ex eo quia à iure videtur esse præscripta forma ne vltra præscriptum tempus fiāt locationes rerum Ecclesiæ: sed forma est indiuidua. *Decius cons. 532. num. 5. & Rota decis. 471. nu. 9 part. 1. diuers.* ergo. & probatur etiam in *d extrauag. ambitiosæ*, ibi *nullius omnino sint roboris, vel momenti*.

Intelligit tamen *Garcia loco cit.* hanc sententiam
36 non procedere in locatione facta ad sex vel nouem annos, cum clausula quod fint tot, locationes quot triennia, vel quod finito primo triennio, ex tunc censeatur locata pro alio: nam licet inualida sit talis locatio quo ad tempus vltra triennium quia est in fraudem legis, *Couar. d. cap. 16. nu. 4.* & alij, tamen in totum non corruit sed valida est pro tempore à iure permisso, cū plures sint locationes distinctæ, & vitiū non est in prima, sed in reliquis; vt per eum. Nec obstant huic secundæ sententię, contrariæ opinionis fundamenta, nam ad primum resp. quod actus est indiuiduus respectu formæ, quæ à iure præscripta videtur. Non obstat secundo ex *dict. l sancimus C. de donat.* quia ibi lex simpliciter non inhibet donationes vltra quingentos solidos; sed statuit quod donatio excedens quingentos solidos non valeat, quo ad

ex-

excessum.

Aduerte tamen quod illa extrauagans improbans, &
37 annullans prædictos contractus factos vltra triennium, procedit volente Ecclesia, seu beneficiato illos pro inualidis habere: nam si Ecclesia voluerit stare illi contractui, poterit etiam inuito eo, cum quo est contractum, hoc facere impetrando tamen assensum Sedis Apostolicæ, & alias legitimas solemnitates, iuxta tradita per *Inn. & Abb. in cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli. Ita Garcia* 2. *par. cap.* 1. *num.* 74. *Rota decis.* 133. *num* 12. *part.* 2. *diuers. & Sarmiento de redditibus* 1. *par. cap.* 2. *nu.* 20. & per *Quarantã in summa* Bullarij *verb. alinatio*.

III. Dubitatur, si clericus alienat res Ecclesiæ incon-
38 sulto Romano Pontifice, cum clausula, reseruato assensu Papæ nec aliter, nec alio modo, & ante impetratum assensum tradit possessionem ipsius rei, an incurrat pœnas, & censuras dictæ extrauag.

Dico incurrere, pro vt sic declarauit Clemens VIII. vt fatentur *Genuens. in praxi c.* 50 & alij post ipsum.

An autem, annui redditus Ecclesiastici, (qui loco immobilium habentur, vt patet in *Clem exiui de Paradiso, de verborum signif.* & alienari non possunt absque assensu Apostolico), possint à beneficiato minui, vulgo calare, absque assensu Summi Pontificis.

Pro solutione est distinguẽdum, aut enim contractus fuit rescissus, & pecunia fuit, depositata in publico banco, & tunc cum dicatur nouus contractus, & sit in libera potestate beneficiati, vel Ecclesiæ, quem velint de dicta pecunia inuestire, proinde si non inueniuntur tot redditus vti exsoluebantur per primum debitorem, posset dicta pecunia inuestiri pro quantitate redditus quæ reperitur, cum res tanti valeat quanti vendi potest *l. pretia rerum ff. ad legem falcidiam, & per Doct. in l.* 2. *C. de rescind. vend* & hoc casu quis non censentur minui redditis Ecclesiastici, ideo, in inuestiendo dictam pecuniam eidem personæ, siue alio non requiritur assensus Apostolicus cum tunc non dicatur diminutio, siue remissio *arg. tex. in l. alienationis verbum, ff de verb. signif.*

Aut contractus non fuit rescissus, & stat in sua firmi-

tate, & tunc in minuendis istis redditibus requiritur assensus Pontificis, ex eo quia diminutio est species alienationis *l fin C. de reb. alien. vel non*, *l. alienatum ff. de verb. signif.* & cum in hoc casu redditus dicatur incorporatus, & acquisitus Ecclesiæ, cōsequenter minui non potest absque solemnitate, vt tradit *Anchar. in c. vt super. de reb. Eccl. non alien. & alij apud Ricc. par. 1. decis. 134.* vbi fatetur in facti contingentia sic fuisse resolutum in Cur. Arch Neap.

DECIMO, prohibetur clericis negotiatio mere lucratiua, qua aliqua res emitur vt carius immutata vēdatur, nā est eis illicita ra-
39 tione personæ *c sçiens c. consequēs c fornicari, c. negotiatio nē dist. 88. c fin. de vita, & bon. cler. c. secūdū, ne cler. vel Mon. & Clem. 1. de vita, & bon. cler.* cumq; ipsis clericis talē negatiationem exercentibus imponatur excommunicationis, suspensionis, ac depositionis pœna, vt est videre in iuribus allegatis, quæ non nisi pro lethali culpa imponitur, ideo communi consensu dicunt Doct. clericos in sacris talem negotiationem per se ipsos exercentes peccare mortaliter. Ita *Cōrad. de contract. qu. 52. conj. 4. Io. Medin. de rest. qu. 30. art. 2. Sil. verbo clericus 3. num. 3. Molina 2. tomo disput. 342.* clericos vero in minor. non pec. mor. De habentibus vero beneficia in sacris minime constitutis licet ambiguus sit *Silu.* tamen citati Doct. videntur inclinare illos non pecc. mor.

Similiter nō possunt agros conducere. quos per opera-
40 rios colant, vt inde vendant perceptos fructus cū sit negotiatio inhibita, *c fin. dist. 86.* nisi ad suam, suorumque sustentationem, si aliter non possent sustentari, quia tunc ratione illius circunstantiæ non esset negotiatio illicita, ita *Molin. cit. numer. 14. & Lessius de iust. l. 2. cap. 21. dub. 1. nu. 6.* Quando autem clerici essent cultores agrorum suorum, seu cōductores agrorum Ecclesiasticorum non debent molestari titulo negotiationis illicitæ ex declaratione S. Congr. vt testatur *Gauantus in Manuali Episc. verbo clericus nu. 82.*

41 Liceret tamē clericis emere animalia vt pascua proprijs enata territorijs absumant, ac depascantur, secundum *Molin. loco cit. Silu. verb. clericus 3. num. 2. Carol. de Graff. ess. 6. num. 18. Barbos.*

de

de off. & pot. Ep. par. 2. all. 13. nu. 11. & alios.

Sic etiam enutrire, & depasci facere animalia, quæ ex patrimonio possident, emptis pascuis, ac pratis, ne emoriantur vt per *Vinc. Fil. liuc. tract. 43. cap. 4. num. 31.* & alios relatos per *Carol. Marant. controuers. iuris par. 2. respons. 41.* qui testatur sic fuisse declaratum per sacram congregationem pro clero Neritonen.

42 Sic quoque, si aliquid vilius emerint absque animo reuendendi, possent prętio augente carius vendere, secundum *Molin. cit. num. 11.* cum non sit negotiatio vt notat *Eman. Sa verbo clericus nu. 20.*

Sed, an licite possint emere boues, & alia animalia pro necessario culturæ vsu, terrarum patrimonialium, & beneficiorum.

Affirmatiue, prout patet ex declaratione S. Congreg. *Eminentiss. DD. Cardinal.* quam refert *Maranta loco cit.* quæ est tenoris vt.

Illustriss. & Reuerendiss. Domini.

Presbiteri, & clerici terræ Altismontis Cassanen. Diœcesis, qui vt plurimum ob loci montium, personarum, ac temporum qualitatem aliqua ex infrascriptis rationibus, necessaria ad suam, & familię sustentationē coguntur quærere, ad obuiandum vexationibus commissariorum petunt, vt declaretur, An liceat eis hæc facere absque reatu illicitę negotiationis.

Primo, an liceat eis terras patrimoniales, ac beneficiales per laicos colere.

Secundo, an pro necessario culturæ vsu, possint emere boues, & alia animalia, & fructus illorum vendere.

Tertio, an ij, qui in proprijs terris habent quercus, & castaneas, quarum fructibus sues vescuntur, possint sues emere, eosue alere, ac pro sua, & familiæ sustentatione vendere.

Quarto, an ijdem clerici cum folijs suarum arborum possint in proprijs ędibus arti Sericæ operam dare, vel idem opus alteri ad medietatem committere, vt in illis partibus fieri consueuit.

Sacra Congregatio Cardin. Conc. Trid. interpretum.

Ad primum censuit: *licere clericis agros beneficiorum, ac bonorū patrimonialium suorum, opera laicorum colere, absq; reatu illicita negotiationis.*

Ad secundum, *posse simili-*

ter

ter clericos pro huiusmodi cultura vsus boues, & animalia emere necessaria, illorumq; fætus iusto pretio, atque bona fide ratione vendere; nec propterea eos prohibita negotiationis prætextu vexari posse, aut debere.

Ad tertium ibidem: *posse pro sua, & familia sustentatione dummodo in emendis, alendi sue, seu distrahendis suibus nihil sordidum, aut indecens ordini clericali exerceant.*

Ad quartum, *licere clerico arborum in proprijs bonis existentium folia alicui laico concedere, eo pacto adiecto, vt lucrum, quod ex bombijcibus prouenerit inter vtrumq; diuidatur. Et pariter eidem licere eorundem arborum folijs per seipsum absque officij sui dumtaxat detrimento; ac pro sua, & familia sustentationi arti Serica operam dare dummodo in artificio huiusmodi personas non suspectas adhibeant, & quoad hoc Episcopi licentiam, quæ gratis detur, obtineant* C. *Card. de Torres loco* ✝ *Sigilli.*

An autem possint clerici emere iumenta, ac similia, solum, vt illa teneant ad vecturam.

Et dicendum est, non posse, quia esset species negotiationis clericis interdicta sic *Molina dicta disp. 342. num. 14 quem sequitur Carol. de Grassis dicto eff 6 num. 11.* & quod locatores equorum, comprehendantur appellatione mercatorum tradunt *Bart. in l. legatis ff. de legatis 3. & Siracea in tract. de mercatur p. 1. nu. 38.*

Vtrum vero, possint clerici aliquam artem honestam, & exercitium exercere, vt ex eo sibi quærant competentem victum.

S. Thomas 2. 2. qu. 87. ar. 4. ad 3. arg. Rep. inquisit. in verbo clericus, dicit quod posśūt exercere aliquod opus, vt puta emere cartas, & scribere librum, & facere retia, & texere cofinas. *Molina d. disp. 342. nu. 13. Redoa in tract. de spolijs qu. 2. num. 5.* vbi dicit, quod clerici victum, & vestitum artificiolo sibi procurare poterunt. Quando propriæ facultates, non sunt sufficientes ad victum, nec per tale exercitium negligeretur officium diuinum: seu diuinus cultus, quia tunc censetur prohibita clericis quæuis ars honesta. *cap. clerici, vbi Doct. de vita, & hon. cler.* Ratio autem cur permittatur artificium, est quia artificium differt à negotiatione. Cum artificium dicatur quando emitur materia, & per artificium

cium ipsum ipsa materia reducitur ad formã, vt si emat cartas, & faciat libros, vel emat filium, & faciat retia. Sed negotiatio, seu mercatura dicitur quando res emitur & non mutata forma alteri venditur, sic *Molin.num 13. Car. de Graff. num. 37. Redoan. d qu 2. à num 36. Viuianus in praxi Iurispat. par. 2. lib. 6. c. 1. nu 200. & alij*.

43 Sed, an clerici possint negotiari per alios negotiatione lucratiua absq; lethali culpa. Affirmat *Molin. disp. 342. num. 10. & Less. cit. n. 6.* quia cessat ratio prohibitionis, cum iura inhibeant negotiationẽ clericis per propriam personam, vt probat *Medin. de restit qu. 30 casu. 2.* Aliquid tamen indecentię interueniret, & parum decoris statui Ecclesiastico, ideo non esset facienda nisi pro honesta sustentatione ipsorum, & suorum vel alia iusta causa. ita *Nau. cap. 25. num. 111. & Gen. c 75.*

Quid autem dicendum sit de clericis coniugatis, an sit eis interdicta negotiatio.

In hoc dubio, *Couarruu. pract. quæst cap. 31 n. 8. versic. sexto eodem priuilegio*, & ante eum *Franchus in cap. vnico, de cler. coniug. in 6. & Alex. in cons. 8. lib. 1.* dicunt, istis coniugatis licitam videri quandam honestam negotiationem, victus causa, *argum. tex in c. Ioannes, de cler. coniugat.* Ibi, quia cum oporteat secularibus negotijs immisceri &c. & hanc partem etiam sequitur, & defendit nouissime *Horatius Barbatus super Pragmat. de assistent. Glo. 3. nu. 33.*

Est tamen aduertendum, quod ex constitut. Pij IV. &
44 aliorum Põtificum quidquid est acquisitum contra sacros canones, & ex negotiatione illicita pertinet ad R. Cameram Apostolicam, de iure tamen cõmuni huiusmodi bona pertinebant ad hæredes clericorum, vt dicit *Panor. in cap. relatum il 2 de testam.* licet ipsi peccassent.

VNDECIMO prohibetur, clericis audire comedias *cap. non oportet il 2. de consecr. dist. 5. & c. clerici il*
45 *2. de vita, & hon cler.* tamen cessante scandalo si audirent comedias etiam turpes ob solam vanam curiositatem, absq; periculo probabili lapsus in aliquod p.m. non peccarent mor. nec obstat prohibitio cit. quia vt dicit *Inn. in d. cap. clerici* est tantum de honestate, vel dicendum est cum alijs non obligare sub p. mor. cessante scandalo, &

con-

contemptu, ita *Caiet. verbo clericorum peccata* ad finem, & *Sanch.l.9 de matrim. disp. 46.num.41.*

DVODECIMO prohibetur clericis, ludus alearum, & taxillorum, & ibi interesse, *cap. clerici il*
46 *a. de vita, & honest. cler.* & ibi etiam *Abb.* §.*interdicimus auth. de Sanctiss. Episcopis*, non tamen esset p.m. si quãdoq; clerici luderent aleis ob recreationem sine scandalo, & summa parua esset, secundũ *Less.l.2.de iust.c.4.dub.13. num. 98. & Tolet. in summa lib.5.cap.27.num.* 5. quando vero summa pecuniarum esset nimia, vix à lethali culpa excusaretur, ac ratione multarum circunstantiarum frequenter esset p.m. secundum eundem *Tolet.citato loco, & Iac. de Graff. decis. aur. part. 2.lib.3 cap.8.num.9.Farinac. in tract. crim. quaest.*109. *& alij apud Carol. de Grassis effect.22.vbi nu.* 24. hanc prohibitionem ampliat, vt nec etiam possint cum ludentibus habere partem, quod, vulgo dicitur, facere vaccã, Qua autem pœna veniant plectendi clerici lusores, tradunt, *Diaz in praxi crim.can. c.70.vbi Ignat Lopez Paris. de Puteo in tract. de ludo nu. 94. & alij apud Farinac. loco cit.* tamen secundum veriorem Doct. opinion. & magis practicabilem, pœna clerici ludẽtis est extraordinaria, arbitrio Iudicis imponenda, vt fatentur *Menoch de arbitr. Iud.cas.399. in fine Car. de Grassis cit.nu 20.Diaz & Farinac.locis cit.*

Verum vero clericus teneatur restituere, id quod lucratus fuerit in ludo sibi prohibito.

Affirmant communiter Doct. *in cap.clerici, de v ta & honest cler.* & tradunt *Menoch.loco cit.nu* 27. *Car. de Grassis num.44.& Paris. de Put.d tract.nu 27.*

DECIMO TERTIO prohibita est clericis venatio periculosa, quæ fit ma-
47 gno strepitu canum, & armorum, vt patet *ex cap.1. & 2.de cler.venatore.* & frequentatio huius venationis esset p.m. secundum *Lessiũ l.2. c.5. dub.9.n.1.* Quieta vero venatio cum retibus, laqueis, paruisq; canibus, maxime si raro fiat, non est omnino prohibita Ecclesiasticis, vt notat *Medina qu 12. C. de restitut. Silu.verbo venatio, & Lessius relato loco Lelius de Zaneb. in tract. de Priuil Eccl. Priuil. 152.n.10 Iac de Graff. in dec. aur p.2 lib 3.c. 3 & Vsuian. de Iurepatr par.2.lib.6.cap.1. nu.216.*

nu.216. Quæ prohibitio ampliatur vt procedat, etiam si essent pauperes, & vellent venatione victum quærere, cum debeat alio honestiori modo, & non isto procurare panem vt tradunt *Rodoan in tract. de spolijs qu. 2. num. 6. Car. de Graff. effect 33. n. 6. & Lelius de Zanch. cit nu. 8. ex c. quorundam 34. dist.*

Pœna autem, clerici venatoris est, post trinam monitionem ex *c indignè 12. qu. 2.* si fuerit Episcopus, per tres menses suspenditur à cõmunione, si presbiter, per duos; si Diaconus vel Subdiaconus ab omni officio suspenditur; alij vero clerici in minoribus constituti, arbitrarie veniunt puniendi, cum eis nulla reperiatur pœna determinata. *cap. de causis, de off. deleg. c. 1. de cler. venatore, vbi Abb. & Doct. Menoch. de arbitr. iud. cas.* 413. *& 416. Graff. cit. nu. 21. Diaz in pract. cri. c 61. nu. 6. & alij.*

Et quamuis clericis sit interdicta venatio, nihilominus quidquid acquirunt ex venatione non tenentur restituere, sed sibi illa acquirunt, vt tradunt *Menoch. d. cas.* 413. *Graff. cit num. 21. Couar. in cap. peccatum. 2. part. §. 8. num. 3. de regul. iur. in 6. & alij.*

DECIMOQVARTO Prohibitũ est clericis habitare, & consortium habere cum mulieribus maxime su-
48 spectis, exceptis coniunctis, cum quibus nulla adesset suspicio, *cap. primo, & c. penultimo de cohab. cler. & mul. §. presbyteris authentico de Sanctiss. Episc. Ita Foller. in praxi crim. can. par. 2. cap* 8. *nu.* 16. & hoc est verum tam de clericis in sacris quam in minoribus, *cap. si autem eod. tit.* & contraueniendo pecc. mor. secundum *Pet. Sotum* quem citat, & sequitur *Emanuel Sà verbo clericis num.* 27. *Iac. de Graff. in decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 9.* & si moniti nõ dimiserint prædictas mulieres, suspenduntur, & postmodũ, vt incorrigibiles deponũtur *cap. 1. cap. 2. & c. sicut de cohab. cler. Sac. Con. Trid sess. 25. cap. 14. de refor. & tradunt Decian. tract. crim. par. 2. lib. 6. c. 21. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 17. & Car. de Graffis eff 26 nu. 14.*

An autem, Idem dicendum sit de clericis coniugatis.

Et nequaquam prohiberi clericos coniugatos habitare cum mulieribus, tradit idẽ *Car. de Graffis loco cit. nu. 11. ex c. 1. de cler. coniugat.* Quod procedit quando nulla adest suspicio ex tali cohabitatio-

R ne,

ne, *Decianus in tract. crim p. 2.lib.6 cap.21.*

DECIMOQVINTO. Prohibẽtur clerici arma offensiua portare, & contra ueniendo p.m. Ita *Card.in* 49 *clem 1.§ præfata,de statu Menach Abb in cap.2.de vita, & hon.cleric. Felin.in cap petitio de homic. & Foller. par.2. c. 33 n.168.* poterũt tamen deferre cultellum aptum ad incidendum panem . Ita *Abb. in cap lator.num.3. de homic. & Farinac. in tract crim qu. 108 num. 110. Iac. de Graff.in decis. aur. part. 2 lib.3.cap.6.* qui cum alijs Doct. hãc prohibititionem ampliat vt procedat in clericis cuiuscumq; ordinis , etiam primæ tonsuræ, & sequitur *Car.de Graffis eff.20. qui n.23.* hãc eandem prohibitionem limitat in clerico itinerante,qui arma deferret pro sua defensione , quando esset transiturus per loca inculta,deserta, & periculosa,& solitum in eis commorari latrones, & grassatores; Quod ante eum dixerũt *Menoch.de arbitr.cas.394.nu. 58.Decian.in tract. crim.par. 2.lib.8.c 2. & alij apud Farinac.dicta q.108 nu.110.*

An autem, possit clericus arma deferre absq; scandalo si haberet inimicitias capitales.

Negat *glo. in cap. in summa 23.qu.8.* Affirmant vero *Abb.glo.& alij in cap 2. verbo clerici arma,de vita,& honest. cler.* Quorum opiniones conciliare nititur *Car. de Graffis d eff.20 nu. 27.* vt secunda opinio procedat quãdo inimicitia est capitalis , vel quando arma non sunt omnino offensibilia,sed offẽsibilia , & defensibilia simul , vt est pugio,vel magnus cultellus . Prima vero opinio procedat quando inimicitia non est capitalis , vel arma omnino tendunt ad offensionem alterius , & sunt balistæ,& scopittæ.

Pœnæ autem clericorum deferentium arma , sunt diuersæ de quibus *In cap.clerici 24 qu.8.in cap. venia 11. qu. 3.& in cap.audientia de sent. excom. vt per Iac. de Graff. d. part.2.l.3.cap 6.Decian.tract. crim.part.2.l.7.cap.3. Abb.in cap.2.de vita,& hon.cler Car. de Graffis cit. num. 6. & alij* tamen in vnaquaque diœcesi Episcopi solent prohibere delationem armorum sub diuersis pœnis , pro vt est Neap.per edictum,de vita,& honestate clericorum,

DECIMOSEXTO. Prohibitũ est clericis maxime , qui in sacris sunt constituti,vel beneficiati pugna-

re

50 te manu propria in bello etiam iusto, *cap. clerici*, *& c. quicunque* 23 *qu* 8. *cap.* 1. *ne cler. vel mon.* & idem declarauit *Innoc.* 3. *in c. ex multa* §. *de clericis de voto*. Ita communiter *Doct.* cum *D. Th.* 2. 2. *qu.* 40. *art* 2. quos sequitur *Suar.* 5. *tomo disp.* 47. *sect.* 6. *num.* 7. & *Say. lib.* 6. *de cens. cap.* 19. *nu.* 2. nam illa actio est valde aliena à ministerio sacerdotali; & ideo est illis inhibita. An autem fiant irregulares ita militando suo loco dicemus *infra p.* 6. *n.* 100.

Sed dubitatur, an clerici possint licite interesse in hu-
51 iusmodi bello ex causa pia, & legitima cum superioris licentia.

Resp. affirmatiue, cum hoc non sit malum, nec in iure inhibitum, ita *D. Th. & Suar. citat.* qui addit, quod tales clerici possunt interesse etiã in bello iniusto in exercitu fideliũ ad exercendum eorũ ministerium, quia licet bellũ sit iniustum multi propter ignorantiam poterunt excusari, & alij corripi possunt, & emendari in fine vitæ.

DECIMOSEPTIMO Prohibẽtur clerici artẽ medicinæ, vel chyrugiæ exer-
52 cere, *cap. tua nos de homicidio*, ideo si illam exercuerint, ex qua mors est sequuta etiã casualiter irregulares efficiuntur, vt suo loco dicemus *infra p* 6. *nu* 82.

Imò nec illam possunt addiscere sub pœna excommunicationis in quam non incident si infra duos menses destiterint *cap. super specula*, *ne cler. vel mon.* & *ibi Doct.* qui hanc prohibitionem limitãt in clericis in minoribus, vt etiam per *Abb. in cap. sententiam nu.* 22. *ne Cler. vel Monac.* & dicemus *nu.* 57.

Sed verum indistincte, clericis sit prohibita ars physicæ.

In hoc *Abb. in dict. c. sententiam num.* 22. *de Graffis eff.* 39. *num.* 7. & *alij* censent quod religiosis, & in dignitate constitutis, ac sacerdotibus, & alijs, qui prohibentur scientiam physicalẽ audire, hoc exercitiũ videtur prohibitũ, de quibus in *c. nonmagna, ne cler. vel Monac.* prohibetur enim eis studere in hac scientia propter exercitium. In alijs vero si sunt in sacris, vel beneficiati, idem fatẽtur. Constitutis vero in minoribus, non beneficiatis non censẽt hoc officium interdictum *arg. c.* 2. *de postul.* Quia non reperitur eis hoc exercitium interdictum, & facit *tex. in dicto cap. sententiam*, in eo, quod prohibet eis ar-

R 2 tem

tem chirurgi quæ adustionē, vel incisionem inducit; sed in physica istud cessat.

An autem possint clerici mederi gratis personis miserabilibus, vel consanguineis.

Affirmatiue, secundum *Siluest. in summa verbo medicus num.2.Borgas.in tract. irregul part.6. tit. de phisicis, & cirurgicis num. 5. Thom. Actius in tract. de infirmit.p. 2. verbo clericus num. 11. & alij apud Car. de Graff. de eff. 39.num. 7. & Nouar.de Priuileg.miser.person.Priuil.83.* Et licet in aliquo casu possint mederi in physica, tamen in cirugia est eis omnino interdictum *cap. tuo, vbi doct. de homicid. Actius, & Borgas. cit. & Abb.in dict.cap. sententiam*.

33 DECIMOOCTAVO prohibitū est clericis portare anulos, nisi ex officio dignitatis, *cap. clerici il 2. de vita, & honest.cler.*

Vel nisi esset Doctor *Abb. in c.decorem, de vita, et honest. cler. Car. de Graffis eff. 41. & Nald.verbo clericus nu.40. & alij*. Nam cum insignia Doctoratus sint cathedra, Biretum, & annulus, merito illū gestat insignum matrimonij inter ipsum, & scientiam. In missa tamen prohibetur vsus anuli iuxta declarationem Sacræ Congregationis, vt fatetur *Gauantus in Manuali Episcop.verbo Anulus*

Cumque teneantur clerici vestitu decenti, tam in Ecclesia, quam extra assidue vti, vt dictum est *part. 1. num.123.* Prohibentur, per consequens vti veste virgata varijs coloribus, vel partita varijs sericis texturis, & similibus sub pœnis contentis in *Clem. 2. de vita, & hon.cler. & per Diaz in pract. crim. Canon.cap.75.* ac ēt deferre vestes seculares, alias si essent in sacris, vel beneficiari peccarent mor. vt ibidem dictum est *nu. 123.* si vero in minoribus amitterent priuilegium clericale iuxta decretū *S. C. Trid. sess. 23.cap. 6. de refor.* & nouissime per *Megal. in Promptuario, verbo clericus nu.20.*

DECIMONONO, prohibitum est clericis in curiam laicalem intrare, vel ante iudicem eiusdem curiæ causam dicere *cap.nullus clericus, il 2. 11. qu. 1.* poterit tamen cum superioris licentia, quæ in scriptis solet dari à Reuerendiss. Dom. Vicario Neap. tenoris, vt sequitur:

Tibi Cler.N.N.vt pro bonorum tuorum, & Ecclesiæ tuæ tuitione ciuilibus tamen causis absq; pœnarum incursu accedere valeas ad Regia

Tribunalia huius Ciuitatis, dummodo tamen in habitu, & tonsura Clericali incedas, & dictis Tribunalibus modestiam serues tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus per mẽses sex duratura. Datum &c.

Possunt autem ciuiliter denunciare, aut quærelare in officio damni dati, occasione damnorum datorum in suis prædijs, iuramentum tamen in foro Ecclesiæ dabit ex declaratione Sacræ Congregat. 14. Apilis 1615. vt testatur *Gauant. in Manual. Episc. verb. clericus n. 76.*

VIGESIMO. Prohibitũ est clericis, testimoniũ proferre coram iudice laicali absque licentia sui Episcopi. *cap. testimonium* 11. *qu. 1. c. quamquam 14. qu. 2. Abb. &*
54 *Doct. in cap. si testium, de testibus, Viuianus de Iurepatr. p. 2. lib. 6. cap. 1. num.* 210. Quæ licentia debet in actis inseri, vt dicit *Laurent. Tennin. in pract. cautbel. caut. 279. à nu. 1.* quem etiam refert, & sequitur *Carol. de Graffis de eff. cleric. effectu 10. num. 1.*

Et quãuis, nec in causa ciuili clericus possit in Tribunalibus laicalibus testificari, nisi sui Iudicis Ecclesiastici facultas præcesserit, tamen si de facto deponeret sine licentia, nequaquam vitiaretur eius depositio, secundum *glo. Abb. & alios in cap. 1. de Iuram. calum. & in cap. cum nuncius, de testibus vbi Felin. Aufre in tract. de testibus nu. 18. in 4. tom. diuers. fol.* 141. *Diaz in pract. crim. can. cap. 98. nu. 3. Car. de Graff. num. 7. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 43. nu. 5. Farinac. de testibus qu. 61. nu. 85. & Ricci. part. 2. decis. 61.*

Licentia, autem clericis concedi solet ab Episcopo, in causis ciuilibus iuxta *tex. in cap. super prudentia in fi. nu. 14 q. 2. Archid in d. cap. testimonium* 11. *qu.* 1. *Abb. & Felin. in cap. cum nuncius de testibus, & alij.*

Item in causis criminalibus ad defensionem, nisi veniret imponenda pœna talionis, *Felin in cap. de cætero de testibus*, & hoc casu maturo iudicio, & præuia causæ cognitione ab ordinario cõcedenda est talis licentia deponendi ad defensionem rei, vt aduertit *Diaz cit. nu.* 23. Et in Curia Archiep. Neap. concedi solet hæc licentia, dummodo non deponat super articulis continentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam. Imo, vt etiam notat *Genuens. cit. num.* 7. Quandoque D.

Vica

Vicarius videre solet articulos originales, & in calce eorum concedere licentiam designādo propria manu articulos super quibus clericus deponere debet.

In causis, autem, criminalibus contra Reos, non debet, nec potest Iudex Ecclesiasticus licentiam clericis concedere, vt testimonium proferant in tribunalibus laicalibus, vt notat *Diaz loco cit. nu.* 25. cum hoc sit præcipuè clericis interdictum, *glo. in d. cap. testimonium 11. qu.* 1. *& in d. cap. de cætero, de testibus*, quia si ex eius testimonio, mors, vel membri mutilatio fuerit illata; irregulares fiunt, etiam si testificarentur præmissa protestatione, de qua *In cap. Prælatis, de homicid. in 6.* quod non intendunt, vt pæna mortis, vel mutilationis infligatur, *glo. in d. cap testimonium, & Abb. in d. cap. de cætero, & alij communiter vt per Diaz. num.* 21. *Couar. in clem. si furiosus 2. par. relect. §. 5. nu. 5. & Rist dicta par. 2. decis.* 61.

Et licet non fuerit sequuta mors, vel mutilatio ex depositione facta per clericum coram laico, sine sui Episcopi licentia nihilominus, puniendus venit ab Episcopo pro modo culpæ, vt tradit *Diaz. cit. num.* 21.

An autem, ad repulsam possint clerici deponere cum licentia in causis criminalibus, vel ciuilibus in tribunali laicali.

In hoc dubio *Farinac. de testibus quæst. 61. num.* 76. *Carauita super dicto Ritu 144. num. 7. & Genuens. cit. loco num.* 3. distinctione vtuntur, nam, aut testes sunt repullandi, repulsa infamatoria, & tunc non possent super talibus articulis deponere, nec superior benefaceret dando licentiam, aut sunt repullandi alia repulsa non infamatoria, nempe quia testes sunt amici, vel consanguinei alterius partis, aut inimici illius contra quem deposuerunt, & tunc possent deponere cum licentia superioris.

Vtrum vero, possit concedi licentia clerico deponendi in curia seculari super delicto in genere tantum, quādo veniret imponenda pœna sanguinis pro delicto.

Ferdin. Garsia in cons. crim. diuers. 122. videtur affirmare dum ait, posse clericum testificari super recognitione hominis, cum sit actus remotus à maleficio.

Contrarium tamen est dicendum, non posse concedi, licen-

licentiam prædictam, quia probatio delicti ingenere, videtur causa propinqua, non remota mortis, & sic fuit resolutum in facti contingentia in Cur. Arch Neap. vt fatetur *Genuens. dicto c. 43. nu. 2. & tradit Farinac. de testibus dicta q 61. nu. 73.*

Sed, an clericus possit deponere coram alio Iudice Ecclesiastico non suo, absque licentia.

Negat *Bal. in cap. 1. de iuram. calum.* quem etiam refert, & sequitur *Ricc. dicta p. 2 decis. 61. nu. 3* licet valeat eius depositio, si de facto deponeret absque licentia cum nullibi reperiatur dispositũ, vt annulletur attestatio, *Crotus in tract. de testibus num. 178. Guido. Papa decis. 65. & Tuscus in conclus. litera C. nu. 95.*

VIGESIMOPRIMO. Prohibetur clericis in sacris, vel in minoribus beneficium Ecclesiasticũ habē-
55 tibus, exercere officiũ procuratoris, vel aduocati coram iudice laico, in secularibus negotijs nisi propriam causam, vel eorum Ecclesiæ prosequantur, vel ex necessitate pro personis coniunctis, atq; miserabilibus, *cap. 1. & ibi glo & Abb. & cap. fin. de postulando, & cap. 1. & ibi gl. ne cler. vel Monac. & Nald. verb. clericus num. 36.* alias p.m. & possent mulctari ab Episcopo, *Nauar. cons. 2. de postulan. & alij apud Viuian. de Iurepatr. par 2. lib. 6. cap. 1. num. 212* possent tamen quandoq; in vna tantũ causa aduocare quia iura, quæ hoc prohibent sunt intelligenda quando indifferēter hæc officia exercere volunt secus in vna tantum causa, quia ex vno negotio quis non dicitur negotiator. Ita post alios *Megala in Promptuario verbo aduocatus num. 9.* Et quamuis clerici non possint esse procuratores, tamen, si de facto essent procuratores, gesta per eos vti tales, essent valida, si de hoc non opponeretur. *Abb. in cap. sacerdotibus, nu. 3. ne cler. vel Monac. & alij apud Car de Graffis effect. 11.*

Prohibitio tamen prædicta, non procedit in Curia Romana nec in Curijs Ecclesiasticis, vt per *Redoan. de spolijs qu. 2. num. 22. Viuian. loco cit. n. 212. & Nald. dicto verbo clericus nu. 36.*

In capitalibus, autem, causis in secularibus tribunalibus, nec aduocati, nec procuratores esse possunt clerici, alias si inde sequatur mors, vel membri mutilatio, efficiun-

efficiuntur irregulares *cap. aliquantos* 51. *distinct. & ibi glo. & Doctor. Maiol. de irregular. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. *Siluest. in summa verbo homicidium* 3. *vers. secundo quaeritur, & alij*.

Nec ab irregularitate excusarentur, etiam si expresse fuerint protestati, quod minime intendunt, vt poena mortis, vel membri mutilationis infligatur. *Io. de Imola in cap. postulasti, de homicid. Diaz in pract. crim. canon. c.* 98. *nu.* 19. *& alij communiter* vt testatur *Couarr. in clem. si furiosus* 2. *part. relect. §.* 5. *de homicid.*

Et licet nulla sequatur mors, vel membri mutilatio, in causis praedictis capitalibus, & proinde clericus aduocati, vel procuratoris munere fungens, nullam contrahat irregularitatem, poterit tamen à suo ordinario grauiter puniri pro facti qualitate, cum huiusmodi munera sint clericis interdicta, vt dictum est, & tradit *Diaz. loco cit. nu.* 20.

An autem clerici in fauorem Rei valeant aduocationis munus exercere in dictis causis.

Hostiens. in cap. 1. *de postulando, ait* quod licet aliquando accusati defensio permissa sit clericis, *cap. reos.* 23. *quaest.* 5. *cap. inter alia, de Imm. Eccles.* tamen ab ea abstineri hortatur, quia contingere potest, quod ipsorum culpa negligentia, vel imperitia, accusatus damnetur.

Alij vero censent, minime esse clericis, concessum, etiã in fauorẽ Rei aduocati munus exercere *glo. & Archid. in dicto cap. aliquantos. Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta vers item si quis, & in titulo de Aduocato* 9. *obijcitur vers. in causa autem*, & alij quos refert *Diaz. d. cap.* 98. *num.* 20.

Verum vero. Clerici in minoribus ordinibus, & beneficia Ecclesiastica non habentes possint exercere officiũ aduocati in causis secularibus, in quibus non agitur de poena sanguinis, etiam coram Iudice seculari.

Affirmant; *Megala in Promptuario, verbo Aduocatus num.* 6. *cum tex. in dicto cap.* 1. *de postulando* hoc tantũ prohibeat clericis in sacris, & illis, qui sunt in minoribus si beneficium Ecclesiasticum habeãt vt *per glo. in d. cap.* 1. secus autem esset in causis criminalibus.

An autem clerici, etiã in sacris prohibeãtur in Camera consilia dare, allegationes

pro

pro causis defendendis conficere, & ad iudices trasmittere.

Affirmat post alios, *Megala in Promptuario verb. aduocatus num. 10.* quia prohibitus aduocare, non censetur prohibitus prædicta facere, quatenus à diuinis non impediantur, & debet intelligi in causis ciuilibus.

56 VIGESIMOSECVNDO prohibentur clerici se immiscere causæ sanguinis, similiter dictare, consulere, vel proferre sententiam sanguinis *cap. clericis, & cap. sententiam, ne cler. vel monaci*, alias morte ex inde sequuta fiunt etiam irregulares. Ita *Io. And. & Marian. in dicto cap. sententiam, & ibi Abb. n. 13. & Say l. 6. cap. 18. num. 2.* An autem, hoc recipiat aliquas limitationes, dicemus infra *par. 6. n. 89.*

57 VIGESIMOTERTIO Prohibitum est clericis exercere officium tabellionatus *c. sicut te, ne cler. vel monac. vbi Abb cap. vt of. officium, §. ad conscribendas de Hæretic. in 6. Decius in c. decernimus nu. 144. de Iudæis Iac. de Graff. decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 17. Couar. pract. q. c. 19. nu 8. & alij.*

In tantum, quod neque vbi adesset consuetudo posset clericus officium notariatus exercere, & instrumenta conficere, secundum *Abb. in dicto c. sicut*, quidquid aliqui dicant, quia talis consuetudo esset contra honestatem Ecclesiæ, & per consequens nulla, & allegat *tex. in c. cum ab omni, & c. cum decorem, de vita, & Honest Cler.*

An autem, si de facto reperiretur, quod clericus notarius fecisset aliquod instrumentum, sit validum?

Pedericus de Senis Cons. 270. nu. 3. censet, quod licet clericus malefaciat, si exercet officium notariatus, tamen valet instrumentum, nisi, secundum *Abb. in dicto c. sicut nu. 9.* fuisset ei publice interdictum, ne instrumenta faceret, & hoc peruenisset ad populi notitiam, quia tunc post inhibitionem essent nulla instrumenta.

Et, Quamuis instrumenta vt supra facta à clerico notario essent valida, secundum prædictos nihilominus huiusmodi clericus peccaret mortaliter propter inobedientiã, secundum *Graff decis aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu 17.* & posset etiam à suo Iudice competenti puniri *Io. And. in d. c. sicut. Decius cons 17 n. 2. Ias. in l. 1. § huius studij nu. 9 ff. de iustitia, et iure, & alij apud*

Car. de Graff. eff. 8. num. 8. Quamuis *Megala in Promptuario tom. 1. verbo clericus nu. 12.* censeat peccare venialiter tantum ob in decentiam, non autem ob transgressionē canonis hoc prohibentis in dicto *c. sicut te.* ex eo, quia, cum ibi sit apposita pœna temporalis scilicet subtractiones fructuum non obligat ad eternam. Vt per eum.

Sed Quid si instrumentum esset in fauorem Ecclesiæ, an possit clericus eo casu legitime exercere officium notariatus.

Affirmant *Add. ad Abb in dicto c. sicut*, Quod cum distinctione admittit *Car. de Graffis cit. loco nu.* 22. scilicet aut ille, qui facit instrumentum est vere tabellio, & clericus, & tunc valere instrumentum propria causa, aut non est tabellio, & tunc non valere.

Pœna autem amissionis beneficiorum est præcipue infligenda clericis constitutis in sacris, exercentibus officium prædictum, *iux. tex. in dicto cap. sicut te* vltra pœnam arbitrio iudicis imponēdam, vt per *Alex. in l. Praetor ff de edendo num. 4.*

Quo ad clericos vero in minoribus, qui Ecclesiastica beneficia non habent, tenet *Couar loco cit. num. 8.* quod possent hoc officium tabellionatus exercere dummodo illud non exerceant in causis criminalibus. Nam alioquin clericatum amitterent, vt per *Maiolum de Irregular. lib. 2. cap 6. nu. 5. Car. de Graffis d. eff 8. num. 11. Diaz in praxi crim. can. cap. 57. num. 7. & Megala in dicto Promptuario verbo clericus nu. 12.*

Prædicta tamen non procedunt in clerico Notario constituto à Summo Pontifice, qui per totum orbem potest conficere instrumenta, *cap. quędam 5. qu. 1. c. cuncta per mundum, & cap per principalem. 9 quæst. 3. & per Car. de Graffis nu. 26. & Megal. in dicto Promptuario, verb. clericus nu. 12.*

A quo Notario dum conficitur instrumentum non requiritur in eo descriptio Iudicis ad contractus, neque testium, sed satis est, quod scribantur eorum nomina ab ipso notario, prout erat de iure communi, iuxta *tex. in auth. de instrum. caut. & fide § sed si instrumenta, & tradunt Afflict. & Vrsil. decis. 245.*

Verum autem valeat notarius Apost. conficere in regno instrum. in causis, etiam

pro-

prophanis. vide *Card. Zabarell. & Anchar. in cap. fin. ne clerici, ne cler. vel monac. Afflict. in const. regni instrumentorum nu.* 23. *Ant. de Butrio, & Felin. in cap. fin. de fide instrum. Genuens. in praxi c.* 85. *sub tit. de causis delegatis & D. Riec. p.* 1. *dec.* 125.

VIGESIMOQVARTO Prohibitum est clericis dignitatem, vel personatum habentibus, & Presbyteris etiam carentibus dignitate, personatu, vel beneficiis audire leges, vel medicinam sub pœna excommuni-
58 cationis, si infra duos mēses non destiterint *c. superspecula, ne clerici, vel monachi*; non tamen intelliguntur in dicta prohibitione habentes priuatim in camera lectores legum, secundum *Cald. consil. fin. num.* 7. *de magist. & Anch. d. cap. superspecula numer* 4. *Tolet. in summa lib.* 1. *c.* 38. *n.* 7. *& Feliue. to.* 1. *tract.* 14. *de cēs. c.* 7. *q.* 3. *n.* 107. Nec illi qui student priuatim legibus inquantum conducunt, vel cōducere possunt ad canonum notitiam, *Io. And. & Hostien. in d. cap. superspecula*, & alij; apud *Car. Marant. par.* 2. *Respons.* 20. tamen in foro fori esset presumptio contra eos, vt notat *Tolet. nu.* 7. *in fine*. Ideo ad omne submouendū dubium, obtineri poterit facultas à Summo Pontifice, leges ciuiles audiendi, cum Episcopus hanc concedere non possit. *Nauarr. cons.* 2. *lib.* 3. *ne cler. vel mon. & alij apud Farin. in fragm. crim. lib.* 1. *verb. clericus, num.* 206. neq; prædicti, quibus est hoc prohibitū includerentur sub tali prohibitione, si hoc non frequenter faciant, causa honorandi lectorem, vel amicos, secundum *Abb. in d. c. superspecula nu.* 14. *&* 16. *& Anan. nu.* 3. quos etiam citat, & sequitur *Tolet. d. cap.* 38. *nu.* 8. *& Silu. excom.* 9. *nu.* 27.

Sed dubitatur primo, an diaconi, & subdiaconi com-
59 prehendantur sub dicta constitutione.

Resp. negatiue, licet beneficium tantum habeant, nisi sit personatus, vel dignitas, aut beneficia illa parochialia sint plebaniæ habentes sub se capellas, vt habetur in *cap. primo ne cler. vel mon. in* 6. *ita Sil. verbo excom* 9. *nu.* 22. *Tolet. d. cap.* 38. *nu.* 7. *& Say. l.* 3. *cap.* 32. *num* 9. & quod dicitur de plebania habente tales capellas, est etiam dicendum de plebania collegiata secundum *Gemin in dict. cap. primo*, quem sequitur *Tolet.*

II. Dubitatur, an d. consti-

stitutio comprehendat legentes dictas scientias.

Resp. negatiue cum *Abb. in d. cap. superspecula nu. 16. ne cler. vel mon. & Tolet. l. 1. cap. 38. nu. 7.*

Est tamen aduertendum, quod si Summus Pontifex cum aliquo dispensaret, vt possit ius ciuile audire, censebitur quoque concessisse, vt in eodem iure possit se Doctorari, vt tradit *Carol. de Graffiis effect. 29. nu. 5.* quẽ sequitur, post alios, *Megala in Promptuario verbo clericus nu. 19.*

Quis autem possit absoluere ab excommunicatione prædicta incursa per lapsum duorum mensium *Glo. in dicto c. superspecula, Sayr. de cens. lib. 2. c. 19. Suar. eod. tract. disp. 6. sect. 4. & alij communiter*, censent non esse Papæ reseruatã; ideo Episcopum, aliosq; legitime facultatem habentes, posse ab ea absoluere.

VIGESIMOQVINTO Prohibitum clericis est, suscipere Sacramentum ordinis, omisso Sacramento
60 confirmationis, alias committitur p. mor. secundum *Say. l. 7. cap. 10. num. 42. ex decreto Trid. sess. 23. cap. 4. de refor. Suar. tamen 3. to disp. 38. sect. 1.* putat non esse p. mor. quia concilium non habet verbum quod rigorosum præceptum indicet, vt docent etiam *Sot. in 4. dist. 7. ar. 8. conf. 3. & Nauar. in Manuali cap. 22. num. 9.* non tamen si omittatur incurritur irregularitas, secundum *Say. cit.* cum non sit in iure expressa, quidquid dixerit *Maiol. lib. 4. cap. 12 nu. 9.*

VIGESIMOSEXTO Prohibitum est Sacerdotibus pluries in die celebrare, absque Priuilegio Papæ, *c. sufficit, de consecratione dist. 2. c. consuluisti, & c. te referente de Celebrat. Miss.* vbi dicitur, excepto die Natiuitatis Dominicę (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit
61 Sacerdoti semel in die vnam Missam solummodo celebrare. Vnde esset p. m. contra expressum Ecclesiæ Præceptum in re grauissima bis in vno die celebrare sine necessitate. Et Neap. per Constitutionem Sinodalem anni 1623. est etiam imposita pœna carceris, & suspensionis à celebratione Missarum per triennium contra huius Præcepti transgressores.

Et quamuis Doct. afferant plures casus necessitatis, In quibus, aiunt, licere bis in vno die celebrare. Vt per *Palud. in 4. dist. 12. q. 1. art. 4.*

Nauar.

Nauar. in Man. cap 25. num. 87 Siiu verbo Missa 1. *qu.* 7. *& Victor. de Eucharistia qu.* 95. tamen vt tradunt *Sotus in 4. dist* 13. *q* 2 *ar.* 2. *Gabriel Vasquez tom.* 3. *disp.* 232. *cap.* 5. *nu* 48 *Fagundez lib.* 3. *primi Eccl praecepti cap.* 16. *n.* 12. & refert etiam *Barth. à S. Fausto de Euchar. lib.* 2. *qu.* 118. praedicti casus olim erãt vsu recepti, cum pauci, ac rari essent Sacerdotes, modo vero, fere omnes in desuetudinẽ abierunt ob multitudinem, & copiam Sacerdotum.

62 Sed in die Natalis Dñi lici tũ est tres Missas celebrare, vt patet ex *c. consuluisti*, *& ex cap. nocte sancta, de consecrat. dist.* 1. non tamen adest obligatio celebrandi tres Missas, sed sufficit vna, ex quo nullus tria sacra eo die tenetur audire, sed vnam tantum, vt impleatur Praeceptum. Ita *D Anton* 2. *par. tit.* 9. *cap* 10 *ante* §. 2. *Sylu. Missa* 2 *quaest.* 1. *Nauar. in Man. cap* 71 *nu.* 2. *Azor. l.* 7. *cap* 3. *qu.* 2. *& alij communiter*.

63 An autem, Parochus teneatur eo die Natiuitatis Domini tres Missas celebrare.

Affirmat *Henriq. lib.* 9. *de Missa cap.* 30. *num.* 6. vbi ait, *In solo Natali Domini die Parochus tenetur dicere tres Missas suo ordine, vel Vicarius illius. Alij Sacerdotes possunt tres dicere, sed satis est si vnam dicant*, & ad hanc partem accedit etiam *Vasquez tom.* 3. *disp.* 232. *cap.* 1. *num.* 13. & haec sententia videtur in praxi omnino sequenda, vt illę tres Missae saltem in Parochijs, collegiatis, & Cathedralibus celebrentur, siue ab vno, siue à tribus.

Quamuis alij censeant, Parochum eo die, non teneri, nisi vnam Missa celebrare seclusо, tamen scandalo, & cõtemptu, ea ratione, quia si Parochus tenetur ex officio, etiam secluso scandalo, & contemptu, tria sacrificia eo die offerre, consequenter ẽt ad id obligabuntur alij Sacerdotes non habentes curam animarum, quia fundamentum, ob quod vtrique non tenentur, est, quia nullus tria sacra eo die tenetur audire, sed sufficit, vt vnum tantũm audiatur: igitur si Parochiani non tenẽtur eo die tres Missas audire, nec ẽt tenẽtur Parochi easdẽ tres eodẽ die celebrare, vt p *Nald. verb. Missa, nu.* 15 *& Barth. à Sancto Fausto de Euch. lib.* 2. *qu.* 116. *& alios*.

Verum vero, Parochus celebrando eo die Natiuitatis

tres

tres Missas, teneatur illas applicare pro populo. Collegi potest ex dictis supra *part.* 1. *nu.* 124.

Sed an feria quinta in cœna domini liceat singulis Sacerdotibus priuatim celebrare.

Aliqui docent, solum esse in singulis Ecclesijs, Missam solemnem à Rectore Ecclesię, vel ab eo, qui eius locū tenet celebrandam, in qua alij Sacerdotes cum laicis communicent; ac proinde reliquis Sacerdotibus eo die celebrare non licere, quia ita consuetudine antiquissima Ecclesiæ seruatum est. Ita *Marcellus Francolinus lib. de horis canon. cap.* 30. *nu.* 4. *&* *Azor. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *qu.* 5.

Alij vero tradunt licere omnibus Sacerdotibus die Iouis in cœna domini celebrare ex eo, quia nulla est lex scripta, quæ hoc prohibeat, neq; est vniuersalis consuetudo, quæ vim legis habeat. Ita *Sotus in 4 d.* 13. *qu.* 2. *art.* 2 *ad* 2. *Nauar. in Manuali c.* 25. *nu.* 88. *Rodriquez par.* 1 *summa cap.* 249. *concl.* 3 *Emanuel Sà verbo Missa nu.* 23. *Henriquez lib.* 9. *de Missa cap.* 24. *num.* 3. *Suarez tom.* 3. *disput.* 80. *sect.* 2. *Steph. Fagundez primi Eccl. præcep. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 14. *Reginal. in praxi lib.* 29. *cap* 9. *sect* 4. *nu* 170. *&* *Vasquez to.* 3. *disp.* 232. *cap.* 2 *nu.* 15.

Et quamuis prædicta opinio videatur probabilis, tamen celebrandam esse Missam vnam tantum in feria quinta in cœna Domini, decreuit sacra rituum congregatio, vt patet ex decreto, quod extat inter constitutione, & decreta Diœcesanæ Synodi Neapoli celebratæ anno 1627 ab Eminentiss. & Reuerendiss. D. D. Francisco Cardinali Boncompagno Vigilantissimo Archiepiscopo Neap. ac viro animi celsitudine, liberalitate, beneficentia, ac pietate ornato, omniumq; scientiarum peritissimo, cuius tenor est, vt sequitur.

Decreuit Sacra Rituum Romana Congregatio, celebrandam esse Missam vnam tantum In feria quinta in cœna Domini, in qua Sacerdotes, & alij communicent: in feria quoq; sexta sequenti si in eam incidit festum Annunciat. B. M. V. non teneri fideles eo die audire Missam, neq; debet eo die distribui sacra Synaxis. Cum autem in Ciuitate nostra Neapol. prædicta feria quinta sit festum de consuetudine, neq; commode possint omnes inte-

interesse prædicta vni Missæ, toleramus posse celebrari eo die quatuor Missas priuatas non vltra, vnam post aliam ante Missam solemnem, in ijs nimirum Ecclesijs ad quas populorum magnus solet esse concursus.

Feria sexta Parasceues, est communis omnium sententia, nec publice, nec secrete licere Sacerdotibus celebrare, quia Ecclesiastico iure, & vniuersali, & antiquissima consuetudine id est omnino prohibitum, *cap. Sabbato, de consecrat. dist.* 13. *& ibi glo.* huius consuetudinis rationem reddit *S. Thomas 3. par. qu. 83 art. 2. ad 2. Quia illa die Passio Domini recolitur pro vt realiter gesta est, & ideo non repræsentatur mystice per consecrationem huius Sacramenti*, & per *Durand. in Rationali diuin. offic lib. 6. cap. 77. nu.* 32. si quis autem celebraret p. mor. quia facit contra receptã consuetudinem, quæ vim legis habet *S. Thomas loco cit. & alij communiter*, Immo addit *Maiolus lib. 3 de Irregul cap. 24. n. 6.* si quis illa die temere conficeret, non careret scrupolo Schismatis, quod ab vniuersali Ecclesiæ ritu se se abscindat, ne c careret suspicione hæresis, quod in tempore parasceues non conueniret cũ fide Romanæ Ecclesiæ.

An autem Sabbato Sancto liceat omnibus Sacerdotibus Missam priuatim celebrare.

Quidam affirmant, licere, præsertim ab ea hora, in qua incipit, vel incipere potest solemne, & Paschale Missæ sacrificium. Quorum opinionem probabilem dicit, *Suar. to. 3 disp 80 sect. 2.* qui tamen sic subdit, *non consulerem vsum illius, nisi in aliquo casu cum causa, vel occasione rationabili, & scandalum omne diligenter vitando*, & addit *Azor. p. 1. lib. 10. c. 24. q. 4.* & cum facultate Superioris.

Alij vero docent, esse p. m. Missam priuatim celebrare, præter vnam publicam, & solemnem, quę in singulis Ecclesijs circa meridiem celebrari solet, quia eodem iure quo prohibitum est celebrare feria sexta in parasceues, prohibetur etiam, ne in Sabbato Sancto celebretur, *cap. Sabbato, de consecrat. dist.* 3. ita *Nauar. in Manuali cap.* 25. *nu.* 88. *Reginald. in praxi lib. 29. cap 9. sect. 4. Henriqu. lib 9. de Missa cap. 24. num. 3. Marcellus Francolinus de hor. canon. cap.* 30. *nu.* 8. *cum Tolet. lib. 2 cap 3.* Quorum sententia in praxi est probabilior,

bilior, propter vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem.

VIGESIMOSEPTIMO Prohibitū est Sacerdotibus celebrare ante aurorā, vel post meridiē; ita defi-
64 nitur in Rubricis generalibus Missalis Pij V. & vniuersali Ecclesię consuetudine introductum est, ita vt nemo audeat sine Apostolicæ Sedis Priuilegio, Missas, post meridiem celebrare, alias celebrando ante auroram, vel post meridiem p.m. *Silu verbo Missa 1. qu. 6. Nauar. in Manuali cap. 25. nu. 85. Tolet. lib. 2 cap. 1. nu. 4. Azor. p. 1. lib 10. cap. 25. qu. 1.* & alij communiter.

An autem possint Episcopi in aliquo particulari casu, ex rationabili causa dispensare, vt hora ante auroram, vel hora post meridiem Missa celebretur. Vide *Suar. to. 3. disp. 80. sect. 4. dicto 2. Vasquez tom. 3. disp. 232. cap. 3. nu. 28. Rodriquez to. 1. quæst. regular. q. 43. art. 3. Reginald. in praxi lib. 29. cap. 9. sect. 4. Emanuel Sà verbo Missa, & Tolet. lib. 2. cap. 1.*

Pœna autē Sacerdotis, qui sine Priuilegio Apostolico celebraret vespertino tempore, est perpetuæ suspensionis à diuinis Præter p.m. ex *Constit. Py V.* Romæ publicata 29 Martij 1566. vt per *Rodriq. in summ par. 1. cap. 250. conclus. 3. & Gauante in Manuali Episc. verbo Missa nu. 26.*

Verum vero excusetur Sacerdos, qui hora cōgrua inciperet Missam, & hora vetita .i. post meridiem compleret.

Doct. relati per *Sfortiā de sacrific. Missa lib. 2. cap. 15. n. 3. & Rodriq. quæst. regul. to. 1. quæst. 43. art. 1.* excusari censent, quia spectatur initiū quo celebratur.

65 Hæc tamen prohibitio cessat in nocte Natiuitatis D. N. Iesu Christi, in qua licitū est celebrare media nocte *cap. nocte sancta de consecrat. dist. 1.* Quod certum est quo ad primam Missam.

66 An autem, idem sit de secunda, & tertia Missa.

Nonnulli existimant in Missis solemnibus esse obseruandum, vt prima Missa dicatur post mediam noctē, secunda in aurora, tertia in plena luce, in Missis tamen priuatis hoc non esse necessarium sub præcepto, sed absoluta legitime prima Missa, posse secundā, & tertiam inchoari, q̄a nulla circa hoc reperitur in iure expressa prohibitio. Ita *Rodriq. 1. par. c. 249. n. 5. Reginal to. 2. lib. 29. nu. 174. Suar. to. 3. disput. 80. sect.*

sect.4.Conineb.qu. 83. art. 2. dub. 4. num. 117 Barth à S. Fausto de Euch lib.2.qu 125. Molfes. tom 1. tract.3. c. 10. n.22 & Layman. lib.4. tract. 5.c.4.nu.2.

Alij verò communiter docent, tam in Missis solemnibus, quam priuatis, solam primam Missam posse noctu celebrari; secundam vero in aurora; tertiam clara luce. Ratio est, quia Platina in vita Telesphori Papę refert ipsum hoc modo celebrandas esse, statuisse. Et in Rubricis Missalis dicitur *vt prima Missa in nocte, secunda in aurora, tertia in die celebretur*. Et vniuersalis Ecclesiæ consuetudo habet, vt etiam in Missis priuatis secunda Missa in aurora, tertia post auroram celebretur. Ideo qui omnes tres ante auroram celebraret p. m. quia faceret contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem, quæ interpretatur, dispensationem iuris communis, quo prohibetur in nocte missas celebrari, restringendā esse ad primam Missam. ita *glo. in dicto cap. nocte de consecr dist.1.& in c.consuluisti, de celebrat. Miss. Angel verbo Missa quæst.46. Silu. Missa 1.qu.7 Tabiena verb. Missa q 4.nu.5. Nauar. in Man.cap.25.num. 87. Guglielmus Durandus in Rationali diuinorum officior lib 4. cap.1.nu.21. Henriq.lib.9.de Missa cap 24 nu 5 Tolet.lib. 2.cap.1.nu.4. Card. Bellarm. to.3.lib 2.de Missa cap 14.§. de hora celebrandi, cum D. Tho.3 p.qu.83 art.2 ad 2. & alij.*

ET non solum est prohibitum Sacerdotibus celebrare ante auroram, vel post meridiem vt dictum est. Sed etiam extra Ecclesiam consecratam, vel benedictam *cap. nullus presbiter, de consecr dist. 1.* alias p. m. cum sit trasgressio Præcepti Ecclesiastici in re graui. Ita *Azor. par.1.lib.10 cap.26.q.8. Suarez tom 3.in 3.par.disput.81. sect.3. Tolet. lib.2.cap.2. cum* alijs post *S. Thom. 3. par.qu. 83.ar.3.ad 2 & 4 d.13. qu.1. ar.2.quæstiun 5.*

Sed an quandoq; liceat Sacerdotibus cum licētia Episcopi in aliqua necessitate vrgenti extra Ecclesiam celebrare, vt signanter posset occurrere, si in die alicuius festiuitatis, Ecclesia, populum non capiat.

Affirmāt Doctores, licere de iure communi de licentia Episcopi in necessitate celebrare sub dio, ante fores Ecclesiæ, cum altari portatili, *cap. Missarum, & c. concedimus,*

mus, de consecrat. dist. 1 *ita glo. in cap* 2. *de consecrat. ead. dist.* 1. *S. Thom* 3 *par. qu.* 83. *art.* 3 *ad* 1. *&* 2 *Nauarr. in Manual. cap.* 25. *n.* 82. *Eman. Sa verbo Missa nu.* 20. *Suarez to.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. *Nald. in summa verbo Missa, n.* 32. *& alij*.

Casus autem necessitatis referuntur in dictis sacris canonibus, & per *Vasquez to.* 3. *disp.* 233 *cap.* 1. *nu* 4. *Henriq. lib.* 9. *de Missa cap* 27. *nu.* 2 *Sot.* 4. *d.* 13 *qu.* 2. *ad* 3. *Nauar. dicto c.* 25. *nu.* 82. *& Suar. loco cit.*

Neque facultatem prædictam fuisse reuocatam per decretum *S.C.T. sess* 22. *de obseru. & Euitandus in Celebr. Miss.* docent *Nauar. dicto nu.* 82. *Durand. de Ritib. Eccles Cath lib.* 2. *c* 6. *num.* 8. *Graff p.* 1. *decis lib.* 2. *cap* 42. *nu.* 8 *Suar. dicta disp.* 81. *Reginal. in praxi lib.* 29. *cap.* 9. *sect.* 5 *nu* 176. Quamuis *Tolet. lib.* 2. *cap.* 2. aliter sentiat.

Vtrum vero possint Sacerdotes celebrare de licentia Episcopi in oratorijs, in priuatis domibus.

Et breuiter dicendum est, ante Concilium Trid. de iure communi, licitum fuisse, vt tradunt *Doct. citati*. Sed post concilium, vt declarauit Sacra Congregatio, non posse sed petenda est licentia à Sede Apostolica celebrandi in priuatis domibus, vt per *Nald. in summa verbo Missa nu.* 31 *Gauantus in Manual. Episc. eod. verb. Missa nu.* 18. *& alios*.

VIGESIMOOCTAVO, Prohibitum est Sacerdotibus celebrare capite cooperto, *cap. nullus, de conse-*
67 *crat. distin.* 1. vbi dicitur *Nullus Episcopus, presbiter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite altari Dei assistere, quoniam, & Apostolus prohibet viros velato capite orare in Ecclesia* 1. *Corinth.* 11. *& qui temere præsumpserit, communione priuetur.* Quare Doctores ex tam graui pœna, inferunt transgressionem huius præcepti esse p.m. nisi ex aliqua rationabili causa excusetur. Ita *Azor par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *q.* 16. *Suar.* 3 *to. disp* 82. *sect.* 3. *Siluest verbo Missa qu.* 2. *Reginald. in praxi lib.* 29 *cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 162. *& alij communiter*.

An autẽ ex rationabili causa liceat Sacerdoti celebrare velato capite, absq; licentia.

Suarez loco cit. dicit, quod hoc fieri non potest, per se

se loquendo ; sine peccato absque dispensatione, quæ in cæremoniali Romano exigi videtur. Nihilominus tamen, censet si grauis necessitas, aut infirmitas id exigeret, nec posset tam facile dispensatio postulari, quod id fieri posset sine graui culpa, maxime quando talis necessitas, & celebrandi modus non est continuus, sed solũ semel, aut iterum occurrit, & idem sentit *Reginald. in praxi loco cit. num.* 162. alij vero præcipue, *Nauar. lib 3. consil 7 de celebr. Miss. nu. 6. dicto* 2. alia tradunt, vt per eos.

Ex communi tamen Doct. sententia requiritur, vt Sacerdos possit capite cooperto cum pileolo, sine vllo peccato celebrare, vt id faciat ex rationabili causa, & cum dispẽsatione Papæ, nam vsus pileoli in missa, etiam extra canonem concedi debet à Papa, & non ab alio, dum enim *tex. in dicto cap. nullus*, prohibet Episcopo velato capite celebrare, ergo nec secum, nec cum alijs dispensare potest.

Vnde Sacra Congregat. Eminentiss. Card. super negotia Episc. *11. Ianuarij* 1590. *&* 17. *Ianuar.* 1595. concessit extra canonem vsum pileoli Episcopo Fauentino, & respondit Archiep. Vrbinati, eo non posse vti sine licentia Sedis Apostolicæ, & idẽ postea sẽsit Sacra Rituũ Cõgr. die 31. Ianuarij 1626. vt refert *Barth. Gauantus in suis comment in Rubric. Missalis tit. 1. nu. 28.*

68 Posset autem celebrans distribuere candelas, cineres, & palmas cum pileolo, vt eadem Sacra Congreg. *18.* Iulij *1626.* censuit, vt Idem *Gauantus* fatetur.

VIGESIMONONO Prohibitũ est Sacerdoti celebrare absq; vllo ministro saltem vno, secundum communem sententiam.

Sed dubitatur primo, an in casu necessitatis celebrãdi possit Sacerdos licite celebrare sine ministro, ita vt
69 ipse respondeat, & inseruiat, dum nullum habet ministrum.

Affirmat *glo. in c. hoc quoq; de consecrat. dist. 1. Durand. l. 2. de ritibus c. 15. Azor l 10. inst. mor. c. 29. q. 3. & Soto dist. 13. quæst. 2. ar. 5. ad 12.* qui hoc admittit in aliquo vrgenti casu necessitatis, vt si esset dies festus, & non posset Sacerdos missam audire, nec socium sibi ministrantem habere.

Distinguit tamen *Suar. 3. to. disp. 87. sect. 1. aut.* n. quis

esset eremita, & viueret sine socio, tunc existimat non posse licite ita celebrare sine dispẽsatione Papæ, nec quotidie, nec diebus festis, cum hæc dici non possit proprie necessitas, sed voluntas; si vero necessitas fortuito, & casu accidat, tunc probabile existimat, hoc fieri posse ex interpretatiua licentia Papæ cũ præceptũ in consuetudine Ecclesiastica fundetur cõsultius tamen esset non celebrare propter necessitatem cuiuscunque festi, sed propter magnæ solemnitatis festum; Et multo magis inquit, hoc licere propter periculum mortis alterius ad dandum illi viaticum. Aliter tamen videtur in praxi obseruari cum vix dari possit necessitas ob copiam ministrorum.

II. Dubitatur, si hoc casu necessitatis haberet fæminam adiutricem an possit licite celebrare cum fæmina ministrante.

70 Dico nequaquam debere tunc celebrare, cum sit expresse prohibitum sacrificare cum fæmina ministrante, vt patet *in cap. primo, de cohab. cler. & mul. vbi Doct.* & sit valde indecens, & magis vitandum, ita *Suar. 3 tomo disp. 87 sect. 1.*

TRIGESIMO prohibetur clericis dare Sacramentum Eucharistiæ existenti in peccato mor. tenentur

71 enim non dare Sanctum canibus, ita *D. Thom. 3. par. quæst. 80. ar. 6. Alexan. Alens. 3. par. quæst. 48. Sil. verbo Eucharistia 3. numer. 7.* & alij; alias ex genere suo pecc. mortal.

Sed dubitatur I. an hoc Sacramentum semper sit ne-

72 gandum huiusmodi peccatori.

Resp. & dico primo, si peccator sit publicus, est illi negandum siue publice, siue occulte petat, quia non habet ius petenti illud, & eius status manifestus est, & alioquin ius diuinum petit vt ipsi non detur, nec negando sequitur infamia, vel scandalum, ita *D. Th. 3. p. q. 80 ar. 6. Suar. 3. tomo disp. 67 sect. 2. Victor. q. 80. de Sacr.* & alij, cum quibus nouissime consentit *Barth. à S. Fausto de de Euch. lib. 1 q. 277.*

Dico secundo, si peccator sit occultus, & occulte petat, est etiam illi negandum ratione supradicta, *Valentia 4. tomo disp. 6. q. 8. punct. 3.* & communiter theologi.

Dico tertio, si peccator sit occultus, & publice petat non potest illud ei denegari sine

sine graui peccato, quia diffamaretur, cum peccatum eius occultum sit, & sic colligitur ex *c. si tantum, c. placuit 6. q. 2. & c. si sacerdos de off. ord. Ita D. Th. 3. p. q. 80. ar. 6. Valen. cit. loco, & alij communiter*.

73 II. Dubitatur, quis dicatur publicus, vel occultus peccator in hac materia.

Nonnulli absolute docent, vt hoc Sacramentum negari possit peccatori publico, necessariũ esse, vt peccator sit publicus, vel iuridice, vel tam publica notitia facti, vt nulla tergiuersatione celari possit.

Suar. vero 3. tomo disp. 67. sect. 5. aliter existimat distinguendum, nam peccator potest dici publicus, vel absolute, vt modo diximus, vel respectiue .i. si petat in præsentia eorum, qui sciunt illius delictum, quod alias est occultum.

Primo igitur existimat, vt negari possit hoc Sacramentum, sufficere, vt eius peccatum sit publicum illis, in quorum præsentia illud petitur, nam hæc notitia sufficit, vt possit negari sine infamia, vel scandalo.

Secundo dicit, si omnes, vel aliqui eorum in quorum præsentia peccator petit hoc Sacramentum ignorant illius delictum, negari nõ posse, nisi alias eis delictum sit publicum per iuris, vel facti euidentiam, quæ illi equiualeat, & ita intelligitur doctrina *D. Th. & communis*. Nam hoc casu negari non potest sine scandalo, aut infamiæ periculo.

Denique tertio, ait, si delictum sit publicum, vt diximus euidentia iuris, vel facti sufficere, vt negari possit hoc Sacramentum, licet peccatũ non sit notum illis, in quorũ præsentia Sacramentum petitur, nam talis peccator per illam publicam notitiam amisit ius petendi illud, publice, & in foro Ecclesiæ, & per accidens est. quod illi, qui adsunt ignorent illud peccatum.

III. dub. an Sacerdos possit negare hoc Sacramentum

74 peccatori cuius peccatum per confessionem solum cognouit, si petat tam occulte, vt nullus alius sit præsens.

Negat *Palud in 4. dist. 9. qu. 4. consil. 3. D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 12. § 2. Sil. Eucharistia 3. qu. 5. Nauar. in Manuali cap. 21. nu. 56. & Valentia 4. tomo disput. 6. qu. 8. puncto 3.* qui dicit, non licere Eucharistiam hoc casu negare, saltem cum petit à pro-

prio.

prio pastore,& eo tempore, quo proprius pastor eam administrare subditis tenetur. Ratio huius sententiæ potest esse, quia confessor non solum tenetur non reuelare alijs peccatum, quod in confessione audiuit,sed etiam tenetur non loqui, exprobare, aut obijcere extra confessionem pœnitenti illius peccatum in confessione auditum, igitur sicut tenetur coram alijs ei non negare Eucharistiam, quia tunc ipsis reuelaret eius peccatum; ita quoque tenetur non negare, licet solus sit, & occulte petat, quia tunc saltem facto ipso, obijceret ipsi pœnitenti extra confessionem crimen cognitum in confessione.

Alij vero affirmant, ita *D.Th.in 4.dist.9.qu.*1. *art.*5. *quæstiune* 1.vbi *Durand.*omnes in hoc concordare, profitetur, eandemque sententiam docent *Alex. Alens.* 4. *par.qu.*11.*art.* 3. §. 1. *Angel. verbo Euchar.*3.§.2. *Tabiena Communio* §. 52. *Victoria in summa qu.*80. & hæc opinio est probabilior quam sequitur etiam *Suar.* 3. *tomo disp.* 77.*sect.* 4. fundamentum huius sententiæ est, quia hoc casu negare communionem peccatori est actus consentaneus potestati clauium; nec est reuelatio sigilli, nam non est necesse vt Sacerdos directè ipsi obijciat peccatū confessum, aut illud reuocet in memoriam eum illud possit negare nulla alia ratione; nisi quia tunc commode nō potest, nec inde sequitur infamia,vel scandalum, cum nullus alius sit præsens, nec fit iniuria pœnitenti, quia nullum habet ius ad petendum occultè Sacramentum.

Nec obstat quod illa videatur quædam virtualis obiurgatio, eò quòd quamuis Sacerdos caussam non exprimat, tamen moraliter loquendo ipse pænitens satis eam intelligit.Quia vt inquit *Suar.* hoc consistit potius in pœnitentis discursu,quam in Sacerdotis actione.

Quando autem ex tali negatione ei qui petit communionem aliqua oriretur suspicio, quod propter peccatum auditum in confessione ei negatur communio, non posset sacerdos expellere huiusmodi peccatorem occultum, ex sola confessione notum, vt tradunt *Valentia to.4.disp 36.q.8 p 3.Conimb. qu.*80 *art.6. Sanch lib.3.de matr.disput.36.nu.*14. *Barth. à S.Fautto de Euchar. lib.* 1. *qu.*284.*& alij.*

TRI-

TRIGESIMOPRIMO. Prohibetur ministris Sacramentorum dare Sacramẽtum Eucharistiæ laicis sub vtraq; specie, vt patet ex vsu quotidiano Ecclesiæ, qui cõmunis vsus habet vim præ-
75 cepti, & colligitur expresse ex *Concil Constan. session.* 13. *Ephesino. de anno* 433. *& Basiliensi sess.* 30. vbi statuitur, laudabilem consuetudinem communicandi sub vna tantum specie diutissime obseruatam, pro lege habendam esse, nec alicui licere eam immutare, absque auctoritate Ecclesiæ. Et deniq; patet ex *Sac. Conc Trid. sess* 21. *cap* 2. *& can.* 2. trasgressio propterea esset p. m. cum sit contra approbatam Ecclesiæ consuetudinẽ, quam esse pro precepto habendam satis indicat Conc. Trid. cit, eamque in re, graui, iusta de causa, sanctẽq; institutam.

Sed dubitatur, an possint ministrare hoc Sacramentũ
76 sub specie vini existenti in articulo mortis, si non posset deglutire Eucharistiam sub specie panis.

Negatiue, cum huiusmodi casus sit moraliter impossibilis, nam qui potest traijcere species vini, poterit etiam deglutire minimam hostiam immissam vino non consecrato, & licet admitteretur huiusmodi casus, esset rarissimus, & solum propter illũ non esset danda huiusmodi licẽtia, ne detur occasio ampliandi illam, ita *Suar.* 3. *tomo disp.* 71. *sect.* 3.

TRIGESIMOSECVNDO Prohibitum est clericis
77 disponere, tam de bonis Ecclesiasticis, seu ex fructibus Ecclesiasticis acquisitis, quã de bonis patrimonialibus in quoscumq; illegitimos, siue suos, siue extraneos, siue in illorum coniuges, siue ipsorũ parentes, aut alios cognatos & contraueniendo, nullum esset eorum testamentũ donatio, legatum, & dispositio ex *Constitutione Pij V.* quæ incipit; quæ ordinis, & ex alia *constit. eiusdem*, quæ incipit. *Ad Romanum Pontificem*. Quas refert *Quaranta in summa Bullar. verbo illegitimi, & per Rotam p.* 2. *diuers. decis.* 214. *D Ricc. par.* 4 *decis.* 327. *& Carolum Maranta Episc. Iuuenacen. controuers. iuris respons.* 31. *&* 32 *p.* 2.

78 An autem comprehendã tur in dicta constitutione illegitimi si essent legitimati.

Vidẽtur comprehendi pro vt in dicta constitutione habetur, quamuis *Nauar. cons.* 5. *de testamentis nu.* 6 quem refert *Quaranta in summa Bullar.*

Bullar. in appendice ad verb. illegitimi, asserat, quod reuocatio, quæ fit per constitutionem prædictam non extendatur ad priuilegia, seu indulta concessa ab imperatore, Regibus, & regalia iura habentibus filijs clericorum, quo ad facultatem capacitatis succedendi circa temporalia, extra tamen dominium temporale Papæ.

79 Sed an ex dispositione dictæ Bullæ prohibeantur, etiã laici disponere in illegitimos.

Et dicendum est, non prohiberi laicum vigore priuilegiorum disponere in illegitimos de bonis mere patrimonialibus, & laicalibus nullam habentibus mixturam cum bonis ab Ecclesia profectis, cum bulla comprehendat solum clericos disponentes de bonis, ne dum quæsitis ex fructibus beneficiorum, sed etiam de bonis patrimonialibus; item, & laicos quando disponerent de bonis ab Ecclesia profectis, vt sunt emphiteusis, & feuda Ecclesiastica, & bona quæsita ex pensionibus, quas laici ex priuilegio aliquando obtinent, & ita fuit resolutum *per Rotam Rom. in Perusin. bonorum 29. Octobris 1584. p. 2. in nouiss. decis. 214.*

80 Quid autem dicendum sit de clericis coniugatis, vel de clericis secularibus in minoribus constitutis, nullum obtinentibus beneficium Ecclesiasticum, an comprehendantur sub dicta constitutione, quo ad bona patrimonialia, vel alia quæcumq; non tamen ex beneficijs pensionibus, vel alijs rebus Ecclesiasticis ab ipsis confecta.

Et non comprehendi videtur asserere *Rot. part. 1. in nouiss. d. 487.*

81 Sed dubitatur, an constitutione prædicta non obstante, clerici in sacris constituti, vel obtinentes beneficia Ecclesiastica, possint (omni dolo, & fraude cessante) in suos, vel alienos spurios pauperes, & bonæ conditionis, & famæ disponere ex causa alimẽtorum, vel dotis, quæ succedit loco alimentorum, iuxta æquitatem canonicam, & iuris communis dispositionem contentam in *c. cum haberet. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adult.*

Affirmant *Nauar. de spolijs cleric. § fin. nu. 9. Molina de Iustit. disp. 167. Azor. to. 2. lib. 2. cap. 12. qu. 5. & cap. 4. qu. 20. Nald. in summa verb. filius, & verbo clericus num. 15. Quaranta in summa Bull. in appendice ad verb. illegitimi*, & alij, mouentur ea ratione,

tione, quia Pius V. videtur abrogare priuilegia faciendi testamenta, & donationes causa filiorum illegitimorũ, non autem priuilegia concessa de iure communi, de ijs enim priuilegijs nulla fit mẽtio in dicta constit. sed de iure communi possunt clerici præbere alimenta filijs spurijs, vt ex dispositione dicti *c. cum haberet*. Affirmant ibi. *Abb & Cardinal. & idẽ Abb. cons. 50 & 115. Menoch de præsumpt. qu. 36. lib. 1. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. num. 5. Couar. in Epit. de sponſ. 2. p. cap. 8 §. 6. Decius cons 312. num. 4. & alij apud Marant. loco citato respons. 32. & per Rotam par. 1. decis. 487.* in nouissimis, quæ subdit, quod eo casu prius disponi possit de bonis patrimonialibus, aut alias, quam ex beneficijs acquisitis, & in subsidium ex fructibus beneficiorum seu, pensionum, &c.

Et quamuis, per bullam prædictam præcipiatur ne illegitimis aliquid detur, etiam intuitu paupertatis, dotis &c. nihilominus Doct. respõdẽt, solum prohiberi, ne quid detur vi alicuius facultatis, licentiæ, vel indulti concessi aliquo iure speciali, non tamen prohiberi id quod licitum est de iure communi.

82 Vtrum vero filius clerici constituti in sacris valeat succedere matri. Vide *Molin. de Iustit disp. 167. sub 4 conclus. Afflict. & Vrsill. decis. 96. & Couarr. in Epitome de sponsal. & matr. par. 2. cap. 8. §. 5 nu. 17.*

TRIGESIMOTERTIO, Prohibitum est clericis illegitime natis, & præuia di-
83 spensatione in prima clericali tonsura, & in minoribus ordinibus, constitutis, obtinere beneficia quæcumque, & alias dignitates Ecclesiasticas *cap. innotuit. de electiõ. c. fin. de filijs presbiter. & c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, & tradunt Seraph. decis 1442. Pars. de resign beneſ. lib. 4. qu. 4. num. 8. Nauar. in summa cap. 27. num. 201. Barbosa de off & potest. Episc. alleg 72 num 83. Suarez. 5. to. de censur. disput. 50 sect. 3. Quaranta verbo illegitimi, & & alij.*

84 Quis autem dispenset cũ illegitimis, ad obtinenda beneficia, & dignitates Ecclesiasticas.

Dico, quod Episcopus dispensat cum illegitimis ex quocumq; coitu damnato ad beneficium simplex sine cura tantum *c. 1. de filijs presbiter in 6.* quando sunt vitæ hone-

stæ, & virtute prædicti, vt tradit *Barbosa par. 2. alleg. 45. n. 19.* cum alijs per ipsum relatis, ex quo dispensatio per Episcopum facienda, debet esse cum causa, & quod eorum suffragantibus meritis fiat; sed Papa dispensat cum ipsis illigitimis ad beneficia curata, & canonicatus, & quascumque dignitates Ecclesiasticas dicto *cap. 1. de filijs presb. in 6.*

85 An autem, Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad obtinendum beneficium simplex, quod requirat sacrum ordinem.

Et dicendum est, non posse dispensare, iuxta *glo. in dicto c. 1. verbo*, beneficium, vt tradit *Campanil. in diuersor. rubr. 11 cap. 13. nu. 85. Garcia de benef par 7. cap 2 num. 66. Barbos par. 2. alleg. 45. nu. 30. & alij.*

86 Vtrum vero possit Episcopus dispensare cum illegitimo, vt valeat plura beneficia simplicia retinere.

Dico, nequaquam posse, cum *tex. d. cap. 1. de filijs presb. in 6.* loquatur in singulari, & dum sumus in materia prohibitiua, ad plura non extéditur, c. gaudemus, de diuortijs, ita *Sanch de matr. lib. 8. disp. 51. num. 6. Barbosa dicta alleg. 45. num. 28. & alij post Azor. 2. part. lib. 6. cap. 3. q. 12.* Qui id tenet, etiam si vnum beneficium ad sustentationem non sufficeret, quamuis aliter sentiat *glo. in cap. fin. de filijs presbiter.*

87 Sed, an Episcopus possit dispensare, vt illegitimus obtineat canonicatum Ecclesiæ collegiatæ.

Affirmant *Bellett. Disquisit. cler tit de discipl cler. §. 3 nu. 27. Gonsal. glo. 5. nu. 98. Barbos. dicta par. 2. alleg. 45. nu. 25. & alij* cum non habeat annexum ordinem sacrum.

TRIGESIMOQVARTO, Prohibitum est clericis illegitimis, & præuia dispensatione in minoribus consti-
88 tutis (quamuis dispensatis ad obtinenda beneficia Ecclesiastica), obtinere beneficia, quæ eorum patres obtinebant. Iuxta Bulla *Clemen. VII. de anno 1530. incip. Ad canonum conditorem, vt per Nald. verbo beneficium, & P. Barth Gauant. in Manuali Episc verb filij cler. illegitimi.*

89 Imo inhabiles sunt, etiam ad obtinendum beneficium in Ecclesia, in qua eorum patres habent, aut habuerūt illud, siue aliud simile, vel dissimile ex dispositione *S. C. Trident. sess 25. cap. 15. de reform. Nauar. in cap. si quando de rescrip. Garcia de benef. par. 7. cap.*

7.cap.3.D.Ricc.p.4.decis.327. & alij.

90 Si tamen essent filij legitimi, prohibentur obtinere immediate, idē beneficiū, quod pater obtinebat, *c.apostolica 8.qu.1.* non autem diuersum beneficium in eadem Ecclesia, in qua pater habuit vel etiam habet beneficia *cap.ad hæc, de filijs præsbiter, Seraph. decis.1442.nu.6.Nald.cit loco n.15.Barbosa de potest. Episc. par.3 alleg 65 nu. 16. & alij post Hostiun. in summa tit. de filijs presb.*

91 Quis autem dispenset, vt quis possit obtinere beneficium paternum, aut vt illegitimus obtineat beneficia, quæ existunt in Ecclesia, in qua eius pater habuit, vel de præsenti habet.

Dico, quod in casibus prædictis, Summus Pontifex dispensare potest, sed non Episcopus *cap dilectus filius cap. nimis, & c penultimo. de filijs præsbit. cum ibi notatis, glo. in cap 1.eod tit in 6 verbo, tale Abb.in dicto cap. nimis nu. 2. Mandosius designat gratia sub tit.de dispensat ad benefic. in Eccl.in qua pater. Gratian. discept. forens.to. 2. cap. 397. Barbosa par.3.allegat. 65.nu. 30 & alij.*

92 Sed, an pater, & filius possint in eadem Ecclesia celebrare.

Et dicendum est, posse, dummodo ambo in ea non obtineant beneficium, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit missam celebrantibus *Garcia part.7. c. 3.n 68.Campanil in diuersor. Rubr 21 cap 13.nu 67.& alij; cum Barbosa alleg.65 nu.23.*

93 Quid autem dicendum sit de patre, an possit obtinere beneficium filij, siue fuerit legitimus, siue illegitimus.

Affirmant *Glo. in cap apostolica 8 qu 1.Azor.to.2. cap. 4.q 18.& alij*, Quia hoc non reperitur prohibitum, & Bulla, & iura vetuerunt, filium habere beneficium, quod pater obtinebat, & non è contra.

94 Verum vero, nepotes legitimi ex filio illegitimo prohibeantur obtinere beneficia auorum.

Et non prohiberi resoluit *Vgolin. de off. & pot. Ep.cap. 30.§ 7. num. 12 Seraph.decis. 1442 nu.11. Gratian.discept. forens.cap 397.num 6 & alij apud* Barbos *par.3.all.65 nu. 18. Garcia par.7.cap 3. n.22.* qui idem dicunt de nepote illegitimo ex filio illegitimo quamuis aliter sentiat *glo. in cap. ad extirpandas, de filijs presbiter.*

95 Sed, an prohibeatur illegiti-

gitimus obtinere pensionem, quam eius pater obtinebat, vel in beneficio, in quo illam habuit, aut si pater haberet facultatem transferendi pensionem, possit illam transferre in filium suum clericum illegitimum.

Zerola in praxi par. 2. verbo pensionarius §. 1. & Caccialupus in tract. de Pensionibus qu. 30. & vltima, dicunt prohiberi, ex quo pensio largo modo est beneficium, & extrahitur de fructibus beneficij, & à beneficio pendet.

Gigas, vero, de Pension. qu. 86 Garcia par. 7 cap. 3. nu. 34. Steph. Gratian. discept. forens. d. cap. 397. Seraph d. 1442. Gauantus cit. loco n. 22. Gonsalez ad regul. 8. Cancell. glo. 5. §. 5. nu. 22. & alij resoluunt, non prohiberi, ex eo, quod pensio non est beneficium, vt per eos.

96 Idemq; censet idem *Gigas cit.* in additione, si pater resignaret alteri beneficiũ quod obtinet in aliqua Ecclesia, reseruata pensione filio super illius fructibus, ex eo quia prohibitio est solum facta de beneficio Ecclesiastico, vt sonant verba dictæ *Constit. Clementis VII.*

97 An autem prohibeatur filius succedere, in capellania, quę fundari solet absque Episcopi auctoritate, vt in ea succedant clerici de parentela.

Affirmant *Gonzalez ad regul. 8. Cancell glo. 5. nu. 33. & Gauantus in Manuali Episc. dicto verb. filij cler. illegit. nu. 17.*

98 Quid si pater, & filius essent beneficiati in diuersis Ecclesijs, & in processione incederent, an filius possit ministrare in Ecclesia patris, si ad illam processio fieret.

Et non posse in ea ministrare, decisum refert, *Garcia de beneficijs par. 7. cap. 3. num. 68. & sequitur Gauantus loco cit. nu. 21.*

TRIGESIMOQVINTO Prohibitum est clericis consentire in alium Iudicem, quamuis Ecclesiasticum, &
99 eius iurisdictionem prorogare, sine consensu sui Episcopi, iuxta *tex. in cap. significasti, de foro competenti, & ibi per glo. cap non liceat, 3. q 3. Ita Abb. in c. cæterum, nu 11. de Iudicijs Lelius, de Zãchis in tract. de Priuileg. Eccl. Priuil. 87. num. 10. Eman. Sa verbo clericus n. 13 Megala in Promp. verbo clericus nu. 25. & alij passim*, Quæ iura, & tradita per Doct. sunt in viridi obseruantia, cum nequaquam correcta reperiantur.

100 Nec consuetudine introduci

duci potest, vt clericus in alium Iudicem Ecclesiasticũ consentiat sine sui Dioecesani licentia, vt docet *Bellamera in Repetitione c. Romana, nu. 5. de foro competenti quem sequitur, post alios, Carolus de Graffis in tract. de effect. clericat. effectu primo nu 54.*

101 Et in tantum prædicta sũt vera, vt neque cum iuramento valeat clericus promittere, vt possit conueniri coram alio Episcopo sine consensu sui ordinarij; tum, quia ex tali promissione fieret iniuria, & præiudicium proprio Episcopo, tum etiam, quia pro communi vtilitate, & fauore omnium clericorum istud introductum fuit, & quod pro communi vtilitate introductum est, non potest renunciari *argum. tex. in c. alieni. 2. q. 7.* Sic *Turrecremata in dict. cap. non liceat 3. qu. 6.* & alij, quibus accedit *Car. de Graffis loco cit. nu. 55.*

Et in facti contingentia sic fuit obseruatum In Cur. Archiep. Neapol. per Illustr. & Reuerendiss. D. Felicem Tãburellum Episcopum Soranũ tunc Vicarium huius Neapolitanæ Vrbis virum Prudẽtissimum, ac Doctissimum.

Et per Reuerẽdiss. D. Alex. Lucianum, tunc Auditorem, & ad præsens meritissimum Vicarium Generalem Neap. ac vtriusque iuris prudentiæ vndequaq; Peritissimum dum quidam clericus Neapolitanus promiserat soluere quãdam pecuniarum quantitatem certa die cuidã suo creditori, cum pacto vt potuisset conueniri, tam in Curia Archiep. quam in Tribunali Nuntiaturæ, & in omni alio Tribunali, & foro Ecclesiastico; nam licet creditor conuenisset dictum clericum in Tribunali Nũtiaturę, vigore dicti pacti, tamen fuit dictum, non potuisse consentire in alium, in pręiudicium ordinariæ iurisdictionis, pro vt sic quoque fuit in casu prædicto specialiter rescriptum à Sacra Congregatione sub die primo Decembris 1635 Eminentiss. D. Cardinali, & Archiep. Neap. Ideo non potuit creditor prosequi iudicium in dicto Tribunali Nuntiaturæ, sed postea in Curia Arch. comparuit, petijt, & obtinuit.

102 Quæ omnia procedunt, etiam si esset clericus Episcopi suffraganei, quia neque posset coram Metropolitano fieri huiusmodi iurisdictionis prorogatio vt per *Turrecremat. & Car. de Graffis loco cit.*

Et de clerico, qui etiam se obli-

obligauit in forma Cameræ, *Steph.Gratian.decis.marcb.decis.180.*

103 Quid vero dicendum sit, si clericus ex iure speciali esset subiectus inferiori ab Episcopo, an possit consentire in Episcopum; sine consensu ipsius Prælati.

Et non requiri eius consensum, tradunt *Abb cons.25. lib.1. Decius in c de quo v..lt Deo, de Iudiciis nu 85. Felin. in cap.cum accessissent, de constitut.nu. 6. alij*. Et mouentur ex eo, quia tunc res reuertitur ad suam naturam.

104 An autem laici possint in spiritualibus prorogare iurisdictionem alterius Episcopi sine consensu sui Diœcesani.

Negant *Hostiens. & Io. Andr. in cap. P. & G. de constitutionibus*, qui mouentur per *tex.in cap.2. & 3 de Parroch. Bened. Capra in tract.de Prorogat.nu.23.inter suas regul.* quem citat, & sequitur *Carol. de Grassis dicto eff. 1. nu.62.*

Non tamen est prætermittendum, quod, & si clericus non possit expresse prorogare iurisdictionem alterius iudicis Ecclesiastici, nihilominus hoc tacite facere poterit, licet hoc casu non sit prorogatio, sed amissio priuilegij, *Card in c.P. & G.de offic. delegati, & Gratian. in decis. Rota Marchiæ decis.78. n.52.* vt delinquendo, vel contrahendo; hoc est ratione destinatæ solutionis, obligationis, negotiationis, vel Administrationis sic *Abb.in cap.dilecti filij, de foro comp. num 4. Decius loco cit. nu. 90 Paul. de Castro in l.1. ff. si quis in ius vocat non ierit, Seraph de Seraph in tract. de Priuileg. iuramen. Priuileg.91. num.6. Steph. Gratian. in decis. Rota Marchiæ decis 180. & alij*, vnde clericus delinquendo extra suam diœcesim potest puniri per Episcopum, cuius sortitur forum, ratione delicti *cap.cont ngat. de foro c mpet vbi Abb.& Felin. & alij.*

TRIGESIMOSEXTO, Prohibetur clericis esse officiales, siue iudices inter laicos, & iustitiam ad-
106 ministrare *c. Sacerdotibus, & cap sed nec, Ne clerici, vel monaci*. Nam militantes in militia cœlesti, non debent alijs vinculis alligari, vnde à diuinis retrahantur, cum ipsis non liceat militare Deo, & mundo *cap.2.dicto cap. sed nec,ne clerici,vel mon. Molin. de Iust.& iure tract.2.disput. 108. Simon. Maiolus de irregular. lib.2.cap.5 nu.15. Diaz in pract. canon. cap. 61. Abb. in*

in c clerici, de vita, & honest. cler. vbi tradit hanc prohibitionem habere locum, etiam in minoribus tantum constitutis

107 Sed an possint esse Assessores Iudicis laici, & non posse esse generales assessores in omnibus causis tradũt *Decius in repetit. cap. decernimus, de Iudicijs nu. 140. Speculat in tit. de off. asses. §. debet, vers. nunquid, & alij.* quibus accedit, *Car. de Grassis effect. 13. nu. 8.* Quamuis secus dicant, si essent assessores particulares in vna causa tantum, vel pro ciuilibus tantum.

108 Verum vero clerici possint esse delegati inter laicos ad vnam causam tantum, vel ad certas causas.

Affirmant *Abb. in dicto c. sed nec, ne clerici, vel monaci, Dec. & Ripa. in cap. 2. de iudicijs, clarus in §. fin. qu 41. nu. 8. Couar. in clem. si furiosus, & alij*, quando non veniret infligenda pœna sanguinis.

109 Sed an possit clericus esse arbiter inter laicos. Vide tradita per *Blanc. in tract. de compromiss. q. 2.*

110 Pœna autem clerici, qui huiusmodi officia secularia administrauerit, erit excommunicatio, de qua in *cap. clericis, ne cleric. vel monachi*, vt per *Salzed. ad Diaz dicto cap. 61 nu. 4.* Quam nequaquam incurrerent clerici in minoribus, beneficia non habentibus, iux. tradita per *Abb. in dicto c clericis.*

TRIGESIMOSEPTIMO Prohibitum est Parochis assistere matrimonio, non præmissis tribus denun-

111 ciationibus ex decreto *S. C. Trid sess. 24. cap. 1. de matrim.* à quo fuit in hoc innouatum decretum *Concil. Lateranen 2. cap. 51.* quod habetur in *cap. fin. de clandest. desponsat.* per quam Tridentini dispositionem grauibus verbis præcipitur, vt matrimonio præmittantur denunciationes, tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia inter Missarum solemnia publice faciendæ.

112 Ideo si Parochus matrimonio assisteret prætermissis denunciationibus absq; debita dispensatione peccaret mor, secundum *D. Antonin. 3. part. tit. 1. cap. 16. Siluest. verb. matrim. 2. qu. 17. Chamerot. de Sacrament tract. 12. de matrim. dub. 17. Bonacin. de matrim. qu 2. pu. 6. num. 6. & Sanch. qui alios cumulat. eod. tract. de matrim. lib. 3. disput. 5.* ex eo, quia violatur præceptum in re grauissima, & ex earum omissione pos-

sunt

sunt subsequi multa mala, & etiam esset suspendendus ab officio per triennium, dum propria auctoritate indebite, & absque legitima, & iusta causa denunciationes omittit ex *tex. in c. cum inhibitio, declandest. desposat. ita Hriq. lib. 11 cap. 5. nu. 6. Bonacina dicto pu. 6. nu. 3. Barbosa de off. & pot. Episc. par. 2. alleg. 32. nu. 7. & P. Gauante in Manuali Episc. verb. matrimony denunciationes nu. 12.*

113 Imo attenta grauitate huius Præcepti, dicunt *Sanch. dict. lib. 3 disp 71 nu. 5. Bonacina dicto pu 6. nu 8. & 9. & ConincK de Sacram. to. 2. disp. 27. num. 49. cum quibus pertransit Barbosa cit. loco nu. 3.* sponsos peccare mortaliter, non tantum prima vice consumando matrimonium non præmissis denunciationibus iusta dispensatione, vel absq; illa, sed etiam toties quoties habuerint copulam.

114 Denunciationes autem prædictæ faciendæ sunt à Parocho, vel ab alio de licentia ipsius in vtraque sponsi, & sponsæ Parochia, quando sūt diuersarum Parochiarum, & si contrahentes plura habuerunt domicilia seu Parochias faciēdæ sunt in ea, in qua diutius habitant, & præcipue in ea, in qua verosimilius est scire impedimenta, vt esset in Parochia, in qua fuit antiqua parentum habitatio, ac in Parochia, in qua quis de nouo est factus habitator *Reginald lib. 31. nu. 225. Bonacin. dicto pu. 6. à nu. 11 Barbosa nu. 11. Sanch dicto lib. 3. disp. 6 num. 6. & 8. Possuinus de officio curati cap. 10 num. 8. D Riccius in praxi var. resol. resolut 473 & aly.*

115 Et huiusmodi denunciationes fieri debent tribus diebus festiuis continuis inter Missarum solemnia iux. Conciliarem dispositionem, & in festis de præcepto non autem in ferialibus diebus, etiam ex dispensatione Episcopi, cum in hoc nequeat dispensare. Vt censuit Sacra Congregatio, pro vt testatur *Genuens. in praxi Archiep. c. 26. nu. 10. & per Chamerot. dict. dub. 17. vers. quarto Gratian discept forens. c. 83. n 28. & alios.*

116 An autem, fieri possint denunciationes, alio die, quam festo de pręcepto, eo scilicet, quo ingens hominum multitudo ad Ecclesiam accedit, vt esset dies festus deuotionis etiam si non seruetur; nisi vsque ad meridiem.

Affirmant *Sanch. dicta disput. 6. nu 9 Gauantus in Manuali Episc. verb. matrim. denun-*

denunciat nu.6. Posseuinus de officio curati c.10 nu 12. Bonacina dicta q. 2. pu. 6 Reginald.cit. nu.227. Gutier de matrim.cap.56.n.8. & alij, & mouentur ex eo, quia fini Concilij hoc modo videtur satisfactum, qui est vt denunciationes fiant tempore, quo audiantur à populo, dum ad Ecclesiam confluit.

117 Vtrum vero, fiant faciendæ denunciationes tribus diebus festiuis continuis, qui sibi immediate succedant.

Affirmat. *Basilius Pontius de Impedim.matrim.c.26.§.4.* Alij vero censent faciendas in Festis, quæ sibi non succedunt immediate *sic Reginald. dicto lib.31.nu.225. Coninc. de Sacram.to. 2. disp.28. nu. 47. & alij apud Barbos. p 2. alleg. 32. nu.* 12. Qui etiam putat ratione paruitatis materiæ, Parochum non peccare mor. si vno, vel altero die festo omittat denũciationes, dummodo inter vnam, & alteram multos dies festos nõ interponat, quia tunc faciendo contra prohibitionem Ecclesię in re graui peccaret mortaliter, nam ob magnum temporis interuallũ, seu moram fieri potest vt Parochiani tardiores euadant ad deferenda impedimenta, & interim obliuiscantur præcedentium denunciationum ita *Posseuinus dicto c. 10 nu. 4 Bonacin. dicto pu 6. nu. 15. Gutier. cap 56. num. 4. Sanch. dicta disp. 6. nu. 8. Reginald. lib 31. nu. 226. & alij.*

118 An autem; si Parochus omitteret aliquam ex tribus denunciationibus, vel ante matrimonium, vel post eius consumationem peccaret mortaliter.

Coninck. de Sacram. to. 2. disp.27. nu.51 existimat, peccare mortaliter.

Sanch. vero dicto lib. 3. disp.5.n.7. Barbosa p.2. alleg. 32. nu. 5. & ante eos *Siluester verbo matrim.6. quast.7 cum alijs relatis per Gutier. dicto cap. 57. nu. 1.* censent non peccare læthaliter, quando moraliter certus est nullum subesse impedimentum, quamuis reprehensione dignum putant si hoc faciat.

119 Sed num Sacerdos mortalis culpę reus assistens matrimonio peccet mortaliter Negant *Vega lib. 6. summa casu 117. Suar. tom.3. de Sacr. q 65 art.4. disput. 16. sect. 4. Henriq. lib.11. de matr. cap. 2. Sanch lib. 2. de matr. disput. 6. num. 15.* & alij, quia non est minister conficiens Sacramẽtum, & benedictio, quam pręstat est Sacramentale.

120 Quis vero dispenset ne

præmittantur denunciationes ante matrimonium.

Et dicendum eſt, licet de iure antiquo non potuiſſet Epiſcopus diſpenſare, ne denunciationes præmitterẽtur matrimonio, quia erant præceptæ in Concilio Lateranenſi, tamen hodie ex *diſpoſitione S.C. Trid. dicto cap. 1.* poteſt ordinarius loci ex cauſa ſibi bene viſa diſpenſare, vt omittantur omnes, aut aliqua illarum ante, & poſt matrimonij conſumationẽ, *ita Poſſeuinus de offic. curati dicto c. 10. nu. 2. Campanilis in diuerſor. iuris can. rub. 6. c. 3. nu. 42. Baſilius Pontius dicto cap. 6. § 4. verſ. debent Vgolin. de pot. Epiſc. cap. 60. nu. 3. & alij paſſim.*

121 Et ordinarij appellatione, qui poſſint huiuſmodi denunciationes remittere, prẽter Epiſcopum, veniunt etiã habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & qui nulli diœceſano ſunt ſubditi, ſic etiam Abbates, qui ordinarij ſunt, & habent iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, ſimiliter, & Vicarius Epiſcopalis, qui venit ordinarij appellatione. *Ita Sanch. de matr. dicto lib. 3. diſp. 3. à nu. 4. Gauantus in Manuali Epiſc. verbo Matrim. denunc. nu. 22. Barboſa dicta p. 2. alleg. 32. nu. 28. Genuenſ. in praxi cap. 26. Baſil. Pont. dicto cap. 26. §. 4.* cum alijs per ipſos relatis, quamuis aliqui aliter cenſeant de Vicario Epiſcopi, abſq; ſpeciali facultate.

122 Sed, quid ſi contrahentes fuerint diuerſarum Diœceſũ, an Epiſcopus vnius poſſit cũ vtroq; diſpenſare in denunciationibus.

Reginald dict. lib. 31. n. 232. ConincK diſp. 27. dub. 6. n. 54. Gutier. de matr. c. 46. n. 10. Gauant. cit. loco nu. 20. & Sanch. lib. diſp. 7. nu. 7. cenſent, poſſe Epiſcopum vnius contrahentium, cum vtroq; diſpenſare, ex eo quia ſicut poſſet alteruter Epiſcopus vtrumq; coniungere in matrimonium ita etiam poſſet cum vtroq; diſpenſare in denunciationibus.

Sed *Bonacina de matrim. qu. 1. pu. 6. nu. 7.* quem etiam refert, & ſequitur *Gauantus loco cit. nu. 21.* reſolutionem prædictam reſtringẽdam exiſtimat ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi eſt, matrimoniũ celebrandum, qui ſolum, cum vtroque contrahente poſſet diſpẽſare, ille autem in cuius Diœceſi non eſt matrimoniũ celebrandum, concedere poſſet diſpenſationẽ ſibi ſubdito tantum, cum nullam habeat iuriſdictionem directã, aut

aut indirectam erga subditũ alterius Episcopi, in cuius Diœcesi est matrimonium celebrandum.

123 Vtrum vero, possit Episcopus, dum existit extra Diœcesim dispensare in denunciationibus.

Affirmat *Gauantus loco cit. num. 15. ex Sanch. dicto lib. 3. disput. 8. num. 6.* qui alios refert, cum non sit necessaria cognitio causæ iudicialis.

124 Quæ autem sint causæ iustæ, vt ordinarius dispenset in denunciationibus.

Et dicendum est quod plures causæ afferuntur à Doctoribus vt per *Nauar. in Manuali cap. 22 nu. 70. Genuens. in praxi Arch. cap. 27. Barbos. par. 2. alleg. 32. à n. 41. Gauante in Manuali Episc: verb. matrim. denunciationes, & late per Sanch. dicto lib. 3. disput 9.* Quarum prima est si adesset suspicio malitiosi impedimenti *iux. Conc. Trid. dicta sess. 24. cap. 1. de refor.*

Secunda causa est contrahentium pudor ob nimiam disparitatem vt si senex ducat iuuenem, diues pauperem, nobilis ignobilem.

Tertia causa est, si constitutus in articulo mortis desiderat contrahere cum concubina tum vt ad salutem eternam pararetur via facilior; tum vt legitima fieret proles suscepta.

Et an eo casu possit sine licentia ordinarij coniugium contrahi in præsentia Parochi, & testium omissis denũciationibus, si periculum esset in mora, ita vt non posset Episcopus adiri, & alioquin teneretur dispensare.

Affirmant *Sanch. lib. 3. disput. 10. num. 25. Basil. Pont. de impedim. matr. cap. 26. §. 4. Barbosa cit. nu. 53. & alij.*

Quarta, si essent concubinarij, sed communiter æstimabantur coniugati.

Quinta si essent Magnates, & valde noti.

Sexta causa, est timor iniusti impedimenti.

Septima, quando virgo sub tutela iniqui tutoris constituta est, & dubitatur ne eam tradat viro ignobili.

Octaua causa est, quando vir fœminam deflorauit; & damnum amissæ virginitatis reparare intendit contrahendo matrimonium, & periculum est in mora si matrimonium denunciationibus differatur.

Nona causa est, vicinum tempus prohibitum nuptiarum.

Adesse possunt, & aliç causæ de quibus apud *Sanch. loco cit. num. 20.* Qui aduerte quod

quod in omnibus casibus. in quibus dispensatur, ne denũciationes præmittantur, debet ordinarius informari, an aliqua impedimenta subsint inter contrahentes, ne periculo exponantur, impeditos coniungendi, & sic seruatur in Cur. Archiep. Neap. vt testatur *Genuens. cit. loco*.

125 Sed, vtrum peccet Episcopus, si absque iusta causa dispensaret in huiusmodi denunciationibus.

Et peccare lethaliter, tradunt *Sanch. dicto lib. 3. disput. 8. num. 2. & Doct.* per ipsum relati, quia materia grauis est, & *S. C. Trid. in dicto cap. 1. sess. 24.* id non liberæ voluntati, sed iudicio, & prudẽtiæ Episcopi remittit, quæ verba, arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important, vt docet *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8. à n. 26*.

126 Et quamuis aliqui teneãt, quod exigatur iudicialis huius causæ cognitio, nihilominus probabilius cẽset *Sanch. dicta disput. 8. nu. 4.* satis esse si extraiudicialiter informetur, & certior fiat de causa vt licite dispenset in denunciationibus, vt dictum est etiam num. 123.

Est tandem aduertendũ, quod hodie sunt faciendæ aliq; diligentiæ per Episcopũ quando inter aliquos est contrahendum matrimonium pro euitanda polygamia, de quibus in literis Sacræ Congregationis trasmissis ab vrbe ordinarijs locorum.

TRIGESIMOOCTAVO, Prohibitum est Parochis siue Sacerdotibus benedictio

127 nẽ secundis nuptijs Impertire *c. vir autẽ de secũdis nuptijs*, & contrarium facientes ab officio, & beneficio suspensi cum testimonio literarum proprij Episcopi ad Sedem Apostolicam destinandi sunt *cap. 1. eod. tit.* & quamuis aliqui teneant prædictam suspensionis pœnam locum habere tantum, vbi constante priori matrimonio presbyter secundas nuptias benedicit vt per *Couar. in 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 11. nu. 2. D. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resol. 313. & alios*, nihilominus in contrarium est communis opinio vt testatur *Genuens. in praxi cap. 74. n. 4.* & ostẽdit *tex. in dicto cap. vir autem*, dum dicit, *cũ alia vice benedicti sint*, & verius censet *Barbos. de off. & pot. Episc. part. 2. alleg. 32. n. 187.* huiusmodi suspensionẽ incurrere Sacerdotem si benedicat, secundum matrimonium, etiam dissoluto primo, & tradunt *Sanch. de matr. lib.*

7. *disp.* 82. *in fine Vgol. de off. & pot. Episc cap.* 15 § 12 *nu.* 6. *Salzed. ad Diaz in pract. crim. canon. cap.* 74. *& alij* Pœnam autem prædictam suspensionis latam in dicto *cap.* 1. non infligi ipso facto, notat ibi *Ostiens.* & tradunt *Barbosa, Genuens. Couar. & alij*, & reseruationem dictæ suspensionis ad Sedem Apostolicam esse sublatam per *extrauag. Ioannis* 22. *testatur Salzedo cit. & Sanch dict. lib.* 7. *disput.* 82. *nu.* 28. *Imo Abb. in dicto cap. primo, & Menoc. de arbitr. casu* 417. *nu.* 8. qui testatur de communi. tenent,

128 pœna arbitraria, attentis circumstantijs, & consuetudine loci, puniendum esse Sacerdotem in casibus sibi non permissis nuptiales benedictiones indulgentem, quod asserunt quoque *Vgolin. loco cit Diaz dicto cap.* 74. *Iac. de Graffiis decis. aur. par* 1. *lib.* 2. *cap.* 82. *nu.* 2. *D. Ricc dicta resol* 313 *& alij apud Sanch. loco cit.*

129 An autem si viduus ducat virginem, possint secundæ nuptiæ benedici.

Negat *Panorm. in dicto c. vir autem*. Sic intelligendo dispositionem dicti *tex.*

Affirmat vero *D. Thom. in* 4. *dist.* 42 *qu.* 3. *in fine* quod possint benedici, quando dicitur, virgo, alias non, & *Nauar. in cap* 22. *nu.* 83. intelligit procedere opinionem *D. Thom.* stante consuetudine, & sequitur *Possevin. de officio curati cap.* 10. *nu.* 48. *& post eum Gauante in Manuali Episc. verbo, matrimonij celebratio*.

Et Neapoli seruatur, quod quando mulier tantum est virgo, iteratur benedictio omnium, consuetudo enim valet in Sacramentalibus, vt firmat *Nauar. cit. per tex. in cap. de trina, iuncta glo. de consecr. dist.* 4 *& c.* 2. *de temp. ordin.* & si vidua non fuit benedicta iteratur benedictio omnium, secus si vir tantum vt per *Genuens. loco cit.*

130 Sed quid si priores nuptiæ, in quibus vterque coniux benedictiones accepit, reperiuntur irritæ, sint in posterioribus repetendæ.

In hoc duboi distinctione vtitur, *Tabiena v. impedimentũ, impedimento* 14. *quæsit fin.* si ex parte solius viri sint secundæ nuptiæ, quia vir, qui benedictiones in matrimonio irrito receperat, virginẽ ducit, sunt iterandæ benedictiones; secus si sint secundæ ex parte mulieris, quæ in priori coniugio irrito, benedictiones recepit.

Sanch. vero dicto lib. 7 *disp.* 82.

82.*nu.*25.censet nequaquam esse repetendas, sicut non iterantur quando fuissent priores nuptiæ validæ, in quibus ambos volentes contrahere reperitur benedictiones accipisse, siue sint ijdem, qui inter se inualide contraxerint, sublato iam impedimēto velint restaurare prius illud matrimonium; siue vterque aliud matrimonium irritum inijsset receptis benedictionibus, & nunc inter illos aliud matrimonium celebratur: mouetur ea ratione, quia benedictio nō ꝓprie respicit nuptias, sed personas, vt cōstat ex dicto *cap. vir autem*, vbi interdicitur benedictio secundarum nuptiarum vbi semel ab altero coniuge recepta est, ne repetatur benedictio, & hāc partem tenent etiam *Silu. verbo nuptia qu.* 3. *Hostien in summa tit. de secundis nuptijs nu* 2. *& alij*.

An autem Sacerdos culpæ mortalis reus benedicens nuptias, in casu, quo benedictio danda est, peccet mortaliter.

Negant *Lud Lopez* 2.*par. Instruct.de Sacram. in genere cap.*59 *conclus.*4. *& alij apud Sanch.de matr lib.*2.*disput.*6. *nu.* 6. quia benedictio non est Sacramentum, sed Sacramentale.

TRIGESIMONONO, Prohibitum est clericis, discedere ab eorum Diœcesi, & peregrinari absque licentia suorum Prælatorum,
131 *cap.non oportet, de consecratione distin.* 5. *& in Conc. Agathen.cap.*27.*relato in cap. Monacum* 20.*qu.*4.actū fuit, ne clericis sine comendatitijs literis proprij Episcopi, licētia pateat euagandi. ideo solent Episcopi per edictum, aut in Diœcesana Sinodo sub certis pœnis hoc prohibere clericis, pro vt in Prouinciali Medionalen.4.decernitur, vt nullus Sacerdos, aut clericus sine litteris, & benedictione Episcopi se committat itineri peregrinationis causa, vt testatur *Gauātus in Manuali Episc verbo Peregrinationes Sacra*.

132 Clericis tamen, qui non habent beneficia in titulum residentiam requirentia, non sunt deneganda literæ commendatitiæ ab Episcopo, vt alio se transferant, & ita cēsuit *Sacra Congreg. Episc.* 5. *Iunij* 1584 vt refert *Gauantus in dicto Manuali*, *verbo clericus nu.* 39. *Emanuel Sà verbo clericus nu* 29. *& Genuens.in praxi c.*83.*n.*6. licet, quando reperirētur adscripti in aliquo loco, non possent inde discedere, vt ait *Graff. consi.*

conf.3 de temp.ord lib.2.& sequitur *Ricc.in praxi fori Eccles.resol.* 524. Neque posset Episcopus reuocare suos subditos alibi degentes, nec eos cogere,sed tenebitur literas eis dare extra volētibus morari, dum ratione beneficij non astringerentur in sua Diœcesi residere, vt tradit *Campanilis in diuers. rub.9. cap.6.num. 4. quem sequitur Barbosa part.2 all.21.n.5.*

Immo, vt testatur *D. Riccius cit.resol 524.*non possēt ab Episcopo prohiberi, ne à Diœcesi discedant clerici,qui ibidem obtinerent beneficia simplicia, cum de consuetudine non requirant residentiam, iuxta tradita per *Abb. in cap. extirpanda §. quia vero nu.31.de prabend cum adductis per Mandos. in regul. Cancell.reg.1.qu.13 nu.8. & Rot.apud Ludouis. decis.175.*

133 Et cum, huiusmodi literis commēdatitijs proprij ordinarij possunt Sacerdotes admitti ab Episcopo ad Missæ sacrificium, & ad Sacramenta administranda, dummodo Idonei sint,nam *S.C.Trident. sess 23.de refor. cap. 16. vers. nullus,iubet*, nullum clericū peregrinū, sine comēdatitijs sui ordinarij literis ab vllo Episcopo ad diuina celebrāda,& Sacramēta administrāda esse admittendum, *Azor. inst.mor par.2 lib. 3. cap. 49. qu.1.* quamuis si solum faciat fidem de eorum ordinatione possent admitti ad celebrandum *Nauar.cons. 1.de celebr. Miss. & Barbos dicta par. 2. all 21.*si tamen aliquis Sacerdos peregrinus non haberet huiusmodi fidem, neq; litteras comendatitias,posset secluso scandalo celebrare, si non obstaret prohibitio Episcopi loci,vt resoluit, *Hēriq. in summa lib.10.cap.34 §. 6. in comm.litt. I. Reginal. in praxi fori poenit.lib.29 num. 42. & Nauar.cons. 5. de celebr. Miss.*

134 An autem,possit Episcopus prohibere, ne Sacerdotes exteri celebrent in Ecclesijs regularium, sine licentia ipsius Episcopi.

Affirmant *Galet. in sua Margarita casuum conscientia,verbo, Missa,Barbosa par. 2.all.21.nu 8.& D.Ricc.in praxi resol.535.* qui testatur, quod ita,etiam censuit Sacra Congregatio.

135 Possent vero clerici peregrinari pro appellatione prosequenda,vel pro euitanda aliqua oppressione,& accedere ad Papam, etiam eorum Prælato inuito, *cap. omnes oppressi 2.qu.6. Lel. Zanc. in tract. de priuileg. Eccles.*

priuil.

priuil.72.nu 9. vbi ait, quod isto casu de honestate debēt petere licentiam, & per *Carol.de Graffis de eff. cleric.effectu 25. & Viuian.de iurepat. p 2.c.6.e.1.n 213.*

Immo impediētes, ne quis accedat ad Romanam Curiam pro quibusuis negotijs prosequendis sunt excommunicati per Bullam in Cœna Domini, vt habetur in eadem *Bulla, excom.12.*

QVADRAGESIMO, clerici, nequaquam succedere possunt in feudis,
136 vt deducitur ex *cap.1.in fine de feud. famin. in vsibus feudorum, ibi clericum, nullo modo debere succedere, cap.1.de milite vassall qui ar. Bell depo c. si clericus. si de feud. fuerit controu. inter dom. & And. de Isern in cap 1. de cleric. qui inuest. fec. & alij*, quorum opinionem, esse veriorem, & magis communem, testatur *Carol.de Graff. eff. 4. num. 3.* cumq; articulus sit satis cōtrouersus, & hinc inde sint opiniones Doct. breuitati studens, videndi sunt *Afflict. decis.320. Graffis cit.loco, qui alios refert Bellect. disquisit. cler.tit. de bonis cleric. §.19 & clarus §. feudum, quaest.78.*
137 Hoc tamen, vt Doct. mox citandi tradunt, limitatur, vt valeat clericus succedere, quando seruitium pro feudo esset tale, quod posset per clericum honeste praestari, vel esset clericus minorum ordinum, vel si feudum esset annexum dignitati Ecclesiasticae, iuxta *tex in cap. 1.§.vltimo, de capitulis corradi, & cap.verum, & c.ex transmissa, de foro compet.* pro vt passim in Germania obseruatur, dū quiddam Abbates, Episcopi, & alij Ecclesiastici feuda possideant annexa dignitati Ecclesiasticae, vel si adesset consuetudo in loco, quo clerici solerent succedere, aut si esset feudum improprium, vel si esset feudum transitorium ad omnes, & quoscumq; haeredes, vel si clericus esset habilitatus a Domino feudi, aut si ita dictum esset in inuestitura, vel si seruitium pro feudo posset praestari per substitutum, aut si seruitium esset reale, puta annuus census pecuniae, siue alteruis rei, vel si esset feudum francum, & liberum, cum tunc cesset ratio quae prohibet, dum nullū est praestandum seruitium, aut si esset emptitium, vel faemineum, de quibus omnibus late *Carol. de Graffis loco cit. Abb. Felin. & Doct. in cap. in praesentia, de probat. Clar. dicto §. feudum qu. 78. Capy. decis. 10. 31. 32. Rota apud*

Caua-

Caualer. decis. 72. & d. 633. Afflict. decis. 320 Fachineus controuers iuris lib. 7. cap 35. Menoch. cons. 54. lib. 1. Cynus & alij in Auth. ingressi C. de Sacros. Eccles.

138 Sed, quid si possidens feudum, efficiatur clericus, an illud statim amittat, in casibus, in quibus in feudo succedere non posset.

Affirmant *Iacobin. de S. Georgio in inuestitura feudali, vers. dictiq; vassalli nu. 20. Bald. in l. quisquis C. de Episc. & cleric. Thomas de Marinis in tract. de feud. 2. tit. 2. de feudo expa cto, & prouidentia nu. 139. Menoch. cons. 181. nu. 75. lib. 2. & alij apud Car. de Graffis num. 4 ex cap. 1. §. quis clericus, si de feudo defuncti contentio sit*, requireretur, tamen sententia declaratoria, vt tradunt *Bal. in dicto cap. 1. §. si quis clericus, Bursat. cons. 14. n. 17. & alij*.

139 An autem, quis admittatur ad feudi successionem si postquam fuit factus clericus, deserat habitum clericalem.

Breuiter dicendum est, quod si mortuo patre, vel agnato, proximus feudi successurus reperitur clericus, & clericatum deposuit, & laicus factus fuit, tunc admittitur ad feudi successionem si vero non declarat, an velit laicari, vel in clericatu permanere, tunc deberet is, qui prætendit succedere in feudo ei decerni facere per iudicem, terminum infra quem declaret eius intentionem, quo termino elapso, si ille nõ dimisit habitum clericalem, sed in eo permansit, videtur suum animũ declarasse, quod nolit esse miles, & feudo renunciasse, quia renunciatio, prout ratificatio ita potest fieri facto, sicut verbis, *l. Paulus ff. rem ratam haberi*, ita *Andr. Isernia in cap. 1. de vass. sall. milit. & c. Afflict. d. 320. nu. 7. Vinc de Anna alleg. 98. num. 9. & alij apud Carol. de Graff. eff. 4. n 87.*

140 Verumuero, clericus in sacris ex dispẽsatione Summi Pontificis habilitatus ad cõtrahendum matrimonium, & ad dimittendum habitum clericalem, succedat in feudo.

Distinctione vtitur, *Bambacar. in cap. 1. §. si quis clericus, si de feud controuersia fuerit num. 151.* quem refert, & sequitur *Car de Graffis cit. loco num. 104.* Aut enim dispensatio præcedit mortem feudatarij, & sic tempore mortis ex dispensatione Sũmi Pontificis reliquit habitum, & reperitur habilis, &

Y tunc

tunc succedit in feudo sibi aperto post dispēsationē: aut dispensatio superuenit post mortem feudatarij, quo tempore alteri agnato, vel domino erat ius quęsitū, quia tunc nec momento temporis do minium potest stare in suspēso, & isto casu dispensatio non habilitaret dispensatum in præiudicium alterius.

ADD. ad quintam prohibitionem supra *nu. 28. in fine*.

141 Sed an Episcopus possit dispensare cum suo familiari triennali, alias non subdito super interstitijs.

Negant *Nauar. cons. 12. de tempor. ordin. Ricc. in praxi resol. 266. Cenedo pract. quast. lib. 1. qu. 38. nu. 31. Genuens. in praxi Arch. cap. 83. num. 3. Barbosa de off. & pot. Ep. par. 2. all. 5. num. 14. & alij cum Garcia de benef. par. 2. cap. 5. num. 86.* nisi pro vtilitate suæ Ecclesiæ, & ita censuit Sacra Congreg. vt testatur idem *Garcia*, his verbis.

Congregatio censuit, & declarauit; quod licet Episcopus possit ordinare familiarē suū triennalem, sibi alias non subiectum, & dare illi dimissorias ad ordinandum à quocumq; dispensare tamen non poteti super interstitijs, de quibus cap. 13. & 14. nisi pro Ecclesia sua vtilitate. Rationes assignat *Sanch. de matr. lib. 8. disp. 1. n. 25.*

142 Prædicta tamen procedūt secundum *Garciam num. 88.* in familiari, qui non haberet ibi antea beneficium, pro vt loquitur concilium, nam si haberet beneficium, posset Episcopus ratione illius eum ordinare, tanquam subditum, & dispensare in interstitijs licet non esset triennalis, sicut quemlibet alium beneficiatum suæ diæcesis, iuxta tex. *in c. nullus, de temp. ordin. in 6.*

Immo, *Praxis Epsc. noua par. 1. cap. 1. nu. 15.* quam citat, & sequitur *Barbosa cit. all. 5. nu. 15.* dicit, quod cum familiari iam ordinato, collatum est statim beneficium, poterit, postea Episcopus, quo ad interstitia dispensare, quia ratione beneficij collati illi iam est subditus, quod etiā sentit *Campanilis in diuers. rub 9. cap 9 nu 3.* & decisum refert *Armendariz in Add. Recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis nu. 50.*

TRA-

TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM.

PARS TERTIA.

De ijs, quæ Iure communi, Sacris Concilijs, alijſque Pontificijs conſtitutionibus Clericis Prohibentur, aut permittuntur.

Ex cauſa, ſiue ex ſuppoſitione cenſuræ excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Excõmunicationis definitio.*
2 *Communio, quæ inter fideles reperitur quotuplex ſit.*
3 *Excommunicatio, qua communione fidelium, priuat.*
4 *Excommunicatio alia maior, alia minor.*
5 *Excommunicati aly vitandi ſeu non tolerati, & alÿ non vitandi, ſeu tolerati.*
Excõmunicationis effectus, quot ſint à nu.6.
7 *De* Prima *Probibitione clericis excõmunicationis maiori excommunicatione, miniſtrandi Sacramenta, vel ordine ſollẽniter exercendi.*
8 *An in extrema neceſſitate probibeantur miniſtrare Sacramentum Baptiſmi.*
9 *Si adeſſet laicus non excommunicatus & Sacerdos excommunicatus vitandus, quis debeat Baptiſmum miniſtrare in huiuſmodi neceſſitate.*

10 *Sacerdos excommunicatus vitandus, sed contritus an licite possit in articulo mortis ministrare Sacramentũ pœnitentiæ.*

11 *Et quid si eo casu adesset simplex Sacerdos non excommunicatus.*

12 *Confessio facta extra necessitatem Sacerdoti excommunicato vitando, an valeat.*

13 *Quid si ignoranter, quis confiteatur excommunicato vitando.*

14 *Excommunicatus vitandus, an possit alteri committere, vt confessiones audiat.*

15 *Sacerdos excommunicatus, an valide possit facere ea, quæ indigent ordine Sacerdotali, non iurisdictione, vt benedictiones, & consecrationes, &c.*

16 *Excommunicatus sacerdos, an possit sine p. m. & irregularitate celebrare, aut Sacramenta ministrare ad euitandum scandalum, &c.*

17 *Excommunicatus non vitãdus, an licite possit celebrare, & Sacramenta ministrare.*

19 *Excommunicatus si celebrat, vel ministrat ex ignorantia excusante à p. m. an peccet m. & fiat Irregularis.*

20 Sacerdos *excõmunicatus matrimonio assistens, an fiat irregularis ex vi illius actus.*

Matrimonium celebratum coram Parocho excommunicato vitando, suspenso, aut irregulari, an valeat.

Parochus ab Episcopo prohibitus ne aliquos matrimonio coniungat, an valide assistat contra huiusmodi prohibitionem.

21 *Sacerdos excommunicatus, an possit ministrare solemnitatem Baptismi.*

22 *An possit distribuere Eucharistiam in ecclesia, vel eam deferre ad infirmos in extrema necessitate.*

23 *Excommunicatus, an possit comitari eucharistiam ad infirmos delatam.*

24 *Ordinis Sacramentum, an possit conferri ab excommunicato.*

25 *Extrema vnctionis Sacramentum, an possit ministrari à sacerdote excommunicato.*

27 De Secunda *probibitione excommunicatis suscipiendi Sacramenta.*

28 *Si excommunicatus reciperet Sacramenta, an valide recipiat, & quid si adesset bona fides nu. 29.*

30 *Excõmunicatis, an possint à ministris ecclesiæ dari Sacramenta.*

31 *Quid si essent excommunicati tolerati, seu non vitandi.*

De

dixerit

Distri-

institutus, an valeat.

108 *Actor in iudicio temporali, vel spirituali an possit esse, excommunicatus.*

109 *Excommunicatus, an possit petere à suo debitore, vt soluat quod ei debet.*

110 *Excommunicatus reus, an possit cogi, & compelli ad iudiciũ in quacumq; causa.*

111 *Contractus, an licite facere valeat excommunicatus.*

112 *Testimonium ferre, an licite possit excommunicatus.*

113 *Patrocinari, an licite valeat excommunicatus.*

114 *Et an possit esse procurator, aut tutor.*

115 *Acta facta ab excommunicato procuratore, an, & quando valeant.*

116 *De* Decima *Probitione clericis minori excõmunicatione ligatis, suscipiendi Sacramenta.*

117 *Sacerdos minori excommunicatione ligatus, an peccet ministrando Sacramenta.*

118 *Et an possit exercere ea, quæ sunt iurisdictionis.*

119 *Vtrum possit licite alium ab excommunicatione absoluere.*

120 *Missam audire, & alia diuina participare quę non sunt Sacramenta, an licite possit excommunicatus minori excommunicatiine.*

121 *Eligi, an posit ad beneficium Ecclesiasticum, & valeat electio.*

123 *Absoluere ab excommunicatione minori, quis possit.*

124 *Sacerdos simplex, an absoluere possit ab huiusmodi excommunicatione minori.*

125 *Parochus non Sacerdos, an possit absoluere ab excommunicatione minori.*

1 Excommunicatio, ita solet definiri, est cẽsura, qua quis Ecclesiastica communione fidelium priuatur.

2 Pro explicatione huius definitionis, est sciendũ quod communio, quæ inter fideles reperitur, triplex est. Vna est omnino interna, quæ fit per charitatem Christi membra vnientem secundum fidem formatam capiti Christo, & reliquis membris eius, animique est affectio, qua Deus propter se, & proximus propter Deum diligitur, vt tradunt *D. Aug. l. de Doct. Christ. cap. 22. & Magist. sent. 3. d. 27. & ibi Doct.* & colligitur *ex Io. cap. 4.* Secunda est exterior, quæ consistit in simul orando in Ecclesia, in simul audiendis missarum celebrationibus, & diuinis officijs, ac fidelium colloquio. Tertia est mixta, & est illa, quæ fideles

fideles omnes communia suffragiorum Ecclesiæ, & Sacramentorum participant.

Excommunicatio ergo per se non priuat illa communicatione omnino interna, qua efficimur membrum viuum
3 Corporis Christi mystici, à qua solum nos separat pecc. mor. Sed secunda, & tertia communione.

Duplex autem est excommunicatio, alia maior de
4 qua nunc agimus. Alia minor, quæ priuat Sacramentorum participatione passiua, *cap. penult. de sen. excom. & tenent communiter Doct.* & de hac dicemus in fine huius tertiæ partis numero, *116.*

Est tamen notãdum, quod excommunicati sunt in du-
5 plici differentia, quidam dicuntur vitandi; seu non tolerati, alij tolerati, seu non vitandi. Vitandi, seu non tolerati sunt nominatim declarati, & denunciati excommunicati, & publici percussores notorij clerici, & huiusmodi excommunicati sunt vitandi in diuinis, & humanis. Reliqui vero omnes excommunicati dicuntur non vitandi, seu tolerati, quos reliqui fideles nõ tenentur vitare, nec in diuinis, nec in humanis per fauorem eis concessum per *extrauag. Martini V. incip. ad euitanda scandala*; sed ipsi excommunicati licet non sint vitandi, semper tenentur se abstinere, quantum in eis est à quacunque communione fidelium, cum nullus fauor sit eis concessus per dictam extrauag. Exceptis casibus infra dicendis.

His præmissis, cum plures sint effectus maioris excommunicationis, ideo ab vnoquoq; ipsorum, quæ prohibeantur clericis, ex supposi-
6 tione huius censuræ, breuiter referemus, cum resolutione dubiorum.

Ob Primum effectum excommunicationis, qui est priuatio actiua administrationis Sacramentorum, & sacrificij Missę.

PRIMO, prohibetur clericis excommunicatis,
7 Ecclesiæ Sacramenta ministrare, aut in ordine solemniter, vel sacrificium Missæ offerre, alias p.m. & fiunt irregulares, *cap. si quis 3. cap. si quis 4. 11 qu. 3. & est communis omnium sententia.*

8 Sed dubitatur primo, an in extrema necessitate prohibeantur ministrare Sacramentum Baptismi.

Negatiue, immo debet etiã excommunicatus vitãdus tali casu, Baptismi Sacramentum ministrare, absq; solemnitate, ita *D.Th.in 4.d 5.qu. 2.art.2.quæstiunc.5. Sot.in 4. d.1.qu.5.art.6. Tol.lib.2 cap. 20.num 7. Emanuel Sà verbo Baptismus, & alij*. Hoc tamen intellige, si non sit alius,
9 qui baptizet, nam si adesset laicus non excommunicatus, esset præferendus Sacerdoti excommunicato, quia tunc non est necessitas, cum possit tale Sacramentum conferri à laico, ita *Syl.verbo baptismus 3.num.1. Nauar.cap.22. num. 7.* & hoc est probabilius, licet aliter sentiant *Say. lib.2.de censuris cap.2. nu.17. & alij*.

10 II. Dubitatur, in mortis articulo liceat nè Sacerdoti excommunicato contrito, etiam vitando, Sacramentum pœnitentiæ ministrare.

Affirmatiue; cum eo casu non desit iurisdictio ad absoluendum, ita *Palud. in 4.d. 24 qu.6. art. 2. Sil. confessor. 1. num. 16. Victoria tract. de clauibus num. 14. & alij*, & habetur etiam in *Conc. Trid. sess.14.cap.7.* Quod intellige, si non sit alius Sacerdos non
11 excommunicatus, qui ministret, quia tunc simplex sacerdos esset præferendus Parocho excommunicato; nam excommunicatus non redditur habilis ad absoluendum propter solum periculum mortis, sed debet etiam non adesse alius, à quo pœnitens possit absolui, vt bene inquit *Suar. 5.tomo disput.11. sect.1. nu. 12.* quidquid alij in contrarium dixerint.

12 III. dubitatur, an extra necessitatem, Sacramentũ pœnitentiæ ab excommunicato vitando collatum sit validum.

Negatiuè, cum excommunicatus sit iurisdictione priuatus, quæ in ministro huius Sacramenti requiritur, *cap. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remiss. & in Conc. Trid. cit. loco*, & hoc est secundum omnes Doctores, quando pœnitens scienter confitetur tali sacerdoti excommunicato. sed

13 IV. dubitatur, si ignoranter quis confitetur excommunicato vitando, an sit validum Sacramentum ab eo collatum.

Resp. si sacerdos excommunicatus vitandus in vno loco, in aliũ remotissimũ secessit, ibiq; publicè superioris auctoritate se exposuit ad hoc ministerium, & communiter ignoratur esse excommunicatum, tunc erit valida ab-

absolutio à pœnitente bona fide suscepta, cum Ecclesia illi conferat iurisdictionem, propter commune bonum, argumento, *l barbarius, ff. de offic. prætoris*. Si vero ipse pœnitens tantum inuincibiliter ignorabat se esse excõmunicatum, sed communiter non ignorabatur, erit inualidum Sacramentum ex defectu iurisdictionis, quia cessat ratio communis boni, qua cessante Ecclesia non supplet defectum, licet pœnitens nõ peccet, ita *Couar cap. alma par. 1 §. 6. num. 7. Vgol. de cens. eccl. Tab. 1. cap. 13. §. 16. num. 12. Say. lib. 2 cap. 2. n. 10. & alij*.

14 V. dubitatur, an excommunicatus vitãdus possit alteri committere, vt confessiones audiat.

Affirmãt *Palud dist. 23. q. 2. art. 2. n. 17. Sil. verbo vnctio nu. 4 & Armilla n. 5.*

Sed negandum censeo, cũ *Suar. 5. tomo disput. 11. sect. 2. num. 15.* cum concedere facultatem confessiones audiendi non sit actus ordinis; sed iurisdictionis, quam excommunicatus, nec licite, nec valide potest exercere.

15 VI. dubitatur, an sacerdos excommunicatus possit facere ea omnia, quæ indigent ordine sacerdotali, non iurisdictione, vt sunt Sacramentalia, benedictiones, & consecrationes ab ecclesia introductæ.

Negatiue, alias p. m. licet valida sint, si seruet debitum ritum, est communis opinio.

VII. dubitatur, an sacerdotes excommunicati possint sine p. m. & irregularitate celebrare, vel ministrare Sacramẽta, & similia, ad euitandum scandalum, grauem iacturam, vel similia incommoda. 16

Affirmatiue, si non posſũt prius absolutionem censuræ petere, & cum contritione administrent. ita *Azo. l. 10. inst. moral. cap. 31. qu. 6. Suar. disput. 11. sect. 1. num. 4. Say. l. 2 cap. 3. nu. 28. & Emanuel Sà verbo excommunicatio, n. 17.* si vero absque contritione hoc casu celebrarent, vel ministrarent, dico p. m. non tamen incurrere irregularitatem; quia non faciunt contra censuram; sed contra aliud præceptum naturale, quo tenentur celebrare, saltem cum contritione.

17 VIII. dubitatur, an excõmunicati tolerati, licite possint Sacrum facere, vel ministrare Sacramenta.

Quidam existimant licere alijs fidelibus Sacramenta suscipere ab huiusmodi ex-

communicatis, ipsis vero excommunicatis minime licere ea dare.

Alij vero censent, eos posse celebrare, vel Sacramenta ministrare, dummod ipsi non se ingerant; sed alij petant ab ipsis, nam cum Concilium Constantiense indulsit fidelibus, vt participare valeant cum excommunicatis, nec in administratione Sacramẽtorum eos vitare tenerentur, indulsit indirectè, & ex consequenti ipsis excommunicatis, vt tunc licitè possint ministrare; non enim stat me non teneri vitare hunc excommunicatum, & ipsum peccare, mecum participando. Vnde cum in dicto decreto Concilij Constansiensis dicitur non releuari per illud excommunicatum, intelligẽdum videtur directè, & ex intentione, secus indirectè, & quatenus est necessarium, vt fideles tute, & plenè valeant frui priuilegio, cum ipso excommunicato participando, ita *Sot dist 22 part. 1. ar. 4. col. 3. vers ast vero, Couar. cap. alma p. 7 §. 2. & 6. num 8. Sanchez lib. 7. disp 9 nu 8. & alij.*

Quamuis, non licere petere Sacramenta à Sacerdote nõ curato, tradat post alios, *Barth à S. Fausto, de Eucharist. lib. 1. q. 214* quia cooperaretur grauiori illius peccato, cum ipse ministrare non tenetur.

18 An autem sacrificans in casu necessitatis, quo à culpa, & pœna excusatur, possit pro se ipso offerre sacrificiũ, vide *Suar. 5 tomo disp. 9. sect. 4. nu 8.*

19 IX. dubitatur, si excommunicatus celebrat, vel ministrat ex ignorantia excusante à p. m. an p. mor. & fiat irregularis.

Negatiue, cum huiusmodi irregularitas hoc casu imponatur in pænam, quæ non incurritur absque culpa, nec p. m. ratione ignorantiæ, ita *Suar. disp. 11. sect. 3. & 5. & sect. 4. nu. 19.*

20 X. dubitatur, an sacerdos excommunicatus matrimonio assistens prout requirit *Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform.* fiat irregularis ex vi illius actus.

Nequaquam, cum non sit actus ordinis sacerdotalis, sed solum requiritur ad maiorem fidem faciendam; & tale matrimonium erit validum; est communis opinio. Dando tamen benedictionẽ solemnem in matrimonio p. m & irregularis efficitur, secundum omnes, cum sit proprium ministerium ordinis sacerdotalis.

Vnde

Vnde Parochi præsentia, quo ad matrimonium, sufficit, etiam si esset excommunicatus, suspensus, vel irregularis, quamuis non toleratus, tum quia S.C.T. solum requirit præsentiã Parochi, qui licet sit excommunicatus, vel suspensus non desinit esse Parochus propter censuras, tum etiam, quia hæc assistentia auctoritatiua, non est proprie actus iurisdictionis, ita vt non possit valide ab excõmunicato vitando exerceri, sicut ab eo nequaquam possunt exerceri actus iurisdictionis. Sic *Sanch. de matr. lib. 3. disput. 21. Coninch. disp. 27. nu. 24. Guttier de matrim. c. 62. n. 23. D. Ricc. in praxi fori Eccl. resol. 213 & post alios Barbosa de off. & pot. Ep. p. 2. alleg. 32. n. 90.* vbi etiam tradit, valide posse assistere matrimonio Parochum ab Episcopo prohibitũ, ne aliquos matrimonio coniugat ex *Sãch. d. lib. 3. disput. 22. Ricc in praxi fori Eccl. d. resol. 213. Coninch. Guttier. cit. & alijs.*

21 XI. dubitatur, an sacerdos excommunicatus possit ministrare solemnitatem baptismi, absque substantia eius, ex quo fuit priuatim data.

Negatiue, alias p. m. & irregularitatem non effugit, cum huiusmodi ministerium competat sacerdoti, ex vi suæ ordinationis, & diacono in necessitate per delegationẽ. Ita *Suar. 3. tomo disp. 23. sect. 2. & alij.*

22 XII. dubitatur, an excommunicatus possit distribuere Eucharistiam in Ecclesia, vel eam deferre ad infirmos.

Negatiue, & contrauenieñdo p. m. & fit irregularis, cũ sit sacrum, & proprium ministerium ratione sui ordinis. Sed in extrema necessitate poterit excõmunicatus contritus Eucharistiam indigenti ministrare, si non sit alius, qui ministret, nam potest esse, vt per illud Sacramentũ recipiat primam gratiam, quam ante non habebat, ita *Nauar. in summa cap 22. nu. 4. & Suar. 5. tomo disput. 11. sect. 1. nu. 17.* poterit etiam

23 excommunicatus comitari Eucharistiam ad infirmos delatam, dummodo non recitentur psalmi, ita *Say. lib. 2. cap. 3. nu. 13.*

24 XIII. Dubitatur, an possit conferre Sacramentum ordinis.

Negatiue, alias p. m. & fit irregularis; ordinatus vero remanet suspensus ab executione, si fuerit ordinatus ab excommunicato vitando, vt dicam *par. 4 nu. 74.* si vero ordinans non fuerit vitãdus,

dus, ordinatus characterem, & ordinis exequutioné recipiet per fauoré ei concessum per dictã extrauag. ad euitanda, ita *Tolet.l.1.c.14.nu 5.*

25 XIV. Dubitatur, an sacerdos excommunicatus possit ministrare Sacramemtum extremæ Vnctionis.

Negatiue, tamen datum, & receptum ab eo est validum. est communis opinio. poterit tamen sacerdos excommunicatus contritus tale Sacramentum ministrare in casu necessitatis, in quo infirmus sit incapax alterius Sacramenti, quia fortasse esset attritus, & fiet contritus per illud Sacramentum, ita *Suar.disp.11.sect.1.nu.13.*

Ob Secundum effectum excommunicationis, qui est priuatio passiuę communicationis Sacramentorum.

SECVNDO, Prohibetur clericis excommuuicatis
26 suscipere quodlibet Sacramentum alias suscipiendo scienter vel ignorantia vincibili moraliter, p. m. vt docent *communiter Doct. in 4.*
27 *dist.* 18. & hoc est verum tã de excommunicatis vitandis quam non vitandis, cum nullus fauor sit ipsis excommunicatis concessus per dictam extrauag. ad euitãda, sed alijs fidelibus vt dixi; nullam tamẽ pœnam incurrẽt pręterquam suscipiendo Sacramentum ordinis, nam tali excommunicatione clericus innodatus suscipiendo quemcumq; ordinem, etiam minorem remanet suspensus ab ordine sic suscepto, vt dicemus, *par. 4 nu.47.* licet *Tolet.l. 1. cap. 66. nu. 1.* irregularem esse putet.

Sed dubitatur primo, si ex-
28 communicatus recipiet Sacramenta, an sint valida.

Dico secundum omnes, esse valida, quamuis ea in p.m. recipiat, excepto Sacramento pœnitentiæ, si vero absq; culpa, seu iusta cum excusatione Sacramenta recipiet, effectu quoq; gratiæ non erit priuatus, cum tunc non ponat obicem, secus si ponit obicem. Immo Sacramenta imprimentia characterem habent hunc effectum, licet ab excommunicatis recipiantur in p. m. cum huiusmodi effectus non pendeat ex recipientis dispositione. Et hoc est sine controuersia.

29 II. dubitatur, an Sacramẽtum pœnitentiæ bona fide susceptum ab excommunicato sit validum.

Aliqui

Aliqui negant. Sed affirmandum est cum communiori sententia, esse validum. Ita *Palud. 4 d. 18. q. 4. Nauar. in Man. cap. 9. num 3. Couar. cap. alma, part. 1. §. 6. num. 7. Bart. Medina in summa l. 1. cap. 11 § 3 Suar. disputat. 10. sect. 3. nu. 9. Say. l. 2. cap. 2. nu. 3. & alij.* Nam iura quæ excludunt excommunicatum à participatione Sacramentorum, habent verba prohibentia tantum, non irritantia. Dixi bona fide, quia si scienter, vel crassa ignorantia confiteretur, ante absolutionem à censura, esset inualidum Sacramentum, secundum *communem opinionem*.

30 III. dubitatur, an ministri Ecclesiæ possint dare Sacramenta excommunicatis.

Negatiue, alias p. m. *c. Episcoporum, de priuileg. in 6.* estq; *communis conclusio.* Intellige tamen de excommunicatis vitandis post extrauag. ad euitanda: incidunt etiam in excommunicationẽ minorem per huiusmodi cõmunicationem in diuinis cũ prædictis excommunicatis, atq; sunt interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso iure dicto *c. Episcoporum*. Ita *Suar. sect. 2. num. 1. & 8.* Aliqui tamen putant, hanc censuram non pertinere, nisi ad priuilegiatos admittentes tales excõmunicatos ad Sacramenta, diuina officia, & ad sepulturam Ecclesiasticam, & est cõmunis sententia, vt refert *Say. l. 4. cap. 16. num. 7.* licet videatur esse contra verba tex. *dicti c. Episcoporum.*

31 IV. Dubitatur, an prohibeantur dare Sacramenta excommunicatis toleratis, seu non vitandis.

Nequaquam, ex vi ipsius excommunicationis, peccabunt tamen contra ius diuinum naturale, quo tenentur illa indigne postulantibus nõ præbere, & hoc intellige de publicis excommunicatis, siue publice, siue occulte petant, & de occultis si occultè petãt, secus verò si occulti publice petãt quia tunc nõ sunt eis deneganda iuxta doctrinam *D. Th. 3 part. qu. 80. ar. 6.* communiter receptam, de qua supra *2 p. nu. 72.*

Ob Tertium effectum excommunicationis, qui est priuatio orationum, & Ecclesiæ suffragiorum.

TERTIO, Prohibetur sacerdotibus qui eous 32 offerunt ex persona Christi, vel Ecclesiæ, sacrificium offerre pro excommunicato vitando,

tando, vel eum exprimere in canone, aut publicis orationibus, alias p. m. nam in-
33 tentio Ecclesiæ est priuare his suffragijs excommunicatum, & materia huius præcepti est grauis, ita *D. Th. quodlib. 11. art. 9. & Nauar. in summa c. 27. nu. 36. & alij*; licet tamen ipsis vt personæ priuatę secrete etiam in Memento missæ orare pro tali excommunicato, ita *Sylu ex. commun. 1. num. 2. Nauar. in*
34 *Man cap. 27. numero 36 Couarr. cap. alma, part. 1. §. 6 nu. 4 Tolet. lib. 1. cap. 12. num 1. Say. lib. 2 cap. 4. num. 5. & alij*, nam, quamuis sacerdos exerceat publicum ministerium in illo actu, non tamen desinit esse persona priuata, & vt persona priuata poterit pro excommunicatis orare, sicuti pro amicis, dũmodo eos non exprimat in Canone, vel alijs orationibus; quamuis aliqui moderni simpliciter asserant, hoc non esse licitum.

35 Sed dubitatur primo, an excommunicatus toleratus sit vitandus in publicis suffragijs, vel orationibus.

Nauar. in Man cap. 27. n. 36. existimat, ipsum non esse vitandum in publicis suffragijs, & orationibus.

Contrarium tamen tenet *Sot. d. 23 qu. 1. art. 4.* quem sequitur, & defendit *Suar. disput 9. sect 2 num. 17.* nam per extrauag. ad euitanda, nullus fauor fuit concessus ipsi excommunicato: sed si admitteretur ad communiõ suffragiorum participationẽ esset magnus eius fauor. Immò nec præscinderetur ab Ecclesia, vt nõ sit eius membrum, quantum ad participationem communium illius bonorum.

36 II. Dubitatur, an sit licitũ offerre communia Ecclesiæ suffragia pro excommunicatis contritis, non dum tamen à censura absolutis.

Affirmant *Nauar. cap. 27. nu. 18. Couar. cap alma par. 1. §. 6. num. 4. conclus. 9. & alij*, dummodo per eos non stet quominus absolutionem obtineant.

Sed *Adrianus. de Clauibus qu 3. Sotus in 4 dist 22. qu 1. Alanus l. 2. de sacrificio missa cap 31. & Suar. disp 9. sect. 3. num. 2.* negant, posse offerri directa intentione communia suffragia Ecclesiæ pro talibus excommunicatis contritis, ante absolutionem, cũ censura non tollatur per solam pœnitentiam internam, & consequenter censuræ effectus remanent. Et confirmatur hæc sententia *ex c. à nobis il 2. de sent. excom.* vbi

ex-

excommunicatus defunctus ante absolutionem à censura, etiam cum signo pœnitētiæ, nec per eum stetit, quominus Ecclesiæ reconciliaretur, sepeliri non potest in Ecclesiastica sepultura, donec absolutionem obtineat ab Ecclesia, illa autem absolutione maxime indigere potest propter suffragia; nam Summus Pontifex in *cap. sacris, de sepult.* statuit pro huiusmodi excommunicato defuncto ante absolutionem non esse recipiendas oblationes, nec orationes Deo esse porrigendas, ergo si hoc statuit pro huiusmodi excommunicato defuncto, multo magis intelligi voluit de viuo. Et hæc opinio est probabilior.

37 III. dubitatur, an sacrificium missæ, vel alia communia Ecclesiæ suffragia prosint excommunicatis contritis si fuerint pro eis oblata.

Affirmatiue si loquamur de effectu sacrificij missæ per modum satisfactionis, qui dicitur ex opere operato, & correspondet substantiæ sacrificij, secus vero dicendum est de effectu, qui est per modum impetrationis, & correspondet orationibus, quæ in missa dicuntur. Ratio primi est, quia sacerdos sacrificat, non vt minister Ecclesiæ. Sed Christi, & ideo non potest Ecclesia impedire effectum, qui correspondet sacrificio, vt sic. Ratio secundi est, quia sacerdos orat in missa in persona, & vt minister Ecclesiæ: sed Ecclesia non vult vt pro excommunicato oretur in missa in persona sua, sed illū expressè excludit à numero eorū, pro quibus suo nomine orari vult. Et idē dicendū est de alijs suffragijs, quæ minister offert in persona Ecclesiæ. Ita *Suar. disput. 9. sect. 4. num. 3. 5. & 7. licet Say. lib. 2. cap. 4. num. 6.* simpliciter affirmet, prodesse sacrificium missæ pro tali excommunicato contrito.

Ob Quartum effectum excommunicationis, qui est diuinorum officiorum, aliarumque rerum Sacrarum priuatio.

QVARTO, Prohibetur clericis excommunica-
38 tis participatio diuinorum officiorum, & aliarum rerum sacrarum, atq; omnis communicatio Ecclesiastica in diuinis, & contraueniendo p. mor. etiam si non sint vi-
39 tandi, cum nullus fauor sit eis concessus per dictam

constituitur, ad euitanda.

Sed dubitatur primo, an clericus excommunicatus nõ
40 vitandus possit inseruire sacrificio missæ sine peccato in casu necessitatis celebrandi.

Affirmat *Suar. disp. 12. sect. 1. num. 3.* si non adsit alius, qui inseruiat, & sit requisitus.

41 II. dubitatur, an possit clericus excommunicatus interesse sacrificio missæ.

Negatiue, alias p. m. cum sit communicatio in diuinis, quæ est priuatus, tamen non incurret irregularitatem, cũ non sit actus ordinis, nec in iure sit expressa, nisi esset in causa, vt sua auctoritate missa coram ipso celebretur, secundum communem sententiam, ex *cap. illud, de cler. exc. minist.* Ita *Couar. cap alma par. 1. §. 6. circa finem Gl. in clem. 2. verbo celebrare, de priuileg. Abb. in dicto cap. illud nu. 8. & Nauar. in Man. cap. 28. num. 246.* Tamen valde probabile existimat *Suar. nu. 4.* hanc irregularitatem restringendam esse ad solos sacerdotes, quod dicit colligi ex ratione textus. Posset tamen occultus excommunicatus interesse sacrificio missæ, vel diuinis officijs absque peccato ad euitandum scandalum, grauem iacturam, vel infamiam, dummodo non sit in mora petendi absolutionem: est communis opinio.

42 III dubitatur, an possint clerici celebrare missas, & diuina officia coram excommunicato.

Negatiue, alias grauiter peccant, non tamen irregulares fiunt, *cap. is qui, de sent. excomm. in 6.* & intellige de vitando post *extrauag. ad euitanda.* excusarentur, tamen propter vrgentem metum mortis, nisi cõminatio mortis fieret in odium religionis christianæ, vel in contemptum Ecclesiæ. Ita *Sot. 4 dist. 22. quæst 1. art 4. Tolet. lib. 1. cap. 22. num. 5. & Suar. disp. 9. sect. 4. num. 8. & Bart. à S. Fausto de Eucharistia lib. 2. qu. 354.*

43 Est tamen aduertendum, quod si superueniat excommunicatus vitandus dum sacerdos celebrat, & velit missam audire, debet à celebratione cessare, quousq; excõmunicatus ille exeat, & si monitus non vult egredi, expelli debet ab Ecclesia, sine scãdalo tamen, & percussione, vt tradunt *Sotus in 4. dist. 22. qu. 1. art. 4. & Nauar. in Manual. cap. 25. num. 86. & cap. 27. nu. 34.* Sed si non potest expelli, tunc sacerdos, si non ince-

incepit adhuc canonem, debet omnino cessare, potius quam celebrare coram tali excommunicato, si tamen canonem incepit, debet cum ministro prosequi vsque ad sumptionem calicis, cum nullo modo sit sacrificium imperfectum relinquendum; deinde in sacristiam, vel alibi secrete reliqua, post communionem, dicat, ita *Innoc. in cap. nuper, de sent. excomm. Nauar. de orat. cap. 10. nu. 59. Emanuel Sà, verbo excomm: n. 40. & Bar. à S. Fausto dicto lib. 2. qu. 353.* & eo casu, tenentur cæteri, qui missæ adsunt recedere ne peccent, & incurrant in excommunicationem, participando cum excommunicato vitando in diuinis. *Sayr. tamen lib. 2. c. 3. n. 19. & alij* intelligunt prędicta, nō quocūq; modo incepto canone, sed incepta consecratione.

44 Sed diuina officia per superuenientiam excommunicati vitandi semper sunt intermittenda, cum cesset illa ratio sacrificij missæ, alibi tamen priuatim, & submissa voce cōplenda. Ita *Emanuel Sà, v. excommunicatio nu. 40.*

45 Quid si sacerdos, dum celebrat, recolit se esse excommunicatum, suspensum, aut interdictum, vel in p. m.

Et dicendū est, si cōtingat hoc ante consecrationem, debere sacerdotem à sacrificio desistere, si id potest fieri sine scādalo, aut sui diffamatione, quāuis hoc verum cēseat *Barth. à S. Fausto cit. loco q. 352.* si non dum inchoauit canonem, quia si canon esset inceptus, posset procedere in missæ celebratione concepta contritione, cum proposito petendi absolutionē, & satisfaciēdi, ex quo tūc satis indecēs esset sacrificium, quasi substantialiter inceptū, imperfectum relinquere.

46 Aduerte etiam, quod si plures sacerdotes celebrant in eadem Ecclesia, excommunicatus vero in vna cappella missam audiat, tunc alij sacerdotes extra illam capellam celebrantes, non dicuntur communicare in diuinis cum excommunicato, sic etiam, si in Ecclesia separatim orent, vel si excommunicatus non intret Ecclesiā causa audiendi sacrum, sed vt aliud agat, ita *Say lib. 2. cap. 3. n. 22. & alij communiter.*

47 IV. dubitatur, quæ diuina officia sint inhibita clericis excommunicatis.

Dico, quod prohibetur officium canonicum septem horarum publice in Ecclesia, publica processio, publica

 ora-

oratio, benedictio, aut similes cæremoniæ Ecclesiasticę, quæ sũt annexę alicui ordini clericali, vt cantare euãgelium, vel epistolam solemniter, similiter aquam, oliuas, & candelas solemniter benedicere, aspergere vestibus sacris indutus, & præmissis ab Ecclesia orationibus institutis, vel exercere hebdomadarij munus in Ecclesia, dicendo capitulum, vel orationem, & exercendo aliquid horum p. m. Immo irregulares etiam fiunt, quando sollemniter, & ex officio ministrãt in aliquo munere sacro spectante ad suum ordinem, secundum *communem sententiam Theolog. in 4. d. 18.* quam irregularitatem effugiunt, non solemniter, sed tanquam laici huiusmodi aliquid facientes, & in his quæ diximus prohibetur excommunicatus interesse sub p. m. cum sit communicatio in diuinis ei prohibita, nisi ex leuitate materiæ, ideo cauendo in choro cum alijs p. m. non tamen efficitur irregularis, quia hoc munus, etiam laici exercere consueuere.

48 V. dubitatur, an coram excommunicatis possit concionari, & ipsi cum alijs concioni interesse.

Affirmatiue, ex *tex. expresso in cap. responso, de sent. excommun.* quia concio tendit ad vtilitatem, & conuersionem illius.

49 VI. dubitatur, an excommunicatus possit concionari.

Negat *Suar. disp. 12. sect. 2. num. 4.* si est vitandus, cum non suam vtilitatem intendat, sed aliorum, eisq; non sit concessa cum alijs communicatio, nisi forte in extrema, vel graui necessitate: Si vero non fuerit vitandus poterit concionari, vel docere theologiam, sacram Scripturam vel aliam sciẽtiam, (maxime si ex officio hoc munus obeat,) in fauorem aliorum, & gratiam communis boni, & ius eorum alijs exigentibus.

50 An autem Sacerdos excommunicatus fiat irregularis concionando. Affirmat *Nauar. in summa, cap. 26 nu. 163.* Tamen negandum censeo, quia concionari non est actus ordinis, sed potius iurisdictionis, nam Christus cũ dixit Apostolis, prædicare euangelium, non dedit ordinis, sed iurisdictionis potestatem. ita *Suar.*

51 VII. dubitatur, an excommunicatus possit interesse lectioni theologiæ, sacrę scripturæ, vel alterius scientiæ.

Affir-

Affirmat *Say. lib. 2. cap. 11. num. 14.* Sed melius negat *Suar. disput. 12. sect. 2. num. 4.* nec bene infertur ex eo, quod excommunicatus potest interesse concioni, posse etiam interesse lectioni, tum quia de concione est expressum in dicto *c. responso*, quod non habemus de lectione, tum etiam, quia concio est quoddam medium per se cōferens ad finem excommunicationis, qui est conuersio hominis, lectio verò ordinatur ad intellectus eruditionem.

52 Addit etiam *Suar.* magistrum, & condiscipulos non teneri omittere lectionem, ex eo quod aliquis audientiū est excommunicatus; quia non dicuntur communicare cum illo, neq; hæc actio æquiparatur cum coassistentia in missa, vel diuino officio, immo inquit *Sotus*, magistrū, di-
53 scipulo excommunicato interroganti circa lectionem, posse respondere; ita habet *dist. 22. qu. 1. art. 4.* sequitur *Henriquez lib. 3. de excom. c. 22. §. 4.* sed hoc non admittit *Suar.* cum sit communicatio indiuidua, & particularis cū excommunicato prohibita, nisi responsio ordinaretur ad vtilitatem, & conuersionem animæ illius.

54 VIII. dubitatur, an clerici excommunicati teneātur recitare officium canonicum priuatim ratione ordinis sacri, vel beneficij.

Affirmatiue, licet fructibus beneficij priuentur, cum sit onus personale hæc recitatio, à quo non releuantur per excommunicationem, ita *Sylu. hora num. 4. Tolet. lib. 1. cap. 67. num. 4. Lessius de iust. lib. 2. cap. 37. dub. 45. Garcias par. 1. cap. 4. num. 232. & alij communiter*, & tunc debent
55 omittere, Dominus vobiscū, & loco eius dicere, Domine exaudi orationem meam, alias p. m. & irregulares fiūt, secundum communem sententiam; nam huiusmodi versiculus à solis sacerdotibus, & diaconibus dici potest iuxta Ecclesiæ vsum, & præsefert personam publicam. *Suar. tamen disp. 12. sect. 2. nu. 13.* facile excusatā p. m. & irregularitate dicendo, Dominus vobiscum, ex inaduertentia cum leui negligentia, vel si fiat ex quadam verecundia, absque contemptu; quamuis fiat aduertendo, nam potest esse culpa venialis ex materiæ leuitate.

56 IX. Dubitatur, an clericus excommunicatus possit cum alio, horas canonicas, vel aliud officium diuinum recitare; Ne-

Negatiue,cum fit communicatio ei prohibita,*cap.cum excommunicato 11. qu.3.* Ita *Nauar.in Man.cap.27.num.19.& Couar.cap.alma par.1. §.3.num.*8. Existimat tamen *Suar.num.18.* non esse p. m. secluso contemptu, & scandalo, cum non sit communicatio ita prohibita, vt communicatio in sacris,& diuinis officijs publicis, sed vt quælibet alia communicatio,nec per hanc recitationem cum alio irregularitas contrahitur, cum non sit actus ordinis.

An autem clerici non excommunicati recitantes horas canonicas priuatim cum
57 excommunicato p.m.

Negãt *Couar loco cit.vers. nam forte.Henriq. lib. 13. de excom.cap.7.§.2.& Say.lib.2. cap.3.num. 13.* nam cum excommunicatus non sit priuatus, vel interdictus priuatim officium recitare, cum eo sic priuatim communicare erit tantum p. v. Addit quoque *Nauarr.in summa c. 27 nu.36.* non esse p.m.communicare cum excommunicato in alijs priuatis orationibus,vt simul cum eo benedicere mensam;vel dicere salutationem Angelicam, nec
58 esse p. m. participare in diuinis cum excommunicato, nisi quando in Ecclesia publice, & solemniter celebrantur,ita *Nauar.Couar.& Say. cit.*

59 X. Dubitatur, an excommunicatus possit vti rebus sacris ad priuatam deuotionem v. g. sacris imaginibus, signo crucis, diuinis officijs, psalmis Dauid.&c.

Affirmatiue, quia non est communicatio cum fidelibus; non tamen poterit vti Sacramentalibus,alijsque rebus sacris quatenus ordinantur ad aliquem spiritualem fructum percipiendum, ex
60 merito,vel Ecclesiæ applicatione,cum sit priuatus omnibus Ecclesiæ suffragijs. ideo aqua benedicta vti non poterit ad sibi applicandam Ecclesiæ deprecationem,sed tãtum vt memoriali quodam, quo excitetur ad actum pœnitentiæ, ita *Suar. disput.12. sect.3 num.1. & 8.* licet *Say. lib.2.cap.3.num. 17.* simpliciter asserat, posse excommunicatum cum ingreditur Ecclesiam,sumere aquam benedictam. Et hac ratione nec fruetur indulgentijs,vt notat *Adrian.in 4.qu.3.de clauibus:* poterit tamen ingredi Eccle-
61 siam quando diuina officia non celebrantur,& ibi priuatim orare, ita *Couar.c.alma part.1.§. 3. num. 7.* qui communi-

muniter, ita receptum esse testatur, licet *Abb Felin. & alij in cap. responso de sent. excom.* aliter dicant.

62 XI. Dubitatur, an excommunicatus possit sepeliri in Ecclesiastica sepultura.

Nequaquā, si ante absolutionem à censura, viam vniuersæ carnis ingrediatur, etiā cum signis pœnitentiæ, *cap. à nobis, de sent. excom. & c sacris, de sepult.* Intellige tamen de excommunicato vitãdo post extrauag. Alios autem excommunicatos sepelire non est prohibitum, nam dum eis viuis communicauimus, etiā mortuis communicare possumus, *d. cap. sacris* ita *Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 8.* Vnde Ecclesia non polluitur per sepulturam excommunicati, nisi illius tantum, qui vitan-

63 dus est, *Victor. in summa materia de Euchar. qu. 90. & alij*, quo casu si corpus excommunicati vitandi fuerit sepultum in loco sacro, est exhumandum, & procul ab Ecclesiastica sepultura iactãdum, si poterit discerni, alias est tolerandum, *d cap. sacris*; Immo tunc locus ipse est reconciliãdus aspersione aquæ benedictæ solemniter, vt fit in Ecclesiæ dedicatione, *cap. consuluisti, de consecr. Eccles. vel altaris.*

Sepelientes autem scienter, vel propria temeritate tales excommunicatos vitã-dos in cæmeterijs, & alijs lo-

64 cis sacris, sunt ipso iure excommunicati, *clem. 1. de sepult.* Si vero ignoranter, etiã ignorantia culpabili, vel ex graui metu coacti eos sepeliunt, non incurrent hanc excommunicationem, secundum *Suar. disp. 12. sect. 4. n. 9.* quia in *d. clem.* sepelientes scienter, & propriæ temeritatis audacia, excommunicantur.

65 Vnde sequitur tali excommunicato vitando defuncto, esse negandum omnem honorem Ecclesiasticum, cum eo sit priuatus, cumque sit quædam communicatio moralis cum ipso defuncto, & clerici exhibentes funeralem iuxta morem Ecclesiæ grauiter peccarent, quia esset cõmunicatio in diuinis cum excommunicato. *Suar. n. 14.*

66 Sed dubium est; qui intelligantur nomine sepelientium.

Caiet. in summa verbo excommunicatio nu. 46. & Nauar. in Man. cap. 27. nu. 137. existimãt, solum intelligi immittentes cadauer in sepulturam proprijs manibus, cũ pœnæ sint restringendæ, *cap. odia, de regul. iuris in 6.*

Suar. tamen num. 11. melius

lius existimat, nomine sepelientium comprehendi, etiam mandantes sepelire tales excommunicatos. nã alias redderetur inutilis constitutio *d. clem. 1.* vt aduertit *ibi glo.* quia immittentes cadauer in sepulchrum semper sunt homines rudes, & ignorantes ius, vel factum, & facile ad id faciendum compelluntur, quibus in casibus diximus excusari à tali excommunicatione. Vnde ne reddatur elusoria prædicta constitutio, est saltem extendẽda ad eos, qui sunt proximiores sepelientibus, vt sunt mandantes, cum is dicatur etiam delinquere, cuius mãdato quis delinquit, *cap. mulieres § illi vero, de sẽt. excom.* & huiusmodi extensio colligitur etiam ex verbis *d. clem.* Ibi, *qui propria temeritatis audacia &c.* Illi vero qui solum comitantur funus, vel cantant, & deferunt crucem, vel lumina in *d. clemen.* non comprehenduntur, cum non sepeliant, sic etiam deferentes cadauer suis humeris vsq; ad Ecclesiam, & fodiunt sepulturam, dummodo non inferant ipsorum opera illud cadauer, nec operiant terra, ibi etiam non comprehenduntur secũdum *Suar. disp. 12. sect. 4. n. 11.*

67 XII. dubitatur, an clerici possint pro excommunicatis defunctis accipere eleemosinas, & pro eis oblationes offerre.

Negatiue, ex *c. sacris, &c. à nobis il 2. de sent. excom.*

Ob Quintum effectum excommunicationis, qui est priuatio, siue inhabilitas ad ecclesiastica beneficia obtinenda, & ad eorum fructus percipiendos.

68 QVINTO, Prohibetur clerico excommunicato acceptare electionem, vel accipere beneficiũ ecclesiasticum, alias p. m. nec illud, ita
69 acceptum potest retinere, est communis opinio.

Sed dubitatur primo, an valeat præsentatio, postula-
70 tio, resignatio, vel collatio beneficij facta excommunicato.

Negatiue, vt habetur in *cap. postulastis, de cler. excom. minist.* & tenent *Couar. cap. alma part. 1. §. 17. num. 1. & 8. Lessius de iust. lib. 2. cap. 34. num. 116. Tolet. lib. 1. cap. 14. n. 2. & alij communiter.*

71 II. dubitatur, si clericus ignorat probabiliter se esse excommunicatum, quo à culpa, & pœna excusatur, an valeat

valeat

valeat electio, & collatio beneficij illi facta.

Affirmat *Nauar. in c. fratres de panit. dist. 5. num. 45.* & est probabilis opinio, vt testatur *Lessius nu. 117.*

Contrariam tamen sententiam veriorem existimo, quã tenent *Couar. cit. loco num. 3. Tolet. lib. 1. cap. 14. num. 3. & Lessius d. num. 117.* nam licet excommunicationis ignorãtia valeat ad non incurrendã irregularitatem, & pœnas statutas illis personis, qui in eo statu aliquid fecerint prohibitum, tamen non valet ad aliquem habilem efficiendũ, ad quæ est inhabilis per illam, & ita est praxis, cum Summus Pontifex soleat à censuris absoluere, dum de beneficio alicui prouidet, ad præsentis collationis, scilicet, effectum consequendum.

An autem, sic absolutus cũ dicta clausula à censuris ad effectum obtinendi beneficium, à Papa collatum possit celebrare, diuinis interesse, ordines suscipere, aut fructus facere suos.

Negatiue dicendum est, ex quo huiusmodi absolutio in casibus, in quibus suffragatur, suspensionem dumtaxat impedimenti operatur, quousq; gratia sortiatur effectũ: introducta enim fuit hæc clausula in Curia ad euitandã nullitatem collationis, ob incapacitatem, ratione excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quæ reddunt ipso iure irritam collationem. *Nauar cons. 28. nu. 5. de sent. excom. Rebuff. in forma noua prouisionis, § seq. absoluentes, & latè per Illustriss. D. Riciull. Episcop. Vmbriaticens. lib. 4. de iure person. c. 4.*

Non tamen est prætermittendum, quod clausula prædicta in aliquibus casibus non suffragatur *iux. regul. Cancel. 65.* de cuius intellectu agit *Rota in tuden. benef. 5. Aprilis 1604 coram D. Penia*, & præcipue non suffragatur, quando quis insorduerit in excõmunicatione vt per *Tolet. in summa lib. 1. cap. 13. Paris. de Resig lib. 4. qu. 3. num. 54. P. Alph de Leone de off. Capell. q. 4. praxi 6. num 95. & D. Ricciull. loco cit. cap. 8.*

72 III. dubitatur, an huiusmodi clericus possit licite retinere tale beneficium post absolutionem à censura sine noua collatione.

Negatiue, quia ab initio fuit nulla collatio, nec per absolutionem validatur, *argum cap. non firmatur. de regul. iuris in 6. & l. quod ab initio. ff de regul iuris*, & cõsequẽter nec fructus percep-

tos ex tali beneficio poterit retinere, dum illos excommunicatus accepit, nec beneficium erat suum, est communis sententia, vt profitetur. *Couar. d. cap. alma par. 1. §. 7. num. 3. ver. 7. idem.* posset tamen excusari à restitutione fructuum perceptorum ex eo beneficio, si exercuerit bona fide aliquod officiũ, ratione ipsius beneficij, propter quod congruentem mercedem iuste potest accipere ex fructibus ratione operis, quia inseruiuit ecclesiæ, vel si plures fructus acceperit, & consumpserit bona fide, nec locupletior est effectus, ita *Suar. disp. 13. sect. 1. nu. 3.*

73 IV. dubitatur, si excommunicatus acceptat beneficium sibi collatum ante excommunicationem, an valeat acceptatio.

Affirmat commmunis sẽtentia, vt tradunt *Couarr. loco citat. num. 4. & lib. 1. var. resol. cap. 16. num. 4. & Less. de iust. lib. 2. cap. 34. n. 11.* eamque sequuntur *Tolet. lib. 1. cap. 14. nu. 3. & Say. de cens. lib. 2. cap. 5. nu. 11.* ratio est, quia illa acceptatio potius ad factum, quàm ad ius pertinet.

Suar. tamen disp. 13. sect. 1. nu. 15. negat acceptationem illam valere ad augendum ius collationis factæ ante excommunicationem; quia cum quis acceptat beneficium, tunc acquirit ius, *c. si tibi absenti, de preben. in 6.* sed excommunicatus est incapax ad ius acquirendum; ergo acceptatio prædicta est inualida.

74 Ex quo colligit *Suar.* quod si prædicto clerico excommunicato fuerit tempus præfixum ad acceptandum, quãuis infra terminum acceptet, si elapso termino adhuc in excõmunicatione existat, poterit collator alteri beneficium illud conferre, iux. *tex. in d. c. si tibi absenti*, quia illa acceptatio fuit inualida, & vt acquiratur ius in beneficio, debet acceptatio esse valida. Si vero existendo in excommunicatione acceptet & deinde absoluatur ab excommunicatione, probabile existimat *Suar.* sine noua acceptatione statim acquirere ius, & dominium beneficij, quia fuit iam ablata excommunicatio, quæ obstabat, ne collatio statim haberet effectum suum, & voluntas cõferentis, & acceptantis adhuc dicitur perseuerare, sed prior opinio est tenenda, quia est communis.

75 An autem excommunicatus per talem acceptationem peccet. Ali-

Aliqui asserunt peccare mor. *Suar. vero nume. 25.* existimat, non peccare, neque venialiter per se loquendo, ex vi solius censuræ, cum sit huiusmodi acceptatio quædam declaratio voluntatis, nec interuenit ibi cooperatio ad actionem iniustam, vel irritam; cum collatio facta ante excommunicationem sit iusta, & legitima, neq; excommunicatus est persona indigna ad acceptandum beneficium alias legitime oblatum, & pro tempore quo erit capax obtinendum, quamuis per censuram sit persona indigna, & inhabilis ad recipiendum beneficium.

76 V. dubitatur, an eligens, vel conferens beneficium scienter excommunicato, peccet mor.

Affirmatiue, tum quia est quædam communicatio in diuinis, tum etiam, quia est electio personæ indignæ, & inhabilis, contra iustitiam, commune bonum, & contra ius aliorum, ita *Caiet. in summa verbo excom. pun. 2* Et si est excommunicatus vitandus, est etiam suspensus à collatione eiusdem beneficij, post extrauag. ad euitanda, vt puniatur in eo, in quo deliquit, *c postulastis, & ibi etiam Rebuff nu. 246. & 166. de cler. exc. ministr.*

SEXTO, prohibitũ est clerico excommunicato percipere fructus beneficiorum suorũ, nam licet non sit ipso iure priuatus per excommunicationem, beneficijs obtentis

77 ante excom. tamen fructus eorum non facit suos, cum sit eis ipso iure priuatus, vt colligunt *glo. Abb. & communiter Doc. ex c. postulastis §. verum de appel.* quos sequitur *Couar l 3. var. resol. c. 13. nu. 8. vers. 2 & Garsia p. 1 cap. 5. nume. 131. & part. 7. cap. 13. num. 90.*

78 I. Sed dubitatur primo, an excommunicatus sit priuatus alijs redditibus, qui præstantur ob ecclesiæ emphyteusim, & pensionibus, quæ dantur titulo clericali.

Affirmatiue, cum redditus pensionis fructus sint ecclesiastici, quibus excommunicatus est priuatus, ita *Henriqu. l. 3. de excom. cap. 13. §. 2. Sayr l. 2. cap. 3. num. 15.* qui præstantat, & *Garcia cit. loco.*

79 II. dubitatur, quid erit faciendum de huiusmodi fructibus, quibus excommunicatus interim est priuatus.

Dico, quod sunt expendendi in vtilitatem illius ecclesię ad quam spectat beneficium, secundum communem sententiam, vel authoritate su-

perioris si res fuerit publica, vel ab ipsomet excommunicato si fuerit occulta. Distributiones vero quotidianæ aliis de collegio accrescunt, ita *glo. in clem. 2. verbo dimidia de ætate, & qual. & Tolet. l. 1. c. 14. num. 13.*

80 An autem si assistat diuinis officiis lucretur distributiones. Affirmat *Petrus Nauar. l. 2. c. 2. p. 2. num. 243. Henriq. l. 13. de excom. c. 3. nu. 3. & c. 24. num. 3. in fine, & Sanch. l. 3. disp. 51. num. 12.*

81 III. dubitatur, si excommunicatus ex beneficio soluebat pensionem, an debeat illam soluere ex illius fructibus, vel ex propriis bonis.

Aliqui asserunt, illam debere soluere ex propriis bonis. ita *Gigas de pension. q. 64.* quem sequitur *Tolet l. 1. cap. 14. in fine.*

Ego vero existimo, huiusmodi pensionem esse soluendam ex fructibus beneficii, quibus est priuatus, tum quia pensio est imposita super beneficium, non super personam, tum etiam quia excommunicatus priuatur fructibus ad ipsum spectantibus; at pars quæ adiudicata est pensionario non est computanda inter fructus ad ipsum excommunicatum pertinentes, ideo propter excommunicationem beneficiati in illa non fit mentio, sed semper manet quasi reseruata ex fructibus soluenda illi, cuius est pensio, & hanc opinionem tenent *Vgol. de cens. Tab. 2. c. 2. in fi. Accursius in l. inter quos §. damnum ff. de dãno infecto, verbo percipienda, Garf. p. 1. c. 5. n. 226. & alij*

82 IV. dubitatur, an clericus excommunicatus possit sibi succurrere de fructibus beneficiorum, propter necessitatem vrgentem.

Affirmatiue, si recessit à contumacia, & paratus est ecclesiæ satisfacere; ita *Nauar. c. 25. num. 124. Sil. clericus 4. nu. 17.* qui circa finem, videtur asserere, quod si recessit à contumacia, etiam sine indigentia, potest accipere omnes fructus. Quod non admittit *Suar. disp. 13. sect. 2. num. 17.* cum interior resipiscentia, & diligentia ad absolutionem consequendam nõ sufficiat, vt excommunicatus iustè accipiat illos fructus, sine indigentia, nam quamuis à contumacia non dum tamen ab excommunicatione recessit, donec obtineat absolutionẽ, & vt excõmunicationis effectus tollãtur, non sufficit talis volũtas, nisi tollatur excõmunicatio, Si vero nõ recessit à cõtumacia,

cia,

cia, non est sibi succurrendũ, ita *Suar. num.* 14. nam ecclesia non tenetur alere ex suis bonis eum, qui est in actuali contumacia, licet indigeat, & mendicare cogatur, cum in contumaciæ pęnam id ipse mereatur, & si dedecor inde resultaret, erit potius in eius personam, quam in ordinẽ.

83 VI dubitatur, an iniustè excommunicatus amittat fructus beneficiorum.

Negatiue, immo neq; distributiones quotidianas si solitus erat seruire, ideo absolutus omnia recuperabit cum huiusmodi priuatio sit pęna, quæ non afficit non delinquentes, *gio. in c. pastoralis §. verum, verbo subtrahitur, de appell Couar l. 3. var. resol. c. 13. num. 8. Tolet l. 1. cap. 14. n. 13. & Follir. in praxi crim. can. 3 par. c. 53. num. 111.* Et tanto fortius, nõ amittet fructus. & distributiones si excommunicatio fuerit nulla, ita *Say. l. 2 c. 5 num.* 25. Si vero excommunicatus fuerit in mora petendi absolutionem; eo casu fructus tempore moræ non recuperabit; cum sua culpa fuerit in excõmunicatione, *Say. loco cit.* Sed

84 VI. dubitatur, à quo sit petenda restitutio distributionum.

Dico, esse petendam ab eo, qui fuit auctor iniustæ excommunicationis, argum. *c sacro § cumq; desint excom.* non autem ab ijs, quibus fuere adiudicatæ, ex quo propter absentiam excommunicati fuit eis ius acquisitum in illas distributiones, quod procedit maxime quando accrescunt alijs de collegio iux. *cõstit. Bonifacij 8. renouatam per Conc. Trid sess. 24 c. 12. de refor.* quia tunc iam trãsierunt in proprium stipendium, eorum ministerij, & officij. Si vero non fuerint applicatæ, ex quo erant applicandæ alicui loco pio completa causa, & tunc omissa applicatione sunt restituendæ proprio domino, cum illi loco non sit ius iustitiæ acquisitũ, ita *Suar. disput. 13. sect. 21 nu. 23.*

85 Septimo, prohibetur clerico excõmunicato, temporalis administratio ecclesię, & beneficij, ita *Abb. in cap. veritatis num. 34. de dolo, & contum.* tum quia in ea requiritur communicatio; excommunicato inhibita, tum etiã quia fructibus est priuatus, ideo non debet eos administrare.

86 Sed dubitatur, an administrata ab excommunicato valeant.

Ne-

Nequaquam, si fuerit excommunicatus vitandus, secus verò si fuerit non vitandus, post extrauag. ad euitanda, licet ipse peccet, ita *Tolet. lib. 1 c. 12. num. 3. & alij*, quos refert, & sequitur *Say. l. 2. c. 3. num. 31.*

87 An autem, teneatur recitare priuatim horas canonicas ratione beneficij, vide supra nu. 54.

Ob Sextum effectum excommunicationis, qui est priuatio ecclesiasticæ iurisdictionis.

88 OCTAVO. Prohibetur clerico excommunicato vti iurisdictione spirituali; v. g. excommunicare, suspendere, leges ferre, in ipsis dispensare, & similia, *ut diximus 24. q. 1. ita glo in cap transmissam, de elect. verbo de talibus, Abb. in c. ad probandum num. 14. de sent. & reiud. Io. de Selua tract. de benef. p. 3. q. 4 num. 21.* & quoties tales

89 iurisdictionis actus exercet p. m nisi ex leuitate materiæ vt si daret licentiam in re parui momenti, & hoc etiã si sit occultus excommunicatus, nisi ipse non se ingereret, sed requisitus aliquid faceret in aliorum fauorem vt etiam diximus supra nu. 17.

90 Sed dubitatur primo, an excommunicatus possit delegare iurisdictionem.

Negatiue, ex *c. 1. de off. vicarij in 6. & ibi glo.* cum delegare sit vsus iurisdictionis, quo est priuatus, vt sumitur ex *l. imperium ff. de iurisdict. omn. iud.*

91 II. dubitatur, si post delegationem iurisdictionis fuerit, quis excommunicatus an suspendatur delegatio.

Resp. si res sit integra suspenditur, secus si non sit integra, ita *Say l. 2. c. 6. num. 20.* nam non censetur efficaciter transijsse in ipsum iurisdictio, deinde transire non potest qua est excommunicatus delegans, vt colligitur ex *cap. licet vndiq; & ibi glos. verbo, re integra, & Abb. nu. 8. de offic. deleg.*

92 III dubitatur, an valeant actus iurisdictionis ab excõmunicato facti.

Negatiue, vt probatur in *d. c. audiuimus 24. q. 1. cap. ad probandum, de sent. & reiud. ita glo. in d. c. 1. de off. vicarij in 6. & Tolet, l. 1. cap. 14. nu. 4.* intellige tamen de vitando, post extrauag.

93 Vnde nota, quod quis non ligatur sententia talis iudicis excommunicati, cum sit ipso iure nulla, nec vti poterit dispen-

spensatione, vel licentia ab eodem data, alias grauiter peccaret, præter peccatum communicationis cum excõmunicato, immo incurret censuram, vel pœnam ipso iure impositam contra facien-
94 tes aliquid sine ea licentia, vel dispensatione, cum dispensatio, vel licentia à tali excommunicato pro nulla habeatur. Idemq; dicendum est de eo, qui vtitur literis dimissorijs ab excommunicato datis ad ordines suscipiẽdos, quia idem est, ac si sine literis dimissorijs ordinaretur, Si vero excommunicatus non sit vitandus licet sit publicus, & dispenset, vel absoluat &c. poterit acceptari à subditis tanquam validum, & vtile, sed si aliquid præcipiat, non tenentur illi obedire, cum non teneantur cum illo communicare, nec si excommunicat, valebit excommunicatio, ita *Suar. disp. 14. sect. 1 num. 5. & 15.* Sed.

95 IV. dubitatur, si fuerit excommunicatus publicus, etiã denunciatus in vno loco, & in alio occultus, an valeant eius acta in eo loco, in quo est occultus.

Dico valere pro tempore, quo ibi gerit publicum officium, cum censeatur occultus, quoad hunc effectum, ita communiter Canonistæ argum. *l. barbarius ff. de off. prætoris*. Et a fortiori, idem dicendum est de excommunicato simpliciter occulto respectu cuiuscunq; loci.

96 V. dubitatur, an excommunicatus possit conferre beneficia ecclesiastica.

Nequaquã & si cõferat nec valide, nec licite conferet, est communis opinio, quæ probatur in c. vnico, ne sede vacante in 6. nam collatio beneficij non potestatis ordinis, sed iurisdictionis est actus qua excommunicatus caret, cum ea sit priuatus vt dixi, ita *glo. in c. transmissam, verbo de talibus de elect.* intellige tamen de vitando, post extrauag.

97 VI. dubitatur, an valeat collatio facta à Vicario Episcopi excõmunicati, vitandi.

Negatiue, cum Vicarius eo casu conferat nomine ipsius Episcopi excommunicati, à quo eius iurisdictio pendet. *c. 2. de consuet. in 6.* Vnde cum per excommunicationem sit episcopi iurisdictio suspensa, etiam Vicarij authoritas suspensa iudicatur, argum. *c. 1. de off. vicarij in 6.* Hoc tamẽ fallit si talis Vicarius aliunde haberet iurisdictionem, vel potestatem, secundum *doct.* in

in d. c. 1. & Say l. 2. c. 5. nu. 3.

98. VII. dubitatur, an excõmunicatus possit eligere ad beneficia, vel dignitatem ecclesiasticam.

Negatiue, vt colligitur ex *c. vnico, & ibi glo. verbo maioris, ne sede vacante in 6.* & tenent *Couar. c. alma p. 1. §. 7. num. 8. vers. 12. Nauar. in Man. c. 27. num 21. Tolet l. 1. c. 14. num. 4 & alij.* cum eligere ad iurisdictionem pertineat, qua ipse caret. Intellige tamẽ de excommunicato vitando, vt dixi supra, & contraueniendo p. m. & electio est nulla. Ita *Abb. in c. ad probandum num. 14. de sent. & reiud.*

99. VIII. dubitatur, an sit valida electio si inter electores sit vnus tantum excommunicatus vitandus.

Quidam negant valere talem electionem si omnes electores, vel maior pars scirent excommunicatum, & possent expellere, & non expellerẽt, & hoc in odium eorum, qui scienter excommunicatum admiserunt; ita *Abb. in c fin. num. 6. de procur. & communiter canonista.*

Alij vero, simpliciter non admittunt hanc sententiam, sed solum quando votum ipsius excommunicati fuit ad effectum electionis necessarium. secus vero si præter votum excommunicati erat numerus sufficiens suffragiorum, quia tunc erit valida electio. nam votum excommunicati tanquam nullum hoc casu est computandum; licet peccet se ingerendo, ita *Richard. 4. dist. 18. arti 17. q. 1 ad 3. Astens. 2. p. l. 7. tit. 9. q 6. & Henriq lib. 13. de exc. cap. 7 § 2.* Vtraque opinio est probabilis secundum *Say. l. 2. c. 6. nu 5.*

Aliter denique distinguit *Suar. disp. 14. sect. 2. num. 8.* Primo si electio requirit certum numerum electorum ad eius valorem, & ille per excommunicati suffragium cõpletur, tunc est inualida electio cum requiratur omnes esse habiles; excommunicatus vero est inhabilis, ideo perinde est ac si à paucioribus electio fiat, ita colligitur ex *cap. ad probandum de reiud.*

Secundo, si electio ad eius valorẽ requirit consensũ omniũ suffragiorũ, q ad electionẽ cõuenerunt, siue plures, siue pauciores sint, tunc si oẽs conueniant in vno, non est cur sit irrita electio, licet vnus sit excommunicatus, cum habiles electores sint concordes, etsi pauciores sint, nam si vnus abesset electio

ctio valeret, ita quoque si vnus est excommunicatus, non est cur sit inualida, nisi irritetur speciali iure.

Tertio, eodem casu si vnus eligentiũ dissentiret ab alijs, tunc si electio est publica, & qui dissentit est excommunicatus valida erit electio, cum excommunicatus non sit verus elector, & nihil refert ad valorem electionis quod ipse dissentiat; secus tamen si is, qui dissentit non est excõmunicatus, quia electio erit nulla ꝓpter defectũ communis consensus omniũ Si vero electio est secreta, & ignoratur is, qui dissentit an fuerit excommunicatus, moraliter præsumitur electionem fuisse ex veris electoribus, quia plures sunt.

Quarto, & vltimo, si electio non requirit certum eligentium numerum, nec omnium consensum, sed maiorẽ partem, tunc si præter votũ excommunicati adest numerus sufficiens ad electionem complendam, electio erit valida, non obstante excommunicati interuentu, cum ad electionis valorem nihil conferat, & hoc siue publicè, siue secrete fiat. Si autem numerus suffragiorum est talis vt ablato vno, vel altero excommunicato reliqui ad electionem faciendam non sufficiant, tunc si electio est publica, & in ea constabit excommunicatum pro electo tulisse suffragium, erit inualida electio, propter defectum sufficientis numeri habiliũ suffragiorum, secus tamẽ si votũ non dederit, qui erit valida electio, cum sine illo sit numerus sufficiens. Si vero electio est secreta, inualida habenda est propter sufficientis numeri habilium eligentium incertitudinem. Et nota, quod hoc casu numerus sufficiens suffragiorũ est computandus seclusis excommunicatis, & sic electio est facienda à maiori parte suffragiorum habilium.

Tandem idem *Suar. num. 17.* in praxi seruandam esse censet communem sententiam, nullam esse electionem, quando est facta cum voluntaria admissione excõmunicati ad eligendum, & hoc in odium excommunicationis, quæ sententia sumitur ex *d. c. vltimo. de procur.*

100 IX. dubitatur, an præsentatio facta à clerico excommunicato vitando, sit valida.

Pro solutione, est præmittendum, quod ius patronatus aliud est clericale, quod competit ratione beneficij ecclesiastici, vel ecclesiæ.

Aliud laicale, quod competit ratione patrimonij: hoc posito.

Dico, quantum ad præsentationem clericalem, non valere huiusmodi præsentationem factam ab excommunicato, quia confertur ius, & equiualet electioni, quæ ab eodem excommunicato facta neque valet, vt colligitur *exc. cum autem de iure patron. Ita communiter canonistæ*, quos sequitur *Say. lib. 2. c. 6. num. 7 licet Suar. disp. 14 sect. 2 num. 3* aliter sentiat. Quantum ad præsentationem laicalem est valida, secundum communem opinionem, licet ab excommunicato fiat, vt firmat *Say. loco cit. & Garcia p. 5 c 4 nu 307.* cum huiusmodi præsentatio non tribuat ius, sed sit quædam expressio voluntatis, & sit quid facti tantum.

Limitat tamen hanc communem sententiam *Suar.* Si Episcopus acceptauerit, nam in potestate Episcopi est si
101 voluerit cum illo communicare. Vnde secundum eundem, si talis patronus fuerit in mora legitimè præsentandi intra tempus, in quo tenetur secundum ius, vel specialem institutionem, poterit Episcopus liberè prouidere beneficium illud, non habita ratione præsentationis ab excommunicato facta, cum deficiente legitima præsentatione, ius ad eum deuoluatur.

Aduerte tandem, quod excommunicatus præsentans, siue in iure patronatus clericali, siue laicali, peccat præ-
102 sentando, cum vtatur hominum communicatione, qua est priuatus, ita *Say. lib. 2. cap. 6. num. 7.*

Ob Septimum effectum excommunicationis, qui est priuatio ciuilis communicationis.

103 NONO, Prohibetur excommunicatus vti omni ciuili communicatione fidelium, ita *communiter doct.* Quæ communicatio comprehenditur in illo vers. os, orare, vale, communio, mensa negatur, & tam ipsi excom-
104 municati hoc casu regulariter cum alijs, quam alij cum ipsis excommunicatis vitandis participando p. v. ita *communiter theologi, & canonistæ.*

105 Sed dubitatur primo, an clerici possint communicare cum Episcopo excommunicato vitando.

Negatiue, per se loquendo, si essent ei obligati ratione

ne spiritualis iurisdictionis, cum ipse Episcopus sit priuatus vsu iurisdictionis, clerici vero familiares, & seruientes possunt cum eo communicare in his, quæ sunt domestica, ratione familiaritatis, & ratione mercedis, qua sunt obligati, ita communiter *Doct. exe. miratus d. 93. c. sacerdotis 2 q. 7. & c. vltimo de excess. prælat.* excusantur etiam a culpa huius communicationis ciuilis cum excommunicato vitando in aliquibus casibus contentis in illo vers. vtile, *lex, humile, res ignorata, necesse, quem refert gl. in c. cum desideres, de sent. excom. & explicat Suar. disp. 15 sect. 3. & Tolet. l. 1. c 12. num. 4.*

106 II. dubitatur, an clericus excommunicatus possit licite condere testamẽtum, vel codicillum.

Negatiue, cum in eo requiratur communicatio ex inhibita, tamen testamentum ab eo factum iux. iuris formam erit validum tam de iure canonico, quam de iure ciuili, ita *communiter doct. quos sequitur Io. de Selua tract. de benef par. 3 q. 4 nu. 4.* nam testamentum habet valorem ex voluntate testatoris, & nulla lex hoc casu irritat hanc voluntatem.

107 III. dubitatur, an sit validum testamentum, in quo clericus excommunicatus sit hæres institutus.

Affirmatiue, licet testator peccet, est *communis sententia iuristarum,* nam huiusmodi testamentum à iure non irritatur, nec excommunicatus est incapax acquirendi ex vi excommunicationis, excipe tamen hæreticos, & alios, qui à iure specialiter prohibentur.

108 IV. dubitatur, an excommunicatus possit esse actor in iudicio temporali, siue spirituali per se, vel per alium.

Negatiue, vt habetur in *c. decernimus, de sent. excom. in 6.* admittitur tamen in causa suæ excommunicationis, ita *Abb. in c. cum inter nu. 10 de excep.* sed valida erunt eius acta in iudicio facta, nisi reus exceptionem excommunicationis ipsi agenti opponat, *c. 1. de excep. in 6. versic. sed si post rem iudicatam, & ibi glo.* non tamen videtur p m. agẽdo secundum *Caiet. in summa verbo excom. cap. de ijs qua excom. illicita sunt,* si petat rem debitam bona fide, & absq; contemptu ecclesiasticæ censuræ, neo prohibetur priuatim petere debitum à suo debitore, si tempus fuerit

109 expletũ, nam excommunicatio per se neminem pri

uat dominio rerum suarum temporalium, ita *Caiet. ibi.* loco, & confirmatur, quia omnes concedunt, posse excommunicatum propter mortalem necessitatem, vel vtilitatem, vel in rerum suarum defensionem ab aliis auxiliũ petere, ergo etiam res suas sibi debitas postulare, ita *Suar. disp. 15. sect. 8. nu. 4.*

110 V. dubitatur, an excommunicatus reus possit cogi, & compelli ad iudicium in quacunque causa siue excommunicationis, siue alterius.

Affirmatiue, ex cõmuni opinione, cum non debeat reportare commodum ex sua contumacia, *c. intelleximus, de iudiciis*, ideo tenetur ea omnia praestare in iudicio, ac si excommunicatus non esset, v. g. respondere, parere, &c. immo poterit ad sui defẽsionem ea facere, quae cuilibet reo sunt licita, cum ius naturale defensionis nemini denegetur, *c. cum inter, de excep. & ibi etiam per Bald.* debet tamen per alium respondere d. c. intelleximus, nisi deesset, qui ita fideliter tractaret suam causam, *glo. in d. c. intelleximus.*

111 VI. dubitatur, an clericus excommunicatus possit contractus facere.

Negatiue, cum in eis requiratur communicatio ei inhibita, ita *Tolet. l. 1. cap. 12. num. 3.* tamen erunt validi contractus si fuerint initi, secundum *communem sententiam Canonistarum*, quam sequitur *Couar. cap. alma. par. 1. §. 1. n. 9.* quae probatur in *c. fodlicis §. verum, de pgnis in 6.*

112 VII. dubitatur, an possit licite testimonium ferre.

Negatiue, ratione praedicta, ex *c. decernimus de sent. excom in 6.* sed erit validum eius testimonium, si non repugnante iudice, & parte admittatur, cum ius non reddat irritum eius testimonium, & talis testis p. v. ob violatam excommunicationem, si iustitiae, & veritati faueat, secundum *Caiet in summa* verbo *excom. cap de iis quae excõ. licita sunt.*

113 IX. & vltimo dubitatur, an possit licite patrocinari.

Negatiue, ratione antedicta communicationis, tamen erunt valida eius acta sicuti dixi de actore, & culpa erit vt dixi de teste. Eadem quo-

114 que ratione nõ poterit esse procurator, sed valida erunt eius acta, si non repellatur a iudice, nec exceptio excõmunicationis opponatur, ita *communiter canonistae in cap.*

1. de

1. de excep in 6. Tandem non
115 poterit esse tutor vt dixi de procuratore secundum Suar. disp. 16. sect. 8. nu. 4.

DECIMO prohibetur clericis minori excō-
116 municatione innodatis suscipere Sacramenta, etiam ordinis, eaq; suscipiendo, licet valida sint, grauiter tamen peccāt, c. vltimo decler. exc. minist. sed irregularitatē nō incurrunt cum nō sit in iure expressa, d. c. vltimo, & est communis sententia.

117 Sed dubitatur primo, à Doct. an sacerdos tali excōmunicatione ligatus peccet ministrando Sacramenta.

Caiet verbo excōmunicatio minor, & Tolet. l. 1. cap. 18. & alij dicunt p. v. ob quandam irreuerentiam, dummodo non fiat in contemptum clauium.

Alij vero existimant, talem excommunicatum per se loquendo non peccare, ita Nauar in Man. c. 27. num. 24 Io. de Lignano tract. de cens. §. 13. & Suar. disp. 24 sect. 2. nu. 7. cum per talem censuram non remoueatur à collatione Sacramentorum, vnde nō est illi prohibita, & consequenter, nec peccabit conferendo. Nec obstat tex. in c. vltimo, de cler. exc. minist. vbi dicitur, peccat autem conferendo ecclesiastica Sacramenta, quia ibi non loquitur Pontifex de quolibet sacerdote, sed de celebrante, & ipsum peccare ministrando Sacramentum sibi ipsi, ita Suar. vide ipsum latius.

118 II. dubitatur, an possit eligere, excommunicare, & alia quæ sunt iurisdictionis actiue exercere.

Affirmatiue, ex cap. vltimo de cler. excom. minist. & ibi doct. communiter, quos sequitur Tolet l. 1. c. 18. nu. 2.

119 III. dubitatur, an possit alium ab excommunicatione absoluere.

Affirmatiue, cum non deficiat iurisdictio, aut vsus eius, vt colligitur ex c. duobus, de sent. exc. Ita Adrian. q. 3. de clauibus.

120 IV. dubitatur, an possit assistere, & audire missam, & alia diuina participare, quæ non sunt Sacramenta.

Affirmatiue, cum à participatione Sacramentorum tantum debeat abstinere d. c. vlti. & docent communiter theol. in 4. d. 18.

121 V. dubitatur, an possit eligi ad beneficium, vel dignitatem ecclesiasticam.

Negatiue, vt habetur in c. si celebrat, de cler. excom. minist. & contraueniendo p. m. cum sit etiam priuatus electio-

ctione passiua minori excommunicatione ligatus, *d. c. si cel. librat.* & ita tenent *Couar. c. alma p. 1. §. 8. nu. 8. & Tol. l. 1. c. 18. nu. 2.*

122 An autẽ electio sit irrita. Affirmant *Syl. excõmunicatio 4. n. 4. & Couar. loco cit. ex d. c. vlt. de cler. exco. min.*

Alij vero docent, non esse ipso iure irritam, sed irritandam, quod clare colligitur ex verbis tex. ita *Felin. in c. dilecti de excep. nu. 4. in fine, Richar. in 4. d. 18. ar. 7. q. 4. & Suar. disp. 24. sect. 2. nu. 21.*

123 VI. dubitatur, quis possit absoluere ab huiusmodi censura.

Dico, posse quemlibet Sacerdotem potentem à mortalibus absoluere, ex *c. nuper de sẽt. exc.* est cõmunis opinio.

124 An autem hoc possit simplex sacerdos.

Affirmant *Syl. excommunicatio 7. num. 37. & Tolet. cit. c. 18. nu. 4.* nam cum simplex sacerdos possit à pecc. ven. absoluere vbi requiritur iurisdictio, pari ratione poterit absoluere ab excommunicatione minori.

Contrariam tamen sentẽtiam tenent *Caiet. in summa verbo absolutio, Vgol. Tab. 3. c. 4. §. 5. num. 2. Suar. 5. tomo disp. 7. sect. 4. nume. 17. &* alij, estque probabilior, & colligitur ex *cap. nuper, de sent. excom.* vbi interrogatus pontifex de quadam minori excõmunicatione respondet, in secundo vero casu à suo Episcopo, vel proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere, ergo non loquitur de quolibet sacerdote. Immo quamuis minor excommunicatio ordinarie incurratur propter p. v. tamen quandoq; etiam incurritur propter p. m. vt colligitur *ex c. sacris, de ijs quæ vi.* Vnde concessa facultate absoluendi a p. v. non sequitur posse absoluere ab hac censura.

Nec obstat sequela rationis primæ opinionis, cum non reperiatur aliquod ius, quod huiusmodi iurisdictionem absoluendi à minori excommunicatione concedat sacerdoti potenti absoluere tantum à veniali, nec in omnibus est similis proportio.

125 VII. & tandem dubitatur, an parochus non sacerdos possit ab hac censura absoluere.

Affirmat *Suar. disp. 24. sect. 4. num. 3. ex. d. c. nuper, de sent. exc.* cum sufficientem habeat iurisdictionem ad hunc actũ absolutionis, & aliunde huiusmodi actus characterem sacerdotalem non requirit.

Nec

Nec obstat quod in d. c. nuper dicatur, vt à proprio sacerdote, & sic videatur requiri, vt sit sacerdos, nam hoc nomen sumpsit ex eo quod frequentius contingere solet, non tamen præscripsit vt ad talem actum requiratur necessario sacerdotis conditio. Ex quo videtur dicendũ secundum *Suar.* posse etiam absoluere à maiori excommunicatione non reseruata, quia militat eadem ratio d. c. nuper. Et confirmatur nam eodẽ modo loquitur ibi textus de Episcopo, & proprio sacerdote, sed episcopus nõ sacerdos potest absoluere, ergo idem poterit parochus non sacerdos, cum habeat potestatem iurisdictionis ordinariam.

Hæc opinio *Suar.* est quidem probabilis, patitur tamen difficultatem in doctrina sua, nam sequeretur vlterius posse parochum non sacerdotem in articulo mortis absoluere ab excommunicatione maiori reseruata, quia in eo articulo cessat omnis reseruatio ex *Trid sess. 14. cap. 4.* Sed hoc non concedit *Suar. disp. 7. sect. 6. nu. 11.*

TRA-

TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM.

PARS QVARTA.

Complectens ea, quæ de Iure Clericis sunt prohibita, aut permissa, ex causa, siue ex suppositione censuræ suspensionis, aut pęnę degradationis, siue depositionis, & quibus in casibus ijdem clerici suspensionem incurrant.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionis definitio.*
2 *Suspensio alia ab officio tantum, alia à beneficio tantum, & alia ab officio, & beneficio simul.*
3 *Suspensio ab officio, alia à toto officio alia à parte.*
4 *Suspensus non denunciatus, an sit priuatus iurisdictione*
5 *Suspensio simpliciter, de qua intelligatur.*
6 *De Prima Prohibitione clericis suspensis ab Officio, exercendi actus ordinis, officij, & Iurisdictionis Ecclesiasticę.*
8 *Actus facti à suspenso, ab officio an valeant.*
9 *Suspensus ab officio, vel à diuinis, an possit Interesse diuinis officijs.*
10 *Et, an teneatur priuatim recitare officium ratione ordinis sacri.*
11 *An sit priuatus communione*

neficio; pertinentes ad ipsum beneficium, an valeat.

37 *Eligere, an possit suspensus à beneficio.*

38 *Suspensus à beneficio simpliciter, an possit obtinere nouum beneficium.*

41 *Collatio beneficij facta suspenso à beneficio, an sit valida.*

42 *Suspensus à beneficijs tantùm, quæ possidet, an possit obtinere alia beneficia.*

43 *Et, Quid si nullum haberet beneficium, an possit licitè obtinere beneficia.*

44 *Suspensus à beneficio, an possit licitè accipere ex fructibus beneficij, quantum sufficit ad sustentationem necessariam, si aliunde non habeat.*

45 *De* Quinta *Probibitione, degradatis seu depositis exercēdi actū ordinis, vel Iurisdictionis, aut obtinēdi bene.*

46 *Degradatio vna verbalis, altera actualis.*

Sacerdos actualiter degradatus consecrando peccat, vere tamen consecrat.

Clericus in sacris post degradationem matrim. validè contrahere nequit.

Matrimoniū, in quo assistit sacerdos degradatus de licentia Parochi, an valeat.

Degradatus in sacris an tenetur recitare horas canō.

De nōnullis casibus, in quibus clerici suspensionem incurrunt, à nu. 47.

47 *Et* Primus, *excōmunicatus, suscipiens ordines, suspensionem Incurrit ab ordinibus sic susceptis.*

48 *Quid si, ignoranter ordinem susceperit.*

49 *Excommunicatus, si per vim & metum ordines susceperit, an incurrat suspensionem.*

50 *Clericus sub excōcationis pœna probibitus, ne ordinetur, an suspensionem incurrat, recipiendo ordines.*

52 *Clericus, qui in ipsa ordinatione suspensionē Incurrit, & in ea ministrat cum Episcopo, an fiat irregularis.*

Sacerdotes in receptione ordinis sacerdotalis dum ea nc celebrant cum Episcopo, an possint applicare valorem sacrificij, & pro eo recipere stipendium.

54 *II. suspensus, vel Interdictus suscipiens ordines ipso iure est suspensus ab ordinibus sic susceptis.*

55 *Et quid si ignorabat, se esse tali censura irretitum.*

56 *III. Clericus simoniacè ordinem suscipiens, est suspensus, & excommunicatus.*

58 *Et, Quid si ignoranter, sic ordina-*

dinatus fuerit, ex quo non ipsi, sed amici, & parentes obtinuerunt per simoniam, vt Episcopus ordines ei cōferret.

Accusatus de simonia, quando sit suspensus à diuinis.

59 *IV. Clericus eodem die duos ordines sacros suscipiens, est suspensus ab ordine posteriori recepto.*

60 *Ordines sacros suscipiens, nō seruata mora vnius anni, inter vnum, & alium, absque dispensatione, an peccet, & aliquam pœnam incurrat.*

61 *Minores ordines & subdiaconatum, eodem die suscipiens, an sit suspensus.*

62 *Minoribus ordinibus initiatus eodem die, vel non seruatis interstitijs contra Episcopi volūtatem, an incurrat aliquam censuram.*

63 *V. Suscipiens Ordines Sacros extra tempora statuta, vel ab alieno Episcopo, sine dimissorijs, vel ante ætatem legitimam, ipso iure est suspensus.*

64 *Et Quid si bona fide fuit ordinatus ante legitimā ætatem.*

65 *VI. Clericus per saltum ordinem suscipens, ipso iure est suspensus.*

66 *An huiusmodi suspensio sit ab omnibus ordinibus.*

67 *Dispensatio requiritur, vt Clericus per saltum ordinatus possit recipire ordinē prætermissum.*

69 *Et à quo concedenda huiusmodi dispensatio.*

70 *VII. Clericus ordinatus ficto, vel ementito titulo, an sit suspensus.*

71 *VIII. Clericus, initiatus Sacris ordinibus cum licentia capituli sede vacante infra annum; est suspensus, nisi fuerit arctatus, ratione beneficij.*

72 *Minores ordines, aut primā tonsuram suscipiens, cum licentia capituli sede vacante infra annum, an incurrat suspensionem.*

74 *IX. Clericus ordinatus ab Episcopo excōnicato, suspēso, deposito, vel degradato denuntiato, est suspensus.*

75 *Et an excusetur propter ignorantiam probabilem.*

76 *Si per uim, et metum fuerit à dicto Episcopo ordinatus, an incurrat.*

77 *X. Clericus ordinatus ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatus, quando sit suspensus.*

80 *XI. Clericus ordinatus ab alieno Episcopo, sine licentia sui Ordinarij, suspensionem incurrit.*

Decretum S. Congr. circa promouendos ad primam ton-

tonsuram, vel ad minores ordines in Regno Neap.

81 *XII. Clericus ordinatus ab Episcopo in Diœcesi alteri', sine expressa licentia illius ordinarÿ, est suspensus.*

82 *XIII. Parochus, vel alius Sacerdos, qui ausus fuerit benedicere, aut matrimonio coniungere alterius Parochię sponsos, sine illorum Parochi licentia, est ipso facto suspensus.*

83 *An huiusmodi, sit suspensio ab officio, vel beneficio.*

84 *XIV. Clericus, qui aliquid opponit in personam electi ad dignitates, & in probatione defecit, est suspensus à beneficiÿs per triennium.*

85 *XV. Clericus dando, vel recipiendo beneficium per simoniam, est suspensus, & excommunicatus.*

Simoniaca collatio, presentatio, &c. quando dicatur.

Simoniaca, an dicatur presentatio cum onere defendendi iura beneficÿ.

Simoniaca, an reddatur presentatio, si ex pluribus vocibus vna sit simoniaca.

Quid si fuerit commissa simonia ignorante presentato.

Simonia an plene probanda, vel sufficiant iudicia.

Presentatus habēs voces absque simonia, & cum simonia, quando vti possit vocibus habitis siue simonia.

86 *XVI. Clericus per vitium sodomiæ, an suspensionem incurrat.*

87 *XVII. Clericus notorius concubinarius, an sit suspensus.*

An liceat accipere, vel petere Eucharistiam à Sacerdote concubinario.

88 *XVIII. Clericus qui excommunicat, suspendit, vel interdicit non inscriptis, nec causam conscribit, neq; requisitus, tradit exemplum sententiæ, suspensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem incurrit.*

89 *XIX. Clericus, qui tradit corpus vsurarÿ publici, & denunciati sepultura Ecclesiastica, suspēsionē incurrit.*

90 *Oblationes, quæ prohibeātur accipi ab vsurario publico.*

SVSPENSIO sic definiri potest, est pęna ecclesiastica, qua impeditur minister ecclesiæ, ne exerceat functiones ecclesiasticas, aliquave potestate ecclesiastica vtatur.

Vsus sum in hac definitione, potius illa particula pęna, 1 quam censura, quia datur in iure aliqua suspensio, quæ nō est censura, vt aduertit *Suar. 5. tomo disp. 25. sect. 2.* quia sci-

scilicet imponitur non vt recedatur à contumacia, sed ad puniendum delictum, & ideo non est censura, idest pœna medicinalis, sed pura pœna: exemplum huius est cum imponitur suspensio ad determinatum tempus.

2 Diuiditur suspensio, in suspensionem ab officio tantum, à beneficio tantum, & ab officio, & beneficio simul. De quibus fit mentio *in c. 2. de off. deleg. in 6. in c. nihil, de elect. clem. 5. de vita, & hon. cler c. tuarum, de priuilegijs, c. 1. De schismat. & in clem. 1. de decimis.*

3 Et huiusmodi suspensio ab officio, alia est à toto officio, quæ priuat vsu cuiuscunq; ordinis, & iurisdictionis, alia à parte, quæ aliquando est à toto ordine tantum, quandoq; à sacerdotio, vel diaconatu tantum.

4 Est tamen notandũ. *Extrauag. Martini 5. incip. ad euitanda scandala* (cuius verba refert *Tol. in sũma l 1. c 23. n. 2.*) in hac etiã censura, locum sibi vendicare, cum generaliter loquatur de omni sententia, & censura ecclesiastica, ideo si suspensus, etiam publicus non est specialiter denunciatus, licet sit, quo ad se inhibitus, ne ministret in suo officio; tamen quo ad alios non est iurisdictione priuatus, vt inferius dicemus.

5 Quæ autem suspensio intelligatur, appellatione suspensionis simpliciter.

Dico, quod venit suspensio, quæ priuat omni vsu ordinis, iurisdictionis, & muneris ecclesiastici, & simul beneficij, nisi aliud colligatur ex verbis, vel circunstantijs vt dicemus. Ita *Silu. verbo suspensio, num. 5. in fine, Emanuel Sà, verbo suspensio nu. 2. & alij.*

Eodem modo intelligo etiam de suspensione à beneficio simpliciter, quia venit omne beneficium, nisi aliud colligatur ex verbis, vel circunstantijs.

His positis, strictim pertractabimus de ijs, quæ clericis sunt prohibita ex suppositione suspensionis ab officio, iurisdictione, & beneficio, & ex causa degradationis, siue depositionis.

Ex suppositione, siue causa suspensionis ab officio.

PRIMO, prohibitum est clerico ab officio simpliciter suspenso, exercere actus ordinis, officij, & iurisdi-

risdictionis ecclesiasticę, licet non sit nominatim denunciatus, cum nullus fauor sit ei directè concessus per dictam *extrauag. ad euitanda*, sed alijs fidelibus, & contraueniẽdo p.m. immò exercendo actum ordinis, fit etiam irregularis, *c.1.de sent. & re iud.in 6.& c.1.de sent.excom. eod.lib.6.& ibi glo esq; communis doct. opinio.*

8 Sed dubitatur primo, an actus facti ab huiusmodi suspenso sint validi.

Affirmatiue, si sunt actus solius ordinis, qui non requirunt iurisdictionem ad sui valorem; si vero sũt tales actus, vt etiam requirant iurisdictionem. distinguendum est, vt diximus de excommunicato *sup p.3.num.92.* aut suspensus est denunciatus, & non valent, aut non est denũciatus, & tunc si publicus, & dispensat, vel absoluit, &c. poterit acceptari à subditis, tanquam validum, & vtile, si vero aliquid præcipiat, non tenentur illi obedire. si vero in vno loco esset publicus, etiam denunciatus, & in alio loco occultus, tunc pro tempore, quo ibi gerit publicum officium eius acta valerent, cum censeatur occultus, quo ad hunc effectum & ecclesia propter commune bonum supplet defectum, argumento *l.barbarius ff de offic pratoris*, & tãto fortius idẽ dicendum est de simpliciter occulto, respectu cuiuscunque loci.

9 II. dubitatur, an talis suspensus possit interesse diuinis officijs.

Affirmatiue, sed nõ posset officiare sine peccato, si vero esset simpliciter à diuinis suspensus, tunc neq, posset interesse. ita *Astens. in summa par.2 lib.7.tit.16.ar.1.q.12. Silu.verbo suspensio, nu.5 circa finem, Say l 4. de cens. c. 6. num.26.& alij.*

10 III. dubitatur, an teneatur recitare officium canonicum priuatim, ratione sacri ordinis.

Affirmatiue, quia est onus a quo non releuatur suspensus, sicuti diximus etiam de excommunicato, est *communis omnium sententia.*

11 IV. dubitatur, an sit priuatus communicatione cum alijs, sicuti excõmunicatus.

Negatiue, nisi in eo, in quo est suspensus, ita *Tolet.lib.1. c.46 num.5.* & tunc eum eo participantes in actibus sacris, ex genere suo peccant mor. nullam tamen pœnam incurrunt, sicuti incurrunt participantes cum excommunicato. Ita *Viuald. in Candelab.aureo tit.de suspens. num.*

*num.*170.*Nauar.in man.cap.* 27.*num.*163 *& Tolet.nu.*5 si vero actus suspensionis ad diuina non pertinent, ad summum peccarent ven. secundum *Tolet.cit.* intellige tamē hoc de participante cum suspenso nominatim denunciato per *extrauag ad euitanda.*

12 An autem peccet, qui secluso scandalo, a suspenso denunciato missam audit, vel simul cum eo intereſt diuinis officijs, & sacrificio missæ.

Negatiue, dūmodo ipsum nullo modo induxerit, cū nō sit in iure prohibitum, ita *Say l.4.c.11.num.7.*

13 V. dubitatur, an ex vi talis suspensionis priuetur beneficijs, quæ ante possidebat.

Et certum est non priuari titulo, & proprietate beneficij, cum neque id fiat per suspensionem a beneficio, nec in iure probetur.

Sed difficultas est, an priuetur fructibus beneficij.

Aliqui, varijs vtuntur distinctionibus, vt est videre apud *Silu.suspensio n.5.Couar. in epitome 4 decret.2 par.cap.16.& alios.*

Tamen summatim procedendo, existimo suspensionem ab officio præcise, minime includere suspensionem a beneficio, & consequenter, nec priuare beneficij fructibus, exceptis distributionibus quotidianis, quæ tribuuntur assistentibus, & ministrantibus in diuinis officijs, a quibus ipse est suspensus, ita *Abb. & alij in clem.cupientes, de pœnis, & Suar. 5. tomo disput. 26. sect 3.nume. 4.* qui existimat *communem esse sententiam*; nam in odiosis, & pœnalibus verba stricte sunt accipiēda, *c.odia de regul. iuris in 6.* sed suspensio ab officio restringitur ad talē suspēsionis partē, igitur non debet extendi, etiā ad beneficium, nam leges, quando ab officio, & beneficio volūt suspendere, expresse vtrumque proponunt, vt est videre in *c.decernimus 28. dist.c.si quis sacerdotum, dist. 81.c.1.de secundis nuptijs, & in c.2. de fideiuss. & alibi,* & licet officium, sit ratio institutionis beneficij, non tamen semper est necessarium, vt beneficiatus aliquod ecclesiasticum & publicum officium exerceat, ad fructus beneficij validè, & interdum licite percipiendos, maximè, quod tenetur officium diuinum priuatim recitare, vt diximus, cum communi sententia, quę est præcipua pars oneris impositi per beneficium.

Aduerte tamen, quod non posset exercere actus beneficij, qui sunt ordinis, vel iurisdictio-

dictionis, cum ab eis sit suspensus, ita *Tolet.lib.1.c.44. num.5.& c.46.nu.6.*

14 An autem lucretur distributiones si assidat diuinis officijs, non obstante peccato quod committit.

Affirmant *Petrus Nauar. l.2.c.2.difficul.5 n.243. Henriq.lib.13.de excom.c.3 nume. 3.& c.14 num.3.in fine,& Sãchez l.3.disp.51. num.12.*

15 VII. dubitatur, si quis fuerit iniuste ab officio suspensus, ob quod non fuit in choro, an sint ei restituendæ distributiones.

Affirmatiue, si ante suspensionem erat frequens in choro, deinde absque sua culpa illum non frequentauit, nam sine culpa, quis non est priuandus, sunt tamen restituendæ ab eo, qui fuit author iniustæ suspensionis, si fuerint alijs acquisitæ, qui diuinis inseruierunt, argumento *cap. sacro §. verum si contra desent.exc.Ita Say.l.4.c.6. n. 18.*

16 VIII. dubitatur, an possit recipere nouum beneficium.

Negatiue, alias grauiter peccat, est communis opinio, argumento *c. vit. de cler. exc.ministi.* collatio tamẽ nõ est ipso iure irrita, sed solum irritanda, secundum *Abb. in c.vel non est compos, de temp. ord.num.4.* & *Suar. disp.26. sect.3 num.7.* cum non amplius ex *d.tex.colligatur.*

17 IX. dubitatur, num priuetur participatione Sacramentorum passiua, indulgentijs, & alijs suffragijs, vel ecclesiastica sepultura.

Negatiue, secundum communem opinionem, prohibetur tamen suscipere Sacramentum ordinis, non quatenus receptio Sacramenti est, sed quatenus est via ad functionem ecclesiasticam peragendam, nam licet suspensio, proprie suspendat ab ordine, iam recepto; tamen consequenter impedit, ne alios recipiat.

18 SECVNDO, clericus suspẽsus à parte officij, veluti ab ordine simpliciter, Prohibetur exercere actũ cuiuscũque ordinis, alias p. m. & fit irregularis, est communis omnium sententia.

19 Sed dubitatur primo, an sit etiam prohibitus exercere actum iurisdictionis, aut aliarum rerum, quæ in ordine fundantur.

Affirmant *Abb. in c. cum dilectus, num. 20. de consuet. Tabiena verbo suspensio num. 4 vers. 3 & alij.*

Contrariam sententiam tenent *D Th.in add.3.p.q.22. ar.3. Nauar.in man.c.17. nu. 160.& Tolet in summa l. 1.c. 44 lu-*

44. Intellige tamen de iurisdictione, vel alia functione ecclesiastica, quæ per se ab ordine non sit dependens, ita *Suar. disp. 26 sect. 4 num. 2. & Say. l. 4. c. 4. num. 6.* nam suspensio ab ordine abstrahit à iurisdictione, sicuti suspensio ab officio præscindit à beneficio, nec ordo est necessariũ fundamentum iurisdictionis, cum exerceri possit in foro contentioso ab eo, qui tantũ habet primam tonsuram, quę secundum theolog. non est ordo, & de potestate absoluta ecclesiæ, posset quandoq; per laicum exerceri, vt notat *Suar. nu 3.*

20 An autem, absolutio *Sacramentalis* data à tali suspenso ab ordine, sit valida.

Affirmatiue, vt dicemus etiam de irregulari infra *par. 6, num.*

21 Ex his colligit *Suar. nu. 5.* huiusmodi suspensum non esse suspensum à iure eligendi, nam licet eligere non sit propriè iurisdictio, suo modo tamen spectat ad iurisdictionem, cum sit quædam administratio, & functio quæ conuenit ratione beneficij, aut dignitatis, non autem ordinis, immo moniales etiã ius eligendi habere queunt, quæ tamen sunt incapaces ordinis, *c. indemnitatibus de electi. in 6.*

22 II. dubitatur, an suspensus à maiori ordine sit suspensus ab inferiori, v. g suspensus à sacerdotio, vt in *c. litteras, de tempor. ordin.* sit suspensus, non solum ab omni actu proprio sacerdotis, vt celebrandi, absoluendi &c. sed etiam à diaconatu, & inferioribus ordinibus.

Negatiue, ratio est, quia licet ab inferiori ordine pendeat superior, non tamen è contrario, cum possit quis ordinem inferiorem habere, & vsum eius, quamuis superiori careat, igitur potest quis inferioris ordinis vsum retinere, licet sit inhibitus à superiori ordine, & huius sententiæ sunt, *Silu. suspensio nu. 5 Nauar. in Man. c. 27. num. 163. Auila 3 p. de disp. 2. dub. 2. concl. & alij.*

23 III. dubitatur, an suspensus ab ordine inferiori sit suspensus à superiori.

Affirmat communis sententia, & mouetur ex eo; quia cui aufertur moralis facultas circa inferiorem actum, consequenter aufertur circa superiorem. Item quia in moralibus, cui interdicitur honor inferior, censentur quoque maiores interdicti, nam qui indignus est inferiori honore, indignior est superiore, *l. qui indignus ff. de senator. &c.*

Ee

& c. cum illorum, vers. cum maiora de sent. excom.

Sed hæc communis sententia sic generaliter accepta non videtur vera, vt bene aduertit *Suar. disp. 26 sect. 4. nu. 11.* nam obstat *tex. in c. vltimo. de tempor ordin. in 6.* vbi Episcopus, propter quoddam delictum suspenditur a collatione clericatus tõsuræ, per quam, ex communi sententia, Episcopo non interdicitur superiorum ordinum collatio. Vnde in præsenti cum huiusmodi suspensio sit quædam pęna, poterit quis aliquo actu minus perfecto priuari, quia illa est sufficiens pęna delicti, & non priuari perfectiori actu.

24 Nec obstant iura adducta pro illo principio, indignus minori honore, multò magis est indignus superiori, quia procedunt, quando quis est indignus maiori honore absolutè, & sine vllo alio respectu.

25 Ex his itaque communis sententia non posset procedere, nisi intelligatur solum, quando subordinatio est inter ipsos actus, ita vt nõ possit legitimè, & secundum ecclesiæ ritum exerceri perfectior sine minori, quod confirmatur etiam ex c. *litteris, de excess. prælat. in fine*, vbi Pontifex, non argumentatur ex dignitate, aut perfectione, sed ex conexione, dicens, ipsũ indignum altaris ministerio reputamus. & subdit, *cum igitur pontificale officium, sine altaris ministerio non valeat adimpleri, mandamus quatenus, vt Episcopatui cedat, moneatis eundem.*

Ex Suppositione suspensionis à iurisdictione.

25 TERTIO, Clericus suspensus a iurisdictione Prohibetur exercere totam, vel partem illam iurisdictionis, a qua est suspensus, alias grauiter peccat, si materia 26 erit grauis, non tamen irregularis efficitur, ita *Silu. ver. bo suspensio, num. 5 & Suar. disp 26. sect 4. nu. 18 & 19.*

27 Sed dubitatur primo, an sit etiam priuatus actu ordinis, qui non requirit iurisdictionem.

Negatiue, vt colligitur *ex c. aqua, de consecr. eccles. & ita tenet glo in c. transmissam, de elect. Abb. in c. cum dilectus, de consuet num. 20. Auila 3 p. de susp disp. 2 dub. 1. concl 3.*

28 II. dubitatur, an prohibeatur exercere actus ordinis, qui requirunt iurisdictionem, v.g. si esset parochus, an possit

sit ministrare Sacramenta suis subditis, vt pastor ordinarius.

Negatiue, & contrauenie̅do peccat, tamen alij possunt petere Sacramentalem absolutionem, vel ab excõmunicatione, aut quid simile ad iurisdictionem fori contentiosi attinens ab huiusmodi suspenso, si non est denunciatus, & ipse poterit hos actus valide exercere, imo etiam licite, & sine peccato, quando absolui non potest, & ipse non se ingerit, & alius ab eo exigit debitum cum sit parochus eius, ita *Suar. disp. 27. sect. 2. num. 2. & Say l. 4. c. 11 num. 3 licet Sotus 4 d. 1. q. 5. ar. 6. concl. 8 aliter sentiat.*

29 III. dubitatur, an suspensus ab administratione ecclesiæ, siue in spiritualibus, siue in temporalibus, sit suspensus ab ordine.

Negatiue, cum ordo non includatur in huiusmodi administratione. ita *Silu. suspensio §. 5. circa finem, & Auila p. 3. disp. 2. dub. 2. concl. 12.*

Ex suppositione suspensionis à Beneficio.

30 QVARTO clericus a beneficio suspensus, prohibetur percipere fructus eiusde̅ beneficij, *est communis opinio, eosque percipiendo grauiter peccat*, nec eos retinet tuta conscientia, ita *Abb. in c. extirpanda il 2. §. qui vero nu 24 de prabend.* nam huiusmodi pœna non spoliat, quem bonis suis proprijs, quorum dominium apud ipsum residet, vbi requiri solet sententia: sed impedit, ne fructuum beneficij acquirat dominium, quod fieri solet ipso iure, sine sententia, nec in hoc est aliqua remissio per constitutionem ad euitanda, ita *Suar disp. 27. sect. 1. num. 7. & alij, non* tamen irregularis efficitur per perceptionem fructuum, sicuti nec per actum solius iurisdictionis contra suspensionem, *glo. in clem. 2. verbo suspensus, de vita, hon. cler.* fructus autem prædicti sunt cõuerte̅di in ecclesiæ vtilitatem, distributiones vero accrescunt alijs qui diuinis officijs intersunt, ita *Say. lib. 4 c 6. nu 16*

31 Sed dubitatur primo, an suspensus a beneficio sit etiã suspensus ab officio.

Nequaquam, nam in pœnalibus, nomen est stricte sumendum: sed nomine beneficij in rigore non venit officium, ergo, & quando iura volunt suspendere ab officio, & beneficio expresse vtrunq; proponunt, vt habetur *in c.*

1. de secundis nuptijs in c. 2. de fideiuss. & alijs iuribus citatis supra num. 13 & hæc opinio est communiter recepta, eamq; sequitur *Auila 3. p. de susp. disp. 2. dub. 1. concl. 4.*

32 II. dubitatur, an ratione talis beneficij teneatur recitare horas canonicas.

Affirmatiue, immo talis suspensio, neque tollit obligationem alicuius officij v.g. dicendi missas &c. nam per eam non tollitur beneficium, sed fructus beneficij, ex communi sententia: at talis obligatio est intrinsecè coniuncta cum beneficio, quod de se confert sufficiens stipendium ratione talis obligationis, & ex culpa ipsius suspensi eos non percipit. Igitur per hoc nō eximitur ab obligatione, ne ex sua culpa reportet cōmodum. vnde talis suspensus tenetur celebrare, & officiare in ea ecclesia à cuius beneficio est suspensus, etiam durante suspensione. Ita *glo. & Abb. in c. cum vintoniensis num. 10. de elect. & in c. cupientes §. caterum verbo beneficijs & ibi Gemin. & Anchar. de elect. in 6. Say. l. 4. c. 6. num. 8 & alij.*

33 III. dubitatur, an talis suspensus à beneficio lucretur distributiones quotidianas, quæ tribui solent ijs, qui intersunt diuinis officijs.

Negant *glo in clem. 2. verbo suspensus, de vita, & honest. cler. & ibi Anchar. num. 3. Decius in c. pastoralis § verum num. 7. de appell. Felin. in c. Apostolica numer. 12. de except. & Vgol. Tab. 4. cap 8. §. 2.*

Ego vero distinguendum existimo; nam aut tales distributiones non dantur intuitu beneficij, sed officij, illis, qui intersūt diuinis officijs, & tūc eas lucrabitur talis suspensus; secus tamen si darentur solis beneficiarijs, quia tunc non posset illas accipere, cum sit suspensus ab omnibus fructibus, ei competentibus ratione beneficij, ita *Say. l. 4. c. 6. nu. 11.*

34 IV. dubitatur, an possit percipere stipendia, propter alia opera personaliter præstita, vt sunt anniuersaria, stipendia missarum, & similia.

Affirmatiue, si non proueniūt titulo beneficij, sed ratione operæ personalis, & extraordinarie offerūtur à fidelibus, vti eleemosinę, ratione missæ, vel alterius diuini officij; si vero prædicta sunt per se vnita beneficio quocumodocunque, tunc com putanda veniunt tanquam fructus & consequenter sub tali suspensione comprehenduntur,

tur,ita *Suar.disp. 27. sect. 1. num.*30.

35 V. dubitatur, an talis suspensus possit exercere temporalem administrationem beneficij, à quo est suspensus v. g. locare,& vendere fructus,vel similia facere.

Negatiue vt *coll. ex c. 1.§. vlt.de elect.in 6. ibi si ingesserit*,nam cui est aliquod inhibitum,sunt etiam vetita,quæ ordinātur ad illud,ex regula *c.8 celebrat,de cler excom. minist.*sed talis suspensus est prohibitus à fructus perceptione,ideo debet esse segregatus a temporali administratione beneficij,quæ tendit ad perceptionē fructuum, ita *Abb. in c. Apostolicæ n.3. de excep. Suar nu.31.sequutus Inn.& Felin.quos ipse allegat,& Say. libro 4 cap 6.nu.5.*

Nota tamen, quod post denunciationem suspensio-
36 nis, erit inualida admistratio,seu contractus a tali suspenso facti, pertinentes ad ipsum beneficium, à quo suspensus existit,secus vero ante denūciationem per *extrauagantem ad euitanda*, licet ipse peccet.

37 VI. dubitatur,an talis suspensus possit eligere.

Affimat *Say l.4.c. 6. nu. 7.* si electio competat, non ratione beneficij: sed aliunde, vt quia est patronus, secus si competat ratione beneficij, nam sicuti est suspensus a beneficio,ita etiam a voce,quæ ei competit ratione illius beneficij.

Sed *glo. in c. cupientes. §. cæterum vers.omnibus beneficijs,& ibi Gemin.de elect.in 6. Panor.in c.cum dilectus num. 20.de consuet. & Suar. disp. 27 sect.2.numero.34 & alij*, existimant posse eligere,licet electio competat ratione beneficij, cum electio non sit fructus beneficij, nec actus eius vt beneficium est,sed est actus illius officij spiritualis, cui est annexum beneficium.

38 VII. dubitatur,an suspensus a beneficijs simpliciter possit obtinere nouum beneficium.

Negatiue, cum communi opinione, cum sit suspensus ab omnibus beneficijs, & licet huiusmodi suspensio per se,& directè impediat ab obtentorum beneficiorum fructibus percipiendis, consequenter tamen prohibet ex vi,illius impetrationem, seu noui beneficij collationem, nam qui simpliciter est interdictus ab aliquo opere, vel vsu,est consequenter inhibitus ne ei conferatur,quod ad illum ordinatur, vt dicitur in

c.vl.

c. vltimo de cler. exc. minist. vnde cum per huiusmodi suspensionem sit absolutè prohibitus suspensus, ne suos faciat fructus ecclesiasticos, consequenter est inhibitus, ne beneficium nouum acquirat.

39 Hæc tamen communis sẽtentia est limitanda vt bene notat *Suar. disp. 27. sect. 1. nu. 12.* quando causa suspensionis fuit de se indifferens ad quamuis ecclesiam, & omnem clerum, quia tunc suspẽsio vniuersalis est, cum non habeat vnde determinetur.

Si vero, causa suspensionis pertinet ad particularem ecclesiam, tunc suspensio a beneficio intelligitur esse ab eo beneficio, quod habet in ea ecclesia, vel si plura ibi obtineat, ab omnibus illis, & hãc regulam profitetur, *Suar tradidisse glo. in clem. 2. de. vita & hon. cler. verbo beneficiorum.* & potest probari ex *c. si compromissarius de elect. in 6.* vnde in hoc secundo casu posset nouum beneficium alibi obtinere.

40 Et a fortiori, idem dicendum est, quando quis est expresse suspensus a beneficijs, quæ habet in aliqua determinata Ecclesia, quod colligitur *ex c. 1, § fin. iuncta gl. verbo beneficijs, & c. cupientes §. cæterum & ibi glo. verbo omnibus, de elect. in 6.*

41 An autem collatio beneficij facta tali clerico simpliciter suspenso a beneficio sit irrita.

Dico, nõ esse ipso iure irritam, sed irritandam; nam ratio *tex. in c si celebrat, de cler. excom. minist.* non plus probat, nam ibi non dicitur electio irrita, sed irritanda, & secluso fundamento illius tex, nullum aliud est, ex quo prædictam collationem esse nullam, possit probari, ita *Suar. disp. 27 sect. 1. nu. 26.*

42 VIII dubitatur, an suspensus a beneficijs tantum, quæ obtinet, possit licite obtinere nouum beneficium.

Affirmatiue, nam illa particula, quæ obtinet, ad præsentia determinat suspensionem, nec suspensio est simpliciter a fructibus ecclesiasticis, sed a talibus vnde respectu aliorum nihil prohibet. ita *Suar sect. 2. nu. 4.*

43 IX. dubitatur, si clericus suspensus simpliciter a beneficio; actu, nullum habet beneficium, an sit impeditus recipere beneficium.

Affirmatiue, quia licet huiusmodi suspensio directè priuet beneficij fructibus, consequenter tamen impedit acquisitionem beneficij: nam qua-

quamuis non priuet, inhabilem reddit personam ad fructus percipiendos durante censura. ita *Suar. disp. 27. sect. 1. nu. 27.*

44 X. dubitatur, an clericus a beneficio suspensus possit licite accipere ex fructibus beneficij, quantum sufficit ad simplicem sustentationem, si aliunde non habeat necessariam sustentationem.

Affirmatiue, si fuerit tantũ suspensus in pœnam delicti. Secus vero si ob contumaciam fuerit suspensus, cum illam sua culpa, necessitatem patiatur, nam posset desistere a contumacia, *ita Abb & Decius in c. pastoralis §. verum nu. 16. de appell Foller. in praxi crim can p 3. c. 33 nu. 106. Corona confess tit de suspens. n. 6. Fortt. lib. 1. c. 46 n. 7 Iac. Graff lib 4 decis. aur. c. 25 n. 6. Say lib 4 cap 6. n. 12. & alij.*

Dixi, simplicem sustentationem, quia non posset eos accipere pro decentia status, vt colligitur ex *c. studeat. dist. 50 & ibi glo & doct.* quod communiter receptum est, vt testatur *Say loco cit.*

Ex Suppositione degradationis, seu depositionis.

QVINTO Prohibetur clerico degradato, seu deposito exercendi actum ordinis, vel iurisdictionis, aut obtinendi beneficia, & fere omnia, alia quæ prohibita sunt clerico suspenso, quia militat eadem ratio, cũ degradatio non sit, nisi ordinis perpetua depositio, suspensio, vero, simpliciter vel ad tempus *Sylu. verb Degradatio simon Maiol lib. 3. de Irregular c. 22 & alij* Exercendo tamen Degradatus vel depositus actum ordinis, licet p. m. tamen non fit irregularis, sicuti suspensus, cum non sit in iure expressum, nec Degradatio est censura, sed grauissima pœna ecclesiastica, quæ pro quibusdam grauibus criminibus fieri solet de quibus per *Alens. in summa p. 2. lib. 7 tit. 17. ar 6 Sayr. de cens. lib 5 c. 21. num. 7 & Alph Vuald tract. de depositione, & degradatione n 11.*

Est autem Duplex Degradatio, vna verbalis, altera Actualis, *secundum communem Doct. opin.*

Verbalis est illa, quæ per sententiam priuat tantum legitima exequutione ordinũ, & graduum ecclesiasticorũ, & solet dici Depositio, vt per *Maiol loco citato.*

Actualis, quæ degradatio dicitur, est executio depositionis verbalis; sicuti, etiam tra-

traditio Curiæ seculari, executio est actualis depositionis, seu Degradationis, de qua *in c. nouimus, de verb. signif.*

46 Illud tamen est obseruandum, quod clericus verbaliter solũ depositus est de Iurisdictione ecclesiæ, & ad huc fruitur Priuilegio *canon si quis suadente, 17. q. 4.* ideo eũ percutiens est excommunicatus *glo. in c. degradatio de pœnis in 6 verbo Priuil. clericali, Panor. in c. ex parte, de cler. coniugat. & alij.*

Sed, vtrum si Sacerdos actualiter degradatus celebret, vere conficeret.

S. Tho. 3. q. 82. art. 8. Palud. 4. dist. 13 q. 1. ar 2. Sot. 4. dist. 13. q. 1. art 8. & alij, affirmant licet grauiter peccet, ex quo character, super quo fundatur conficiendi potestas, est indelebilis, etiam post mortem. Vnde clericus resuscitatus, non esset ordinandus, *glo. in ca. 2. verbo nunquam, 32. q. 7. et alij cũ Say. l 5 c 22.*

Quid verò dicẽdum sit de degradato, si esset in sacris & de facto contraheret matrimonium. Re'p. non valeret matrimonium, vt docent *Astens. 2 p lib 7 tit. 17 art. 4. q. 4. Sayr. lib 5. c. 22. nu. 25 & alij.*

An autem validum sit matrimonium, cui de licentia Parochi assisteret Sacerdos degradatus.

Affirmant *Bonac. de matr. q. 2. pu. 8. num. 23. Barbos. de offi. & pot. Epis. p. 2. all. 32. n. 121.* quia Sacerdos degradatus, adhuc est sacerdos.

Sed, Quid si degradatus fuerit in Sacris, an teneatur ad horas canonicas.

Affirmant *Sylu verbo Degradatio, Viuald cit. nu. 40. Gregor. de Valentia to 4 disp. 7 q. 10. pu 4 & Doct. communiter, cum Hẽriq lib. 13. c. 55. §. 3. et alijs*, qui docent, sic degradatum, dicere debere horas, sine eo, quod dicat (Dominus vobiscum) & similia pertinentia ad ordinis dignitatem.

In quibus casibus Clerici suspensionem incurrant.

PRIMO, clericus excommunicationis censura innodatus ordines maiores, 47
vel minores suscipiens, suspensionem incurrit ab ordinibus, sic susceptis, vt probatur *ex c. cum illorum de sent. excom.* & ita tenent *Couar. cap alma par. 1. §. 6 numer 6. & Suar. 5 tomo disp. 31. sect. 1. num 57.* licet alij ponant hanc suspensionem sub nomine irregularitatis, *Abb. in cap.*

cap.1.de eo qui fur ord. suscep. Tolet.l.1.c.66.& alij.

48 Sed dubitatur primo, an clericus excommunicatus suscipiens ordines, ignorantia, quæ excuset à culpa mortali, incurrat hanc suspensionem.

Affirmat *Couar. dict. cap. alma, par.1.§ 6. numer.6.*

Cōtrariū tamē dicendū existimo cum *Panor. in cap. veritatis, de dolo, & contum. Castro lib.2. de lege pœnali cap. 15. Nauar in summa cap.27. numer.241. Tolet.lib. 1. cap. 66. num.1. & alijs*, nam cessante causa, cessat effectus; sed hæc suspensio, vt pœna imponitur, quæ culpam respicit, ergo cessat, culpa cessante *iux. tex. in capit. Apostolica, de cler. excomm. ministr.*

49 II. dubitatur, an excommunicatus, coactè ordinatus per vim, & metum in virum cōstantem cadentem, incurrat suspensionem.

Affirmat *Maiol.lib.4.c.16.* Sed contrarium est verum, cum huiusmodi suspensio, nō nisi propter culpam incurratur. Vnde sicuti diximus, ignorantiam excusantem culpam, excusare hanc pœnā, ita dicendum est de metu graui, qui etiam excusat à culpa, ita *Suar.disp.31.sect. 1. n.60.*

50 III. dubitatur, an clericus sub excommunicationis pœna inhibitus, ne ordinetur, suspensionem incurrat, ordines recipiendo.

Affirmant *glo in c. vltimo de eo qui fur.ord.suscep.& Panor.in c.1.n.4.eod.tit.* & confirmari videtur hæc opinio, *ex d c.1.& 3.*

Contraria tamen opinio mihi videtur probabilior, quam tenet *Suar numero 77.* nam talis clericus, non ordinatur excommunicatus, ob quod suspensionem incurrat, sed excommunicationem, per ordinationem incurrit.

Ex qua ratione conuincitur *Say l.7 c.10. num.24.* qui existimat, sic ordinatum irregularem esse ex violatione censuræ.

51 Confirmatur quoque hæc sententia, exemplo *Sylu verbo, irregularitas q 13. vers. 2.* vbi ait, quod lata excommunicatione, ipso facto, ne in tali oratorio celebretur missa, primus celebrans in eo, excommunicationem, non irregularitatem incurrit, quia nulla censura erat innodatus cum ibi primam missam celebrauit, secundo tamen celebrando, fit irregularis, cum excommunicatus celebret.

Nec obstant iura in contrarium allata, nam primo

non obstat *e.1.* quia ibi dicitur, esse difficilius dispensandum cum eo, qui furtiue suscepit ordines contẽpto anathemate, quàm cum illo, qui id sine anathemate fecit, nec dicitur, ibi aliquam nouam censuram contrahi, Secundo, nil facit *c 3* quia cũ ibi, duos ordines suscepisset, in diaconatu bene irregularitas, vel suspensio contracta dicitur, quia ille excommunicationẽ in subdiaconatus ordine contraxerat.

52 IV. dubitatur, an clericus, qui in ipsa ordinatione suspẽsionem incurrit, & in ea ministrat cum Episcopo, fiat irregularis.

Quidam affirmant, quia verè ministrat in ordine suscepto, cum prius ordinetur, v.g. diaconus, & tunc suspensionem incurrit, deinde euangelium solemniter canit, sic etiam prius characterem sacerdotalem recipiunt presbyteri, postea verè consecrant, & proprium exercent officium sacerdotalis characteris, licet cũ episcopo concelebrent. ita *post alios Barbos p.2 all.16.num.16.*

Alij vero, negant irregularẽ fieri, ea ratione quia moraliter loquendo, non censetur actus distinctus ab ipsa ordinatione, cum tota actio episcopi à principio, vsque ad finem officij, fit vnus actus moralis, ad quem reliqui ornantur, à iure autem requiritur actus distinctus ab ordinatione, vt quis irregularitatem contrahat per ministrationem in suo ordine, cum censura, ita Medina in summa *l 1.c.11 §.8.* circa finem. *Henriq.l.14 c.3. & Lessius de iust l.2.c.35 dub.24.* in fine. Vnde presbyteri consecrantes cum episcopo propter suspensionem in ipsa ordinatione incursã, nõ efficerẽtur irregulares, quia necessitate morali illud faciunt, cum sit cæremonia, cum ipsa ordinatione coniuncta. ita *Say.li 4. c.16.num 23 & 16.c 12. nu. 11. & Auila 3. p. de susp. disp.5 dub.7. Bellect. disqu. cler. p.1.tit. de discipl clericali §. 5. nu.57. cum alijs, relatis per Barbos. cit loco.* Et quamuis hæc necessitas non videatur esse in diacono, & subdiacono, tamen propter eandem rationem, idem dicendum esset, cũ possit esse vnus diaconus, vel subdiaconus, & per accidens est quod sint plures, ita *Suar. disp. 31. sect. 1. numer. 71.* & hæc opinio mihi videtur probabilis.

An autem, Sacerdotes in receptione ordinis sacerdotalis, dum consecrant, cum epi-

episcopo ministrante, possit quilibet ipsorum applicare valorem sacrificij, & pro eo recipere stipendium sicut pro missa. vide *Pilsuce tract. 5 nu. 98. Contrb. q. 83. n. 191. A. pb. de Leone de off. Capell. q. 7 sect. 8 num. 45 Suar 3. tomo disp. 79 sect. 12* à quibus concluditur posse per eos applicari valorē sacrificij, non autem recipi stipendium.

SECVNDO, clericus suspensus, vel interdictus, ordines suscipiens, suspensionem ipso iure incurrit ab ordine sic suscepto, siue maio-
54 ri, siue minori, vt colligitur *ex c. cum illorum, de sent. excō.* & ita tenet *Suar. numer 57.* licet alij ponant hac suspensionem sub nomine irregularitatis, ita *D. Anton. 3. p. tit. 24. c 76. vers. o. Maiol. l 4 de irreg c. 34.* & *Tolet. l. 1. c. 66.*

55 Quid autem dicendum sit, de sic ordinato ignorantia inuincibili, vel per metum cadentem in constantem virum. colligi potest ex dictis in praecedenti de excommunicato, quia militat eadem ratio.

TERTIO, clericus simoniace ordinē suscipiens, siue occultus sit, siue manifestus; non solum ipso iure excommunicationem incurrit, sed etiam suspensionem ab omnibus ordinibus, ita habe-
56 tur in *extrauag. Pauli 2. incip. cum detestabile, de simonia*; hoc autem intellige, quando simonia est realis perfecta ex vtraq; parte. ita *Nauar. in Man. c. 27. num 103. Soy. l. 7 c. 12. num. 17. & Azila c. 8 dub. 9.*

57 Sed dubitatur primo, an talis simoniacè ordinatus fiat irregularis.

Affirmat *Vgol. Tab 4. nu. 4* eò quòd ordines in excōmunicatione recipiat

Contrarium tamen verius existimo, nam excommunicationem incurrit per susceptionem ordinis, ideo per eādem non potest irregularitatem incurrere vt patet ex dictis supra *nu. 50* & huius sententiæ extat *Lessius de iust. l. 2. c. 25 dub. 24. in fine.*

58 II. dubitatur, an suscipiens ordinem simoniace ignoranter v. g. quia amici vel parētes eius simoniace obtinuerunt ab episcopo, vt ordines ei conferret per simoniam, incurrat huiusmodi suspensionem.

Affirmat *Tolet l. 1. c. 49. & l. 5 cap 93.*

Negant vero *Soy l 4. c 14. num 6. & Lessius loco cit nu. 136. Nauar. c. 25 num. 68 & alij.* & hoc verius videtur, quā huiusmodi suspensio est im-

posita, propter culpam, qua cessante per ignorantiam, cessare debet.

Quando autem accusatus de simonia, fit suspensus à diuinis, per *tex. in c. accusa. ti. de simonia: vide Glo. ubi Azo p. 3. inst. mor. l. 12. c. 20. q. 3. A. pb. de Leon de Off. Capell. q. 4. n. 214. Bonacin de simon. q. 7. §. 6. n. 8.*

59 QVARTO clericus eodem die suscipiẽs duos ordines sacros, suspensionem ipso iure incurrit ab ordine posteriori recepto, nam primum legitimè recepit, *c. litteras, de temp. ord.* & ita tenẽt *Nauarr. in Man. c. 25. nu. 71. Viuald. tit. de suspens. num. 4. Say. l. 4. c. 14. nu. 23. & alij.*

60 Sed dubitatur primo, an incurrat hanc suspensionem suscipiens ordines sacros legitimis temporibus, non tamen seruata mora vnius anni inter vnum, & alium ordinem, statuta in *Conc. Trid. sess. 23. cap. 13. & 14. de refor.* sine dispensatione, vel Apostolico indultu.

Negatiue, cum non sit in iure imposita; grauiter tamen peccat, contra præceptum *Conc. Trid.* Ita *Suar. disput. 31. sect. 1. nu. 43.*

61 II. dubitatur, an suscipiens eodem die minores ordines & subdiaconatum, sit ipso iure suspensus.

Affirmat *Nauar. in Man. c. 25. nume. 71.* quem sequitur *Say. l. 4. c. 14. num. 2. super tex. in cap. 2. de eo qui furt. ord. suscep.*

Contrarium tamen est probabilius, quod tenet *Suar. ubi. num. 41.* & cum in *d. c. 2.* solum dicatur, *mandamus. ut eum ministrare non permittas,* quæ verba non videntur importare suspensionem ipso iure, tamen grauiter peccat ex *d. c. 2. & ex Conc. Trid. sess. 23. cap. 11.*

62 III. dubitatur, an minoribus ordinibus initiatus eodem die, vel non seruatis interstitijs cõtra Episcopi voluntatem, incurrat aliquam censuram.

Negatiue, cum *Suar. num. 43.* cum non sit male promotus, quo ad censuram, sed quo ad culpam, in iure enim hæc suspensio non reperitur.

QVINTO clericus suscipiens ordines sacros extra tempora statuta, vel ordinatus ab alieno Episco-

63 po sine litteris dimissorijs, seu legitima licentia, vel ante legitimam ætatem, quæ determinatur per *Trid. sess. 23. c. 12. de ref.* ipso iure incurrit suspensionem, ab executione suorum ordinum, per *extrauag. Pij 2. incip. cum ex sacrorum*, quã refert *Say.*

l. 4.

l.4 t.14 numer 12. à qua suspésione nullus præter Papã absoluit, vt per Barbos. p 2. all 16.nume.15. & alleg.17 num.15.

64 An autem ordinatus ante legitimam ætatem bona fide, incurrat suspensionem. Vide supra part.2.nu.27.

SEXTO, clericus per saltum ordinem suscipiens, ipso iure suspensionem incurrit. Ita Host. in summa tit. de cler. per saltum promoto, Nauar. in Man. c.25.num.71. & Suar. disp 31 sect. 1 .nume.

65 48. nam per saltum promotus, ordinem prætermissum suscipere nequit, nisi accedẽte Episcopi dispensatione, vt supponitur in cap.vnico, de cler. per saltum promoto, ergo significatur esse ab ecclesia suspensum, vltra prædictam prohibitionem. Probatur cõsequentia, nam, quod taliter ordinatus ministrare in ordine suscepto, vel ad superiorẽ ascendere prohibitus existat, est quia caret ordine prætermisso, sed ex hoc capite non inhibetur ordinem prætermissum suscipere, vt per se patet, igitur ex suspensione ecclesiæ, potest tantum illa prohibitio prouenire. Cõfirmatur quia taliter ordinatus eget dispensatione ad ministrandum in superiori ordine prius suscepto, etiam post susceptionem prætermissi, ex d.c. vnico ergo videtur in tal ordine esse vetitum ministrare, per suspensionem ecclesiæ; nam illa inhibitio, seu censura non potest prouenire sine iure positiuo. Sunt tamen nonnulli existimantes huiusmodi censuram, non incurri ipso facto, licet non negent licite ministrare non posse in ordine suscepto, antequam prætermissum ordinem suscipiat, sic per saltum promotus, vt Archid & alij, in c. solicitudo dist. 52.

66 An autem, huiusmodi suspensio fit ab omnibus ordinibus, vel ab illo, quem suscepit per saltum.

Nauar c.25.n.71. & c.23. nu.245. simpliciter dicit esse suspensum.

Sylu. tamen verbo, irregularitas [illegible] Vinald. tit. de suspens. num. 98. Suar. disp. 31. sect. 1. num. 48. & alij. existimant, hanc suspensionem esse solum ab ordine male suscepto, cum ex iure amplius non colligatur, & hoc est probabilius.

67 Vnde nota quod clericus per saltum promotus prohibetur ordinem prætermissũ suscipere absq; dispensatione, & tanto fortius ascendere ad superiores ordines durãte

te tali suspensione ab ordine male suscepto, ideo si clericus ad diaconatum per saltum promotus, ministraret in subdiaconatu prætermisso, remaneret irregularis quo ad subdiaconatum, & superiores ordines suscipiendos, & consequenter impeditus perpetuo à diaconatus exequutione, ita *Suar. disp 42 sect. 4. nu. 5. motus ex c. 2. de cler. non ord. minist.* statim vero cum fuerit dispensatus cum eo, vt præ
68 termissum ordinẽ suscipiat, poterit tam in illo, quam in alio per saltum suscepto ministrare *arg. tex in c. 1 de cler. per saltum prom.* & è conuerso si fuerit cum eo dispensatus, vt ministret in ordine iam suscepto, censebitur, quoque dispensatus, vt ordinem prætermissum suscipiat, quo recepto ad superiores ordines ascendere poterit; nam talis dispensatio non potest aliter effectum habere, immo poterit quoque ad maiores ascendere, post prætermissum susceptum, cum sit ablata suspensio ab ordine inferiori male suscepto, cuius occasione ad alios ascendere non poterat, ita *Suar. disp. 31 sect. 1. nu. 50.*

69 Hanc autem dispensationem, potest concedere Episcopus, dummodo sic ordinatus per saltum in prætermisso ordine non ministrauerit, ita *Conc Trid sess. 23. c. 14. de ref. in fine.*

SEPTIMO, clericus ordinatus, ficto, vel ementito ti-
70 tulo beneficij, vel patrimonij secundum aliquos est ipso iure suspensus. sed aliter, cum distinctione dictum est supra *par. 2 nu. 13.* vnde sequeretur impetrantem ementito titulo litteras dimissorias à suo episcopo, quarum vigore ordinatur, vnicã tantum suspẽsionem incurrere, quia scilicet absque litteris dimissorijs validis est promotus.

OCTAVO, clericus initiatus sacris ordinibus
71 per licentiam capituli Sede vacãte infra annum à die vacationis, non arctatus occasione beneficij, incurrit ipso iure suspẽsionem ab exequutione ordinum sic susceptorum, ita expresse habetur in *Conc. Trid sess. 7. cap. 10. de refor.*

72 Sed dubitatur primo, an suscipiens minores ordines cum prædicta licentia, incurrat suspensionem.

Negatiue, pro vt declarauit S. Congreg. Cardinalium; nullo tamen gaudebit priuilegio clericali, maxime in criminalibus, vt dicitur in *cod. Conc. Trid.*

II. du-

73 II. dubitatur, an in d. prohibitione Concilij Trid. includatur etiam, vt nō possint concedi dimissoriæ pro prima tonsura.

Affirmatiue, cum *Nauar. consf. 27 de temp. ord. Garcia 1. tomo p 5. & 7. num. 9. Gm uen. in praxi. c. 85. nu. 15. & ita est praxis*. Addit vero Garcia, sic initiatum prima tonsura, nullam incurrere pœnam, ex declarat. S. Congreg. Concilij.

NONO, clericus ordinatus ab Episcopo excōmunicato, suspenso, interdicto, deposito, degradato, hæretico, simoniaco, vel schismatico, nominatim tamen declarato post *extrauag. ad euitanda*, ordinis exequutionē non recipit, *c. si quis à simon. 1. q. 1. & 9. q. 1. & arg. tex. in c. 1. & c. fraternitatis, de schismat. & ibi communiter Doct. quos sequitur Say. l. 4. c. 14. n. 1. & l. 7. c. 10. nu. 17. & Auila loco cit. dub. 8.* licet *Syl. irreg. num 9. & Eman. Sà verbo irregularitas, ex ord. abusu*, irregularitatem esse dicant.

74

75 Sed dubitatur primo, an ordinatus ab excommunicato, suspenso &c. ignorantia probabili, incurrat hanc suspensionem.

Negant, *Abb. in c. veritatis, de dolo, & contumacia, Say l. 4. cap. 14. & alij*, cum sit pœna, quæ cessat, cessante culpa.

Sed affirmandum censeo, cum *glo in cap. si quis à simoniacis 1 q. 1 & in c. ab excommunicatis 9 q. 1. Couar. c. alma p. 1. § 6 n. 6. & Suar. disp. 31 sect. 1. nu 61.* nam hæc pœna non est lata ob culpam ordinati, sed in iniuriam ordinantis, cum talis Episcopus vsum ordinis non habeat, vt alijs dare possit. *c. gratia 1. q. 1. & c. daibertum 1. q. 7.*

76 II. dubitatur, si fuerit ab eodē Episcopo coactè, & per metum in virum constantem cadentem ordinatus, an suspensionem incurrat.

Say. l. 7. c. x. num. 21. Valentia 4. tomo disp. 7. q. 19. pun. 3. § 5. & alij. existimant, excusari à pœna, sicuti à culpa excusatur.

Contrarium tamē dico, *cū Suar. loco cit. & disp. 42. sect. 3. num. 4.* cum hæc suspensio sit propter potestatis defectū in ordinante, non propter culpam ordinati, vt diximus.

DECIMO, clericus ordinatus ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, suspensionem incurrit. Pro declaratione tamen, adhibe distinctionem, nam aut episcopus renunciauit solum loco, & non dignitati, & fuerit ab

alicu-

c. vltimo de cler. exc. minist. vnde cum per huiusmodi suspensionem sit absolutè prohibitus suspensus, ne suos faciat fructus ecclesiasticos, consequenter est inhibitus, ne beneficium nouum acquirat.

39 Hæc tamen communis sẽtentia est limitanda vt bene notat *Suar. disp. 27. sect. 1. nu. 12.* quando causa suspensionis fuit de se indifferens ad quamuis ecclesiam, & omnem clerum, quia tunc suspẽsio vniuersalis est, cum non habeat vnde determinetur.

Si vero, causa suspensionis pertinet ad particularem ecclesiam, tunc suspensio a beneficio intelligitur esse ab eo beneficio, quod habet in ea ecclesia, vel si plura ibi obtineat, ab omnibus illis, & hãc regulam profitetur, *Suar tradidisse glo. in clem. 2. de. vita & hon. cler. verbo beneficiorum.* & potest probari ex *c. si compromissarius de elect. in 6.* vnde in hoc secundo casu posset nouum beneficium alibi obtinere.

40 Et a fortiori, idem dicendum est, quando quis est expresse suspensus a beneficijs, quæ habet in aliqua determinata Ecclesia, q̃ colligitur *ex c. 1. § fin. iuncta gl. verbo beneficijs, & c. cupientes §. cæterum & ibi glo. verbo omnibus, de elect. in 6.*

41 An autem collatio beneficij facta tali clerico simpliciter suspenso a beneficio sit irrita.

Dico, nõ esse ipso iure irritam, sed irritandam; nam ratio *tex. in c. si celebrat, de cler. excom. minist.* non plus probat, nam ibi non dicitur electio irrita, sed irritanda, & secluso fundamento illius tex, nullum aliud est, ex quo prædictam collationem esse nullam, possit probari, ita *Suar. disp. 27. sect. 1. nu. 26.*

42 VIII dubitatur, an suspensus a beneficijs tantum, quæ obtinet, possit licite obtinere nouum beneficium.

Affirmatiue, nam illa particula, quæ obtinet, ad præsentia determinat suspensionem, nec suspensio est simpliciter a fructibus ecclesiasticis, sed a talibus vnde respectu aliorum nihil prohibet. ita *Suar sect. 2. nu. 4.*

43 IX. dubitatur, si clericus suspensus simpliciter a beneficio; actu, nullum habet beneficium, an sit impeditus recipere beneficium.

Affirmatiue, quia licet huiusmodi suspensio directè priuet beneficij fructibus, consequenter tamen impedit acquisitionem beneficij; nam qua-

quamuis non priuet, inhabilem reddit personam ad fructus percipiendos durante censura. ita *Suar. disp. 27. sect. 1. nu. 27.*

44 X. dubitatur, an clericus a beneficio suspensus possit licite accipere ex fructibus beneficij, quantum sufficit ad simplicem sustentationem, si aliunde non habeat necessariam sustentationem.

Affirmatiue, si fuerit tantũ suspensus in pœnam delicti. Secus vero si ob contumaciam fuerit suspensus, cum illam sua culpa, necessitatem patiatur, nam posset desistere a contumacia, *ita Abb & Decius in c. pastoralis §. verum nu. 16. de appell Foller. in prax crim can p 3. c. 33 nu. 106. Corona confess tit de suspens. n. 6. Font. lib. 1. c. 46 n. 7 Iac. Graff lib 4 decis. aur. c. 25 n. 6. Say lib 4 cap 6. n. 12. & alij.*

Dixi, simplicem sustentationem, quia non posset eos accipere pro decentia status, vt colligitur ex c. *studeat. dist. 50 & ibi glo & doct.* quod communiter receptum est, vt testatur *Say loco cit.*

Ex Suppositione degradationis seu depositionis.

QVINTO Prohibetur clerico degradato, seu deposito exercendi actum ordinis, vel iurisdictionis, aut obtinendi beneficia, & fere omnia, alia quæ prohibita sunt clerico suspenso, quia militat eadem ratio, cũ degradatio non sit, nisi ordinis perpetua depositio, suspensio, vero, simpliciter vel ad tempus *Sylu. verb Degradatio simon Maiol lib. 3. de Irregular c. 22 & alij* Exercendo tamen Degradatus vel depositus actum ordinis, licet p. m. tamen non fit irregularis, sicuti suspensus, cum non sit in iure expressum, nec Degradatio est censura, sed grauissima pœna ecclesiastica, quæ pro quibusdam grauibus criminibus fieri solet de quibus per *Alens. in summa p. 2. lib. 7 tit. 17. ar 6 Sayr. de cens. lib 5 c. 21. num. 7 & Alph Vualdi tract. de depositione, & degradatione n 11.*

Est autem Duplex Degradatio, vna verbalis, altera Actualis, *secundum communem Doct. opin.*

Verbalis est illa, quæ per sententiam priuat tantum legitima exequutione ordinũ, & graduum ecclesiasticorũ, & solet dici Depositio, vt per *Maiol loco citato.*

Actualis, quæ degradatio dicitur, est executio depositionis verbalis; sicuti, etiam

tra-

traditio Curiæ seculari, executio est actualis depositionis, seu Degradationis, de qua *in c. nouimus, de verb. signif.*

46 Illud tamen est obseruandum, quod clericus verbaliter solũ depositus est de Iurisdictione ecclesiæ, & ad huc fruitur Priuilegio *canon si quis suadente, 17. q. 4.* ideo eũ percutiens est excommunicatus *glo. in c. degradatio de pœnis in 6 verbo Priuil. clericali, Panor. in c. ex parte, de cler. coniugat. & alij.*

Sed, verum si Sacerdos actualiter degradatus celebret, vere conficeret.

S. Tho. 3. q. 82. art. 8. Palud. 4. dist. 13 q. 1. ar 2. Sot. 4. dist. 13. q. 1. art 8. & alij, affirmant licet grauiter peccet, ex quo character, super quo fundatur conficiendi potestas, est indelebilis, etiam post mortem. Vnde clericus resuscitatus, non esset ordinandus, *glo. in ca. 2. verbo nunquam, 32. q. 7. et alij cit Say l 5 c 22.*

Quid verò dicẽdum sit de degradato, si esset in sacris & de facto contraheret matrimonium. Resp. non valeret matrimonium, vt docent *Astens. 2 p lib 7 tit. 17 art. 4. q. 4. Sayr. lib 5. c. 22. nu. 25. & alij.*

An autem validum sit matrimonium, cui de licentia Parochi assisteret Sacerdos degradatus.

Affirmant *Bonac. de matr. q. 2. pu. 8. num. 23. Barbos. de offi. & pot. Epis. p. 2. all. 32. n. 151.* quia Sacerdos degradatus, adhuc est sacerdos.

Sed, Quid si degradatus fuerit in Sacris, an teneatur ad horas canonicas.

Affirmant *Sylu verbo Degradatio, Viuald cit. nu. 40. Gregor. de Valentia to 4 disp. 7 q. 4. pu 4 & Doct. communiter, cum Henriq lib. 13. c. 55. §. 3. et alijs*, qui docent, sic degradatum, dicere debere horas, sine eo, quod dicat (Dominus vobiscum) & similia pertinentia ad ordinis dignitatem.

In quibus casibus Clerici suspensionem incurrant.

PRIMO, clericus excommunicationis censura
47 innodatus ordines maiores, vel minores suscipiens, suspensionem incurrit ab ordinibus, sic susceptis, vt probatur *ex c. cum illorum de sent. excom.* & ita tenent *Couar. cap alma par. 1. §. 6 numer 6. & Suar. 5 tomo disp. 31. sect. 1. num 57.* licet alij ponant hanc suspensionem sub nomine irregularitatis, *Abb. in cap.*

cap.1.de eo qui fur ord.suscep. Tolet.l.1.c.66.& alij.

48 Sed dubitatur primo, an clericus excommunicatus suscipiens ordines, ignorantia, quæ excuset à culpa mortali, incurrat hanc suspensionem.

Affirmat Couar. dict cap. alma, par.1.§ 6 numer.6.

Cõtrariũ tamẽ dicendũ existimo cum Panor. in cap. veritatis, de dolo, & contum. Castro lib.2.de lege pœnali cap. 15. Nauar in summa cap.27. numer.241. Tolet.lib. 1. cap. 66.num.1.& alijs, nam cessante causa, cessat effectus; sed hæc suspensio, vt pœna imponitur, quæ culpam respicit, ergo cessat, culpa cessante iux. tex. in capit. Apostolica, de cler. excomm. ministr.

49 II. dubitatur, an excommunicatus, coactè ordinatus per vim, & metum in virum cõstantem cadentem, incurrat suspensionem.

Affirmat Maiol.lib.4.c.16. Sed contrarium est verum, cum huiusmodi suspensio, nõ nisi propter culpam incurratur. Vnde sicuti diximus, ignorantiam excusantem culpam, excusare hanc pœnã, ita dicendum est de metu graui, qui etiam excusat à culpa, ita Suar.disp.31.sect. 1. n.60.

50 III. dubitatur, an clericus sub excommunicationis pœna inhibitus, ne ordinetur, suspensionem incurrat, ordines recipiendo.

Affirmant glo in c. vltimo de eo qui fur.ord.suscep.& Panor.in c.1.n.4 eod.tit.& confirmari videtur hæc opinio, ex d c.1.& 3.

Contraria tamen opinio mihi videtur probabilior, quam tenet Suar numero 77. nam talis clericus, non ordinatur excommunicatus, ob quod suspensionem incurrat, sed excommunicationem, per ordinationem incurrit.

Ex qua ratione conuincitur Say l.7 c.10.num.24. qui existimat, sic ordinatum irregularem esse ex violatione censuræ.

51 Confirmatur quoque hæc sententia, exemplo Sylu verbo, irregularitas q 13. vers. 2. vbi ait, quod lata excommunicatione, ipso facto, ne in tali oratorio celebretur missa, primus celebrans in eo, excommunicationem, non irregularitatem incurrit, quia nulla censura erat innodatus cum ibi primam missam celebrauit, secundo tamen celebrando, fit irregularis, cum excommunicatus celebret.

Nec obstant iura in contrarium allata, nam primo

non obstat *c.1.* quia ibi dicitur, esse difficilius dispensandum cum eo, qui furtiue suscepit ordines contẽpto anathemate, quam cum illo, qui id sine anathemate fecit, nec dicitur, ibi aliquam nouam censuram contrahi, Secundo, nil facit *c 3* quia cũ ibi, duos ordines suscepisset, in diaconatu bene irregularitas, vel suspensio contracta dicitur, quia ille excommunicationẽ in subdiaconatus ordine contraxerat.

52 IV. dubitatur, an clericus, qui in ipsa ordinatione suspẽsionem incurrit, & in ea ministrat cum Episcopo, fiat irregularis.

Quidam affirmant, quia verè ministrat in ordine suscepto, cum prius ordinetur, v.g. diaconus, & tunc suspensionem incurrit, deinde euangelium solemniter canit, sic etiam prius characterem sacerdotalem recipiunt praesbyteri, postea verè consecrant, & proprium exercent officium sacerdotalis characteris, licet cũ episcopo concelebrent. ita *post alios Barbos p.2 all.16.num.16.*

Alij vero, negant irregularẽ fieri, ea ratione quia moraliter loquendo, non censetur actus distinctus ab ipsa ordinatione, cum tota actio episcopi à principio, vsque ad finem officij, sit vnus actus moralis, ad quem reliqui ornantur, à iure autem requiritur actus distinctus ab ordinatione, vt quis irregularitatem contrahat per ministrationem in suo ordine, cum censura, ita Medina in summa *l.1.c.11.§.8.* circa finem. *Henriq.l.14.c.3.& Lessius de iust.l.2.c.35.dub.24.* in fine. Vnde presbyteri consecrantes cum episcopo propter suspensionem in ipsa ordinatione incursã, nõ efficerẽtur irregulares, quia necessitate morali illud faciunt, cum sit caeremonia, cum ipsa ordinatione coniuncta. ita *Say.li 4. c.16.num 23 & l 6.c 12. nu. 11. & Auila 3. p. de susp.disp.5 dub.7. Bellect.disqu. cler. p.1.tit.de discipl clericali §. 5. nu.57. cum alijs, relatis per Barbos. cit loco.* Et quamuis haec necessitas non videatur esse in diacono, & subdiacono, tamen propter eandem rationem, idem dicendum esset, cũ possit esse vnus diaconus, vel subdiaconus, & per accidens est quod sint plures, ita *Suar.disp. 31. sect. 1. numer. 71.* & haec opinio mihi videtur probabilis.

An autem, Sacerdotes in receptione ordinis sacerdotalis, dum consecrant, cum epi-

episcopo ministrante, possit quilibet ipsorum applicare valorem sacrificij, & pro eo recipere stipēdium sicut pro missa. vide *Pilsucc. tract. 5 nu. 98. Conteb. q. 83. n. 191. Alph. de Leone de off. Capell. q. 7 sect. 8 num. 45 Suar 3. tomo disp. 79 sect. 12* à quibus concluditur posse per eos applicari valorē sacrificij, non autem recipi stipendium.

SECVNDO, clericus suspensus, vel interdictus, ordines suscipiens, suspensionem ipso iure incurrit ab ordine sic suscepto, siue maio-
54 ri, siue minori, vt colligitur *ex c. cum illorum, de sent. excō.* & ita tenet *Suar. numer 57.* licet alij ponant hac suspensionem sub nomine irregularitatis, ita *D Anton. 3. p. tit. 24. c 76. vers. o. Maiol. l 4 de irreg c. 34.* & *Tolet. l. 1. c. 66.*

55 Quid autem dicendum sit, de sic ordinato ignorantia inuincibili, vel per metum cadentem in constantem virum. colligi potest ex dictis in praecedenti de excommunicato, quia militat eadem ratio.

TERTIO, clericus simoniace ordinē suscipiens, siue occultus sit, siue manifestus; non solum ipso iure excommunicationem incurrit, sed etiam suspensionem ab omnibus ordinibus, ita habe-
56 tur in *extrauag. Pauli 2. incip. cum detestabile, de simonia*; hoc autem intellige, quando simonia est realis perfecta ex vtraq; parte. ita *Nauar. in Man. c. 27. num 103. Say. l. 7 c. 12. num. 17. & Aula c it dub. 9.*

57 Sed dubitatur primo, an talis simoniacè ordinatus fiat irregularis.

Affirmat *Vgol. Tab 4. nu. 4* eò quòd ordines in excōmunicatione recipiat

Contrarium tamen verius existimo, nam excommunicationem incurrit per susceptionem ordinis, ideo per eādem non potest irregularitatem incurrere vt patet ex dictis supra *nu. 50* & huius sententiæ extat *Lessius de iust. l. 2. c. 35 dub. 24. in fine.*

58 II. dubitatur, an suscipiens ordinem simoniace ignoranter v. g. quia amici, vel parētes eius simoniace obtinuerunt ab episcopo, vt ordines ei conferret per simoniam, incurrat huiusmodi suspensionem.

Affirmat *Tolet l. 1. c. 49. & l. 5 cap 93.*

Negant vero *Say l 4. c 14. num 6. & Lessius loco cit nu. 136. Nauar. c. 25 num. 68 & alij.* & hoc verius videtur, quā huiusmodi suspensio est im-

posita, propter culpam, qua cessante per ignorantiam, cessare debet.

Quando autem accusatus de simonia, fit suspensus à diuinis, per *tex. in c. accusa' ü. de simonia: vide Glossa Azo p. 3. inst. mor. l. 12. c. 20. q. 5. A. pb. de Leon de Off. Capell. q. 4. n. 214. Bonacin de simon. q. 7 § 6. n. 8.*

59 QVARTO clericus eodem die suscipiēs duos ordines sacros, suspensionem ipso iure incurrit ab ordine posteriori recepto, nam primum legitimè recepit, *c. litteras, de temp ord.* & ita tenēt *Nauarr. in Man c. 25. nu 71. Viuald. tit. de suspens. num. 4. Say. l. 4. c. 14 nu. 23. & alij.*

60 Sed dubitatur primo, an incurrat hanc suspensionem suscipiens ordines sacros legitimis temporibus, non tamen seruata mora vnius anni inter vnum, & alium ordinem, statuta in *Conc. Trid. sess. 23 cap 13 & 14. de refor.* sine dispensatione, vel Apostolico indultu.

Negatiue, cum non sit in iure imposita; grauiter tamen peccat, contra præceptum *Conc. Trid.* Ita *Suar. disput. 31. sect. 1. nu. 43.*

61 II. dubitatur, an suscipiens eodem die minores ordines & subdiaconatum, sit ipso iure suspensus.

Affirmat *Nauar. in Man. c. 25 nume. 71.* quem sequitu. *Say l. 4. c. 14. num. 23. super tex. in cap. 2. de eo qui furt. ord. suscep.*

Contrarium tamen est probabilius, quod tenet *Suar. sup. num. 43.* cum in *d. c. 2.* solum dicatur, *mandamus, vt eum ministrare non permittas,* quæ verba non videntur importare suspensionem ipso iure, tamen grauiter peccat ex *d. c. 2. & ex Conc. Trid sess. 23. cap. 11.*

62 III. dubitatur, an minoribus ordinibus initiatus eodem die, vel non seruatis interstitijs cōtra Episcopi voluntatem, incurrat aliquam censuram.

Negatiue, cum Suar. num. 43. cum non sit male promotus, quo ad censuram, sed quo ad culpam, in iure enim hæc suspensio non reperitur.

63 QVINTO clericus suscipiens ordines sacros extra tempora statuta, vel ordinatus ab alieno Episcopo sine litteris dimissorijs, seu legitima licentia, vel ante legitimam ætatem, quæ determinatur per *Trid. sess. 23. c. 12. de ref.* ipso iure incurrit suspensionem, ab executione suorum ordinum, per *extrauag. Pij 2. incip. cum ex sacrorum*, quā refert *Say. l. 4.*

l. 4 c. 14 numer 12. à qua suspẽsione nullus præter Papã absoluit, vt per *Barbos. p 2. all 16. num. 15. & alleg. 17 num. 15.*

64 An autem ordinatus ante legitimam ætatem bona fide, incurrat suspensionem. Vide supra *part. 2. nu. 27.*

SEXTO, clericus per saltum ordinem suscipiens, ipso iure suspensionem incurrit. Ita *Host. in summa tit. de cler. per saltum promoto, Nauar. in Man. c. 25. num. 71. & Suar. disp 31 sect. 1. nume.*

65 48. nam per saltum promotus, ordinem prætermissum suscipere nequit, nisi accedẽte Episcopi dispensatione, vt supponitur in *cap. vnico, de cler. per saltum promoto*, ergo significatur esse ab ecclesia suspensum, vltra prædictam prohibitionem. Probatur cõsequentia, nam, quod taliter ordinatus ministrare in ordine suscepto, vel ad superiorẽ ascendere prohibitus existat, est quia caret ordine prætermisso, sed ex hoc capite non inhibetur ordinem prætermissum suscipere, vt per se patet, igitur ex suspensione ecclesiæ, potest tantum illa prohibitio prouenire. Cõfirmatur quia taliter ordinatus eget dispensatione ad ministrandum in superiori ordine prius suscepto, etiam post susceptionem prætermissi, ex *d. c. vnico* ergo videtur in tali ordine esse vetitum ministrare, per suspensionem ecclesiæ; nam illa inhibitio, seu censura non potest prouenire sine iure positiuo. Sunt tamen nonnulli existimantes huiusmodi censuram, non incurri ipso facto, licet non negent licite ministrare non posse in ordine suscepto, antequam prætermissum ordinem suscipiat, sic per saltum promotus, vt *Archid. & alij, in c. solicitudo, dist. 52.*

66 An autem, huiusmodi suspensio fit ab omnibus ordinibus, vel ab illo, quem suscepit per saltum.

Nauar c. 25. n. 71. & c. 27 nu. 245. simpliciter dicit esse suspensum.

Sylu. tamen verbo irregularitas q. 3. Vinald. tit. de suspens. num. 98. Suar. disp. 31. sect. 1. num. 48. & alij, existimant, hanc suspensionem esse solum ab ordine male suscepto, cum ex iure amplius non colligatur, & hoc est probabilius.

67 Vnde nota quod clericus per saltum promotus prohibetur ordinem prætermissũ suscipere absq; dispensatione, & tanto fortius ascendere ad superiores ordines durã-

te

73 II. dubitatur, an in d. prohibitione Concilij Trid. includatur etiam, vt nõ possint concedi dimissoriæ pro prima tonsura.

Affirmatiue, cum *Nauar. consil. 27 de temp. ord. Garcia 1. tomo p 5. & 7. num. 9. Gen. uen. in praxi. c. 85. nu. 15. & ita est praxis*. Addit vero Garcia, sic initiatum prima tonsura, nullam incurrere pœnam, ex declarat. S. Congreg. Concilij.

NONO, clericus ordinatus ab Episcopo excõmunicato, suspenso, interdicto, deposito, degradato, hæretico, simoniaco, vel schismatico, nominatim tamen declarato post *extrauag. ad euitanda*, ordinis exequutionẽ

74 non recipit, *c. si quis à simon. 1. q. 1. & 9 q. 1. & arg. tex. in c. 1. & c. fraternitati, de schism. & ibi communiter Doct. quos sequitur Say. l. 4. c. 14. n. 1. & l. 7. c. 10. nu. 17. & Auila loco cit. dub. 8.* licet *Syl. irreg. num 9. & Eman. Sà verbo irregularitas, ex ord. abusu*, irregularem esse dicant.

75 Sed dubitatur primo, an ordinatus ab excommunicato, suspenso &c. ignorantia probabili, incurrat hanc suspensionem.

Negant, *Abb. in c. veritatis, de dolo, & contumacia, Say. l. 4. cap. 14. & alij*, cum sit pœna, quæ cessat, cessante culpa.

Sed affirmandum censeo, cum *glo. in cap. si quis à simoniacis 1 q. 1 & in c. ab excommunicatis 9 q. 1. Conar. c. alma p. 1. § 6 n. 6. & Suar. disp. 31 sect. 1. nu 61.* nam hæc pœna non est lata ob culpam ordinati, sed in iniuriam ordinantis, cum talis Episcopus vsum ordinis non habeat, vt alijs dare possit. *c. gratia 1. q. 1. & c. daibertum 1. q. 7.*

76 II. dubitatur, si fuerit ab eodẽ Episcopo coactè, & per metum in virum constantem cadentem ordinatus, an suspensionem incurrat.

Say. l. 7. c. x. num 21. Valentia 4. tomo disp. 7. q. 19. pun 3. § 5 & alij. existimant, excusari à pœna, sicuti à culpa excusatur.

Contrarium tamẽ dico, *cũ Suar. loco cit. & disp. 42. sect. 3. num. 4.* cum hæc suspensio sit propter potestatis defectũ in ordinante, non propter culpam ordinati, vt diximus.

DECIMO, clericus ordinatus ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, suspensionem incurrit. Pro declaratione tamen, adhibe distinctionem, nam aut episcopus renunciauit solum loco, & non dignitati, & fuerit ab alicu-

alicuius loci episcopo rogatus, tunc ab eo ordinatus, siue in maioribus, siue in minoribus ordinibus, non est suspensus, aut renunciauit loco, & dignitati, & fuerit quis ab eo ordinatus cum licentia sui episcopi in minoribus, nec suspensionem incurrit. Si vero in maioribus ordinibus scienter vel crassa ignorantia, tunc hanc suspensionem incurret; *c. 1. de ord. ab Episc. qui ren. Episc.* nō quidem ab omnibus, sed tantum ab illo suscepto ab eo episcopo, vt omnes intelligunt illam particulam tex. ibi, *exequutionem officij*.
77

78 Hanc autem esse propriā suspensionem, non irregularitatem censent, *glo. Abb. & alij in d. cap. 1. & Suar. disp. 31. sect. 1. nu. 7. & Auila 3. p. de susp. disp. 5. dub. 8. vers. quintus casus*, contra *Silu. irregularitas num. x. & Tolet. l. 1. c. 66.* cum illa verba tex. *exequutionem officij non habebit*, conueniant suspensioni; nam suspensus, exequutione caret, tempore quo suspensus existit. Confirmatur quoque ex eo, quod irregularitas priuat simpliciter omnium ordinum exequutione, ac taliter promotus est impeditus ab exequutione illius, quem ab eo episcopo suscepit, ergo

79 ibi non loquitur de irregularitate. Est tamen aduertēdum secūdum omnem interpetrationem *tex ibi cum glo.* quamuis talis clericus fuerit ordinatus absque culpabili ignorantia, non poterit exercere ordinem, sic susceptum, cum ordinans non habuerit potestatem dandi talem ordinis exequutionem.

VNDECIMO, clericus ordinatus ab alieno
80 Episcopo sine testimonio sui ordinarij vbi probitas, & eius mores commendentur, suspēsionem incurrit ab exequutione susceptorum ordinum per annum. Ita *in Cōc. Trid. sess. 23. c. 8. de ref.* In huiusmodi tamen decreto non comprehenditur prima tonsura, vt dicit *Tolet. l. 1. capit. 50. vers. 4.*

Sed hodie, etiam prima tonsura, sic initiatus, incurreret alias pœnas, iuxta *Decretum Sacræ Congregationis Eminentiss. DD. Card. 10. Kal. Iulij 1623. cuius tenor, est vt sequitur.*

Sacra Congregatio Card. negotijs iurisdictionalibus Regni Neap. præpositorum, iustis, grauibusq; adducta causis de S. D. N. Greg XV. speciali ordine, viuę vocis oraculo desuper habito expresse precipit, & mandat omnibus & singu-

singulis eiusdem Regni Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs inferioribus legitimā facultatē habentibus, vt antequam ad primā tonsuram, siue ad minores ordines aliquem promoueant, Parocho, seu alteri, cui magis expedire uidebitur committant, vt nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoueri, publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, vita à fide dignis diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsam Inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem quamprimum transmittat ad hoc, vt tam ex his, quam ex alijs ex S.C.T. *præscripto in c. 7. sess. 23. de refor. adhibendis diligentijs sibi constet, promouendos, illis esse qualitatibus præditos, quæ per sacros canones, idemq; Concilium requiruntur, Quod & obseruent in literis dimissorijs concedendis, in quibus exprimatur, præfatas diligentias præcessisse. Dictæ autem literæ dimissoriæ vni tantum, & certo ordinario ad electionem concedentis in posterum dirigantur, & pluribus directæ sint nullæ. Prædictaq; vult inuiolabiliter obseruari donec, aliud fuerit ordinatum. Si quis vero contra formam præsentis decreti fuerit ad primam tonsuram siue ad minores ordines promotus, ab executione collati, & à susceptione superioris ordinis perpetuo suspensus sit, & vlterius condignis pœnis puniatur ordinans vero, vel dimissorias concedens vltra diuinam vltionem, quam incurret, à collatione ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Præterea ijsdem ordinarijs enixe iniungit, ut decreta per Sacros canones, sacrumque Conc. Trid. & Apostolicas Cōstitutiones quoad delationem clericalis habitus, & tonsura seruitiumq; Ecclesiæ præstandum, ita curent per huiusmodi clericos obseruari, et in eos qui contrafecerint, statutis per ea pœnis animaduertere, vt ipsi nequeant de damnabili circa hæc negligentia redargui. Romæ 10. Kal. Iulij 1625. Oct. Cardin. Bandinus, Laur. Campegius Secr.*

Similiter contra ordinatos ab alieno Episcopo cum falsis dimissorijs, adest *Cōstit. S. D. N. D. Vrbani Papæ 8. 11. Decembris 1624* per quā statuitur fori priuilegio minime gaudere, sequuta tamē Iudicis Ecclesiastici declaratione, vt dictum est supra *par. 2. nu. 29.*

DVODECIMO clericus promotus ab Episcopo

81 in alterius diœcesi sine expressa licẽtia Ordinarij loci, ipso iure suspensionem incurrit ab ordinũ exequutione,& Episcopus ab exercitio Pontificalium per annum, ita *in Conc. Trid. sess. 6. c. 5. de ref.* expresse decernitur.

DECIMO TERTIO. Si Parochus, vel quilibet alius sacerdos ausus fuerit benedicere, aut matrimonio cõiungere alterius Parochię sponsos, sine illorum Parochi licẽtia, etiam si id faciat prę-
82 textu priuilegij, vel immemorabilis consuetudinis, suspensionem ipso iure incurrit, donec absoluatur ab ordinario eius Parochi, à quo benedictio suscipienda erat, vel qui matrimonio interesse debebat, ita sancitum extat in *Trid sess. 24. c. 1 in decr. de ref. matr.* Ab hoc tamen excluditur quęlibet ignorantia, vt patet ex illis verbis concilij, *ausus fuerit*, quæ scientiam requirunt.

83 Sed dubitatur, à quo sit huiusmodi suspensio, cum in d. decreto concilij non exprimatur.

Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. nu. 143. quem refert Barbos. de off. & pot. episc. p. 2. alleg. 32. n. 190. dicit hanc suspensionis pœnam, ne dum ad officium, sed etiam ad beneficium extendi posse.

Sayr. autem lib. 4 c. 15. nu. 10. censet hac in re esse consulendam Sacram Congreg. Eminẽtiss. DD. Cardinalium; interim tamen tutius esse, vt ab officio, & beneficio se credat suspensum.

Ipse vero, dicendum existimo cum *Suar. disp. 31. sect. 4. num. 18.* suspensionem illam esse ab officio, vel munere sacerdotali, nam cum hoc casu suspensionem incurrat sacerdos propter abusum muneris sacerdotalis, rectè intelligitur suspendi formaliter, quatenus est sacerdos, & sic à munere sacerdotali.

Ab hac tamen suspensione absoluere potest Episcopus, vt resoluit *Sanch: lib. 3. disp. 52 num. 4.*

DECIMOQVARTO, clericus, qui aliqd op-
84 ponit in personam electi ad dignitates, personatus, & Canonias, & in probatione defecit, suspensionem incurrit à beneficijs per trienniũ, *c. 1. §. sed si pars. §. adijcientes de elect. in 6.* Ita *Viualdus, tit. de suspens. num. 12. Say. l. 4. c. 15. nu. 13 & alij.*

Hanc autem suspensionẽ, non incurrere aliquid opponentem contra electum ad beneficium ecclesiasticum exi-

existimat *Suar.disp.31.sect.3. nu.12.* nisi ad dignitates,&c. vt dixi. Et tunc limitat prædictam suspēsionem à beneficijs illius ecclesiæ,de cuius electione agitur, vt culpæ sit proportionata pœna.

DECIMOQVINTO, clericus dando,vel recipiendo beneficium per simoniam,non tantum excō-
85 municationem incurrit per *extrauag.cum detestabile de simonia*, sed etiā si fuerit occultum crimen, quo ad se tantum remanet suspensus. si publicum, quo ad se, & alios. *Ita D. Th.2 2. q.100. art.vlt.ad 1. & ibi Caiet. & Sot.l 9.de iust.q.8. artic 1.*

A quo autē sit hęc suspēsio. *Couar.clem.si furiosus p. 1.§. 1.num. 7.* sequutus *Inn. & Panor.* quos ipse allegat, dicit si publicum fuerit crimen esse suspensionem ab ordine, & inducere irregularitatem celebrando, sed multi Canonistæ dicunt esse ipso iure suspensionem à tali beneficio. Aliter denique distinguit *Suar.disp.31.sect. 4. nu.43.* vide ipsum.

Simoniaca, autem tunc erit collatio beneficij, siue præsentatio, electio,postulatio, & immissio in possessionem, quando fuit data, vel promissa pecunia,aut alia res temporalis pro habēda dicta collatione præsentatione &c. *Mattheus,de Simonia, vbi Abb.*Nauar.*In summa c. 23. num. 100. Decius cons. 118.& alij.*

Et licet de rigore iuris probabilis sit opinio ad incurrendas dictas pęnas sufficere,traditionem rei temporalis; tamen est probabilius requiri etiam traditionem rei spiritualis,*vt testatur Pilliuct. tra.45 de vitio simonia cap.13 num.13 & Bonacin.tom.3 de censur.in partic. dist.2 q. 3. punct.24. num. 6. & alij.*

An autem dicatur tradita res spiritualis,ex eo tantum, quia fuit facta pręsentatio Negatiue,cōcludit *P Alph. de Leone,de Offic. Capell q 4. prax.5 num.212.* ex eo, quia posset pręsentantē pęnitere, Ideo requiritur, vt sequatur institutio,ad hoc vt dicatur tradita res spiritualis.

Sed verum,quādo promittitur aliquid spirituale pro collatione,vel præsentatione &c. dicatur simoniaca collatio,&c.

Nau.loco cit Bonacin. in tract de simonia q 1. & alij, affirmant, ex *c.quæsitum*, *de rerum permutatione*, quibus accedit *Pilliuc. dicto tract. 45 cap.7.* sed hoc intelligit,

quādo id, quod datur, aut promittitur non est simpliciter res spiritualis, sed simul haberet annexum temporale, vt si daretur calix aureus, vel pixis aurea, beneficium, pro præsentatione, ad aliud beneficium, &c.

Non tamen, committeretur simonia, præsentando aliquem cum onere defendendi Iura beneficij, aut recuperādi bona ipsius, vel congerendi in vnum illius scripturas, ex quo ista spectant re ipsa ad institutū ad beneficiū qui est immediator defēsor illius secūdū, *Lambert lib. 3. q. 2. n. 2.* & ita declarauit *Rota in Romana iurespatr. 10. Nouembris 1600. & 29. Ianuarij 1601. Coram Millino*, vt fatetur *P. Alph de Leone loco citato num 208.* Qui, etiam, *cū Filliuc cit. cap. 6. num. 13. & Bonacin de Simonia q. 4. §. 11. num. 4* censet, esse pactum simoniacum, vbi quis præsentat aliquem cum conditione, vt suis expensis defendat iura suæ præsentationis, cum hoc redundet in commodum ipsius præsentantis, & velit suam præsentationem stabilire.

An vero, simonia, sit plene, & concludenter probanda, vel sufficiant indicia, & coniecturæ, & quæ, & an ex sola intentione, & mente resignantis, seu resignatarii inducatur confidentia. vide *Rot post primum volum. Consil. Farinac. decis. 133. & decis 135.*

Sed, an reddatur præsentatio simoniaca, quando vna vox, ex pluribus, esset simoniace acquisita.

Affirmant *Abbas, & Felinus in cap. Matthæus, de Simonia*, & si illa vox non esset necessaria, quia nihilominus ex hac voce, Simoniaca redderetur tota præsentatio, ad hūc effectū, simoniaca, *Mohed. decis. 4. de Iurepatr. Roman. cons. 317. & Crescent. decis. vltima de simonia.* Quod Intelligit *P. Alphons. de Leone cit. num. 204.* quando dicta vox habita fuit, sciente ipso præsentato, alias secus.

Quid autem dicendum sit, si ignorante præsentato, siue eo, cui fuit collatum beneficium, fuerit ab alijs aliquid datum pro habendo beneficio, & quid facere debeat beneficiatus, post quam id sciuerit. vide *tex. in c. præsul, de elect. c. ex insinuatione, & c. nobis, de simonia. Rot. diuers. par. 1. decis. 285. Bonac. de censur. in particulari disp. 2. q. 3. punct. 24. nu. 12. & P. Alph. de Leone loco cit. num. 202.* Quamuis si non fuerit cōmissa

simonia cum omnibus presentantibus, sed adsint praesentationes bonae, possit praesentatus, dum nescit conuentiones illicitas, se tueri praesentationibus bonis, non obstante concursu illicitarũ, pro vt fuit resolutum *In corum. Capella 6 Martij 1595. coram Millino*.

DECIMOSEXTO, clericus propter vitium Sodomiae, suspensionem incurrit. Secundum *Couar. d. clem. si furiosus, p. 1 §. 1. num. 6.* qui ait, hanc sententiam ob criminis atrocitatem de-
86 fendendam esse, licet probari non possit ex iuris rigore. sed ex constitut. *Pij V. edita in anno 1568. vt refert Say. l. 7. cap. 12. num. 23.* grauissima pena est imposita clericis ob tale crimen his verbis, *omnes, & quoscunq; presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares cuiuscunque ordinis gradus, & dignitatis, praedictum crimen exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio ecclesiasti. eo praesentis canonis auctoritate priuamus &c.* Nota tamen quod intelligitur solum de exercente huiusmodi crimen, vt dicitur in d. bulla, per illud verbum, *exercentes* .i. ex vsu continuato. vnde non sufficeret si semel, vel bis incideret, secundum *Nauar. quem sequitur Say loc. cit. & Genuen. in praxi c. 80.* & alij. Quomodo autem sit puniendus talis clericus, vide *Genuen cit. loco*.

DECIMOSEPTIMO, clericus notorius concubinarius est suspensus quo ad se, & quo ad alios *c. fin. de cohab. cler. & Mul.* secundum
87 *Silu. verbo, concubinarius q. 4. Nauar. in Man. c. 25. n. 76. & alij.* At *Suar. disp. 31. sect. 4 num. 4.* verius censet, atq; defendit, talem concubinariũ suspensionem minime incurrere ipso iure, licet huiusmodi delictum notorium sit, cũ in iure non probetur.

An autem, liceat à Sacerdote publico concubinario accipere, aut petere Sacramentum Eucharistiae. 88

Nauar. loco cit. n. 80. post D. Thom. in 3 p. q. 82. ar. 9. & alios, negant, ex *tex in c nullus, & ex c. praeter hoc, dist. 32.* vbi, etiam Missa prohibetur audiri ab huiusmodi Sacerdote.

Contrarium nihilominus censent *Fagund lib. 3. c. 1. Sot. in 4. dist. 22. qu 1. art 4 Suar. disp. 72. sect. 4 & Barth. à S. Fausto de Sacr. Euchar. lib 1. q 216.* ex eo, quia si qua erat in iure talis prohibitio, iam

ces-

cessauit, vel per contrariam consuetudinem, vel quia fuit reuocata per constit. Concil. Constant. sub Martino V. nã regula illa, quæ in fauorem fidelium præscribit, vt non vitentur, nisi excommunicati nominatim denũciati, vel publici Clericorũ Percussores, generalis est, quo ad cẽsuras, & suspensiones, & illa sola hodie est obseruanda, quia exceptio firmat regulam in contrarium. Vnde, cũ ibi solùm excipiantur excommunicati nominatim denunciati, & notorij clerici percussores, cæteri non essent vitandi.

DECIMO OCTAVO. clericus, qui excom-
88 municat, suspendit, vel interdicit non in scriptis, nec causam conscribit, neq; requisitus, tradit exemplum sententiæ, suspensionem incurrit per mensem ab ingressu ecclesiæ. Ibiq; eo tempore celebrando efficitur irregularis, c. cum medicinalis, de sent. exc. in 6. Similiter eandem suspensionem incurrit, qui excommunicationis sententiam in aliquem promulgat, non præmissa monitione, nec præsentibus personis idoneis, per quas monitio probari possit, cap. sacro, de sent. excom.

VLTIMO, alijs omissis, clericus, qui tradit corpus
89 vsurarij publici sepulturæ Christianæ, suspensionem incurrit ab exequutione sui officij, donec satisfaciat ad Episcopi arbitrium, c. quia in omnibus, de vsuris. intellige, tamen de vsurario specialiter, atq; nominatim condẽnato, & declarato de tali crimine, ita Suar. disp. 31. sect. 2. numero 70. qui potest etiam videri in simili multa tradens disp. 12. sect. 4.

90 Sed dubitatur, quæ sint oblationes prohibitæ accipi à tali vsurario in d. c. quia in omnibus, nam oblatio vt inquit D. Th. 2.2.q.85 ar. 3. ad 3. est quidquid Deo, directè offertur.

Distinctione vtitur Suar. dis. 31. se. 2. n. 7. aut hæ oblationes fiunt in missa ad offertorium, & videntur comprehensæ in d. prohibitione, aut offeruntur tanquam eleemosinæ, vt sacrificia, aliavè diuina officia fiant pro credentibus, & est probabile hæc, ibi, non prohiberi, cum non sit inhibita oratio pro publico vsurario, cum non sit excommunicatus. ideo erit licitum pro illo sacrificium offerre, & consequenter pro missa dicenda eleemosi-

emosinam accipere secluso scandalo . aut tandem aliquid offertur in subsidium Ecclesiæ , vel eius ministrorum , & hoc intelligitur in d. prohibitione , nisi sit alias debitum , ex consuetudine , vel alio titulo , ne fiat melioris conditionis , propter tale crimen , dummodo habeat alia bona , præter ea , quæ sunt obnoxia restitutioni vsurarum .

TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM:

PARS QVINTA.

De ijs, quæ de iure Clericis prohibita, aut promissa reperiuntur ex causa, siue occasione interdicti, cessationis à diuinis, Ecclesiæ pollutæ, aut violatæ, vel interdicti ab ingressu Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti definitio.*

2 *Interdictum, aliud locale, aliud personale, & tam locale, quam personale, aut est generale, aut particulare. Item adest interdictum ab ingressu Ecclesiæ.*

Regulares tenentur obseruare interdictum ab Episcopo promulgatum.

5 *Locus interdictus, & persona interdicta, quando euitari debeant.*

7 *Interdicti effectus.*

8 *De Prima prohibitione Clericis personaliter interdictis, suscipiendi Sacramenta.*

9 *Interdictus personaliter, an licite possit recipere Sacramentum Confirmationis.*

10 *Item Sacramentum pœnitentiæ, & an, & quando valide.*

13 *Eucharistiam, an possit recipere interdictus personaliter generali interdicto.*

14 *Interdicto generali personali ligati, qui causam non dederunt interdicto, an possint suscipere ordines.*

15 *Interdictus personaliter, si non*

non possit in articulo mortis aliud Sacramentum recipere, nisi extrema vnctio nis, an sit illi ministranda.

16 Interdictus personaliter an licite possit matrimonium contrahere.

17 De Secunda probibitione Clericis personaliter interdictis, celebrandi, ministrandi Sacramenta, vel in ordine sollemniter.

18 Sed an possint licite ministrare Sacramentum baptismi in necessitate tam priuatim, quam sollemniter.

20 An conferre Sacramentum confirmationis.

21 Sacerdos personaliter interdictus an priuetur ministerio actiuo Sacramenti pœnitentiæ, & priuetur ipso iure Iurisdictione in foro pœnitentiæ.

23 Et an possit ministrare viaticum, ob mortis periculum.

24 Extrema vnctio, an ministranda a b interdictis, vel interdictis, si esset casus, in quo aliud Sacramentum suscipi non posset.

25 Sacerdos interdictus, an possit celebrare cum circunstantijs præscriptis in c. alma mater.

26 Missam audire à Sacerdote interdicto, & denunciato, an sit prohibitum.

29 De Tertia probibitione Clericis, ministrandi Sacramenta personaliter interdictis, nisi in casibus permissis.

30 De Quarta Probibitione celebrandi coram interdictis.

31 Et Quid si personaliter interdictus noluerit ab Ecclesia exire, an sit celebranda missa.

32 An possit Sacerdos interdictus, vel coram interdictis celebrare ad euitandum scandalum, vel mortem propriam.

33 De Quinta Probibitione Clericis interdictis personaliter, assistendi Sacrificio Missæ, vel alijs diuinis Officijs.

34 Et an possint priuatim orare in Ecclesia tempore, quo non celebrantur diuina, vel concionem audire.

35 De Sexta probibitione clericis personaliter, & specialiter interdictis, sepeliri in Ecclesiastica sepultura.

36 De Septima probibitione Clericis tempore interdicti localis, ministrandi Sacramenta, exceptis casibus in iure expressis.

37 Quæ Sacramenta ministrari possint tempore localis interdicti, & au damnatis ad

 quid

quid de distributionibus quotidianis, eo tempore.

87 *Canonici, an lucrentur distributiones, polluta Ecclesia.*

88 *Sacerdos, quid facere debeat si contingat Ecclesiam violari, dum celebrat.*

89 *Ecclesia, seu locus sacer pluribus modis violatur.*

90 *Primo per iniuriosam effusionem sanguinis in ea, hominis viuentis.*

Quid si fuerit facta effusio sanguinis per iocum, vel per furiosum, aut carentem vsu rationis, vel ob necessariam defensionem.

An polluatur Ecclesia si contingat vulnus intus illam; sed extra Ecclesiam effundatur sanguis.

Si existentem extra Ecclesiã, sagitta fuerit percussus aliquis intra Ecclesiam, an violetur.

Quid si existens in Ecclesia, alium extra illam vulnerauit.

Vel si vulneratus extra Ecclesiam, confugeret ad illã, & ibi effunderet sanguinẽ, num violetur Ecclesia.

Si quis percuteret, & vulneraret se ipsum intra Ecclesiam; an violetur.

Vel si in ea reus vulneretur iussu iudicis.

Iudex mandans occidere reũ intus Ecclesiam, an incidat in excommunicationem.

Effusio, quanam requiratur, vt violetur Ecclesia.

91 *Secundo violatur Ecclesia per homicidium voluntarium, & iniuriosum in ea perpetratum.*

Sed an violetur per homicidium casuale, vel factum ab amente, aut ob necessariam defensionem.

Homicidium ab ebrio patratum, an sufficiat ad violationem Ecclesiæ.

Quid si vulnus infligatur in Ecclesia, & mors extra illã sequatur, vel si vulnus extra Ecclesiam recipiatur, & in Ecclesia homo moriatur.

Si ex percussionibus illatis in Ecclesia, mors post aliquos dies sequatur, an violetur Ecclesia.

Si Martyr occidatur in Ecclesia, an violetur.

92 *Tertio Ecclesia polluitur per effusionem humani seminis in ea, & quando.*

An per copulam coniugalem.

93 *Quarto Ecclesia violatur, quando scienter in ea excõmunicatus sepelitur.*

An violetur per sepulturam interdicti, vel suspensi.

94 *Quinto polluitur Ecclesia si, Paganus, seu infidelis nõ baptizatus in ea sepelitur.*

Parietes Ecclesiæ abradi quando

IN

Interdictum, sic potest definiri, est censura Ecclesiastica prohibens vsum quarundam rerum sacrarum, vt fidelibus communem, quatenus talis est.

1 Dicitur in definitione; quarundam rerum sacrarum, quia interdictum non priuat omnibus rebus sacris, sed illis, quæ in iure expressæ sunt, de quibus inferius dicemus. Dicitur; vt fidelibus communem, ad differentiam suspensionis, quæ priuat aliquo vsu, non vt communi; sed vt proprio alicuius potestatis Ecclesiæ, seu vt ministerio ex officio. Vnde suspensio per se priuat Clericos. Interdictum verò commune est de se. Dicitur; quatenus talis est, ad differentiam excommunicationis, quæ priuat vsu talium rerum sacrarum, non quatenus est sacræ rei vsus, sed quatenus est cum alijs fidelibus communicatio; interdictum verò formaliter priuat vsu talis rei sacræ per se, & à communicatione cum alijs independenter.

2 Diuiditur interdictum in locale, & personale. Locale est, quod directè fertur ad locum, ne ibi exerceatur vsus Sacramentorum, nec diuina officia, neq; sepultura detur; sicut ante fiebat. Personale verò, dirigitur immediatè ad personam, & interdicitur ei certus vsus rerum diuinarũ.

3 Et hoc locale, vel personale interdictum, aut est generale, vt cum interdicitur Regnum, Prouincia, vel homines Regni, vel Prouinciæ, aut est particulare, vt cũ interdicitur aliqua Ecclesia, vel locus, vel certa, siue certæ personæ.

Quando autem interdictũ est emanatum à Sancta Sede Apostolica, vel ab Episcopo promulgatum, à Regularibus etiam seruari debet, iuxta dispositionem S.C. *Triden. sess. 25. c. 12.* & tradunt *Emanuel Sà, verbo, interdictum*, *Gauantus in Manuali Episc. verb. Regularium iura sub Episcopo, nu. 42. & alij.*

4 Denique: adest interdictum ab ingressu Ecclesiæ, iuxta *tex. in c. is cui, de sent. exc. in 6.*

5 Est tamen notandum; in huiusmodi censura, etiam locum habere *extrauag. ad euitanda*, cũ generaliter loquatur de omni sententia, & cẽsura Ecclesiastica, ideo nisi locus interdictus sit publicè denunciatus, nõ tenemur illũ vitare, nec per celebrationẽ, ibi induceretur irregularitas. Similiter nisi persona esset nomi-

nominatim interdicta, & denunciata, neque teneremur illam vitare; ipse tamen interdictus personaliter, tenetur seruare interdictum quã tum in se erit, licet non sit denũciatus, cũ directè nullus fauor sit ei concessus per *d. extrauag.* ideò sic celebrando p. m. & irregularis efficitur. Hic etiam possunt applicari dicta in simili de excommunicato supra par. 3 nu 5.

6 Si vero, interdictum fuerit contra communitatem, sufficit interdictum esse denunciatum contra ipsam communitatẽ, quò d probabilius censet *Suar. 5. to. disp. 37. sect. 2. num. 3* dummodo postea euidenter constet talem personam esse membrum illius Ciuitatis, nam alias esset ferè impossibilis moraliter denũciatio, & nominatio singularũ personarum, & ita videretur inutile tale interdictũ.

7 Tandem nota, tres esse interdicti effectus, sacramentorum priuatio, diuinorum officiorum prohibitio, Ecclesiasticæ sepulturæ priuatio.

His positis, summatim dicendum est de ijs, quæ Clericis Prohibentur ex suppositione interdicti personalis, localis, ab ingressu Ecclesię, cessationis à diuinis, aut Ecclesiæ pollutæ, seu violatæ.

Ex suppositione interdicti personalis.

8 PRIMO, prohibetur Clerico personaliter interdicto suscipere sacramenta, nisi in casibus à iure expressis, alias p. m.

9 Sed dubitatur Primo, an sic interdictus personaliter, possit suscipere Sacramentũ confirmationis.

Distinguendum est, aut est interdictus generaliter personali interdicto, & tũc posset illud suscipere, vt habetur in *c. quanto, de sent. excom.* Si vero est interdictus personaliter, interdicto particulari, vel causam dedit generali interdicto, tunc non est admittendus ad recipiendum tale Sacramentum, nec licite illud recipiet, nisi satisfecerit, vel cautionem dederit, si aliud non posset. Ita sumitur *ex c. alma, de sent. exc. in 6.* vbi deciditur, non esse admittendos ad Sacramentum pœnitentiæ eos, qui causam dederunt interdicto generali loci, nisi præmissa satisfactione, vel cautione, ex quo videtur generaliter Ecclesiam illos ad nullum aliud Sacramentum admittere, cum pœnitentia sit quædam dispositio ad alia Sacramenta. Et hoc tanto fortius dicendum est de in-

ter-

terdicto speciali,& personali ligato.Ita *Suar. disp. 33. sect. 1. num. 9. & Auila, de cens. p. 5. disp. 4 dub. 3.*

10 II. dubitatur, an possit recipere Sacramentum pœnitentiæ.

Affirmatiue, si est interdictus generaliter personali interdicto; secus verò si causam dedit interdicto, aut obstat alia censura, nisi prius satisfecerit, excepto casu necessitatis *d. c. alma mater*. Et tanto fortius speciali, & personali interdicto ligatus, huiusmodi Sacramentum recipere non poterit, cum sit latum propter eius culpam.

11 An autem pœnitentiæ Sacramentum collatū homini speciali interdicto ligato, vel qui dedit causam interdicto, sit validum. Colligi potest, ex dictis supra *par. 3. num. 29.* de excommunicato, nam vt benè notat *glo. in c. præsenti, de sent. excom. in 6.* eodem modo se habent, quo ad hanc inhibitionem, excommunicatus, & interdictus.

12 III. dubitatur, dum diximus, non posse recipere Sacramenta confirmationis, & pœnitentiæ illum, qui causam debit interdicto, nisi prius satisfecerit, an tunc sit necessaria absolutio, vel relaxatio interdicti, an vero sufficiat satisfactio, vt dicitur *in d. cap. alma*.

Suar. disp. 38. sect. 1. nu. 5. existimat requiri absolutionem, vel relaxationem.

Communis, tamen, opinio tenet, cessare ipso facto interdictum impleta conditione, cum sit positus terminus in ipsa lege, ideo non operatur vltra illum.

13 IV. dubitatur, an interdictus personaliter generali interdicto, possit vbiq; Eucharistiam sumere.

Negatiue, & tanto fortius si fuerit specialiter interdictus, vel causam dederit interdicto generali, quia tanquam specialiter interdictus reputatur, excipe tamen articulum mortis. ita *Sanch. 2. tomo l. 7. disp. 8. num. 19.* nam generaliter vsus Sacramentorum est prohibitus tempore interdicti, nec istud excipitur extra sacrificiū, nisi per modum viatici, in casu necessitatis *c. quod in te, de pœnit. & remiss.*

14 V. dubitatur, an Clerici generali interdicto personali ligati, qui causam non dederunt interdicto, possint suscipere ordines.

Affirmat *Inn. in c. non est vobis, de sponsal.* quia Clerici sunt.

Contrarium tamen tenet *Auila*

Auila p.5. disp 4. sect.1. dub. 8.concl.3. Couar. d. c. alma p. 2.§.3. num. 4. & omnis summista, cum huiusmodi exceptio nullo iure fundetur. Nec obstat ratio *Inn.* quia clerici sunt; nam nos non loquimur de interdicto personali laicorum, in quo Clerici non comprehenduntur, & è conuerso, *c. si sententia, & ibi etiam, per glo. de sent. exc. in 6.* sed loquimur de interdicto generali personali Clericorum, quo casu prohibentur vlterius promoueri, quandiu interdicto ligantur, alias p. m. & suspensionem incurrũt, vt dixi supra *par. 4. nu. 54.*

15 VI. Dubitatur, si interdictus personaliter non posset in articulo mortis aliquod Sacramentum suscipere, nisi extremam vnctionem, an sit illi ministranda. Dicam inferius num. 24. in simili dubio.

16 VII. Dubitatur, an interdictus personaliter, possit licite contrahere matrimoniũ.

Negat *Suar. disp. 33. sect. 1. n. 50.* quia generaliter prohibetur suscipere Sacramenta, sed matrimonium non est exceptum, ergo.

Contrarium tamen dicendum existimo cum *Silu. interdictum 5. nu. 9. Auila p. 5. disp 4. sect. 1. dub. 6. Nauar. c. 27. num. 170. Tolet. de inter. dicto c. 3. num. 9. Sanch. 2. tom. l. 7. disp. 8. nu. 4. & alijs*, nam sub tali interdicto non comprehenditur matrimonium, nisi sit expressum, cum sit cõtractus, cui aduenit per accidens ratio Sacramenti, nec instar aliorum Sacramentorum interdici solet.

Nec obstat ratio contrariæ opin. quia ea tantum Sacramenta censentur prohibita tempore interdicti, quæ sunt pure Sacramẽta, & omnino spiritualia; at matrimonium est contractus, & per accidẽs, est illi adiecta à Christo Domino ratio Sacramenti, ita *Sanch. nu. 2.*

SECVNDO prohibetur Clerico, personali interdicto ligato, celebrare, ministrare Sacramenta, vel in ordine

17 solemniter, & contrafaciendo p. m. & irregularis efficitur, ita *communiter doct. ex c. 1. de sent. & reiud. in 6 & c. 1. & c. is cui, de sent. exc. in 6.*

18 Sed dubitatur primo, an talis Clericus possit licite ministrare Sacramentum Baptismi in necessitate. Affirmatiue ex *cap. quoniam de sent exc. in 6.*

16 An autem possit ministrari solemniter in casu necessitatis, vel extra à tali interdicto personaliter.

Negat *Say l 5. de cens. c. 7. nu.*

nu. 5, cum satis sit illud ministrare sine sollemnitate, ad satisfaciendum necessitati.

Suar. tamen disp. 33. sect. 1. nu. 5. probabile censet, personam interdictam generaliter, absque culpa propria, posse sollemniter ministrare Baptismum, quia non solum licet illi ministrare tale Sacram. ratione necessitatis, sed quia non est illi absolutè inhibitum, nam personale interdictum non habet plures effectus circa personam, quã locale circa locum, cum iura pariformiter loquantur de utriusq; interdicti effectibus, sed interdictum locale non vetat in loco interdicto dari Baptismum, *c. non est vobis, de sponsal. & c. responso de sent. excom.* igitur personale interdictũ non prohibet personam interdictam ministrare Baptismum. Et sicuti tempore interdicti potest dari, etiam in loco interdicto sollemniter Baptismus, *c. quoniam, de sent. exc. in 6.* ita etiã poterit sollemniter ministrari à personaliter interdicto. Si vero persona fuerit specialiter, & personaliter interdicta, vel causam dederit generali interdicto, tunc licitè non poterit hoc Sacramentum ministrare, quia cessat ratio antedicta, nam locus ratione culpæ alterius interdicitur: at persona per hoc interdictum particulare, vel generale, cui causã dedit, ob propriam culpã interdicitur.

20 II. Dubitatur, an possit licitè conferre Sacramentum confirmationis.

Resp. si est interdictus generali interdicto personali, nec ei causam dedit, est dicẽdum, vt diximus de solemni administratione baptismi, quia in iure æquiparãtur hæc duo Sacramenta. Si vero est specialiter, & personaliter interdictus, vel interdicto causam dedit, tunc probabiliter existimat *Suar. num. 12.* illud ministrare non posse, cum generaliter inhibeatur ministrare diuina, vt in *c. Clerici, & in c. latores de Cler. excom. minist.* in quibus tales interdicti in hoc, excommunicatis æquiparantur: & sicuti idem non licet excommunicatis, ita nec interdictis, neq; in iure huiusmodi casus est exceptus.

21 III. Dubitatur, an sacerdos sic personaliter interdictus priuetur ministerio actiuo Sacramenti pœnitentiæ.

Negatiue, si fuerit innocens, & generali interdicto personali ligatus, nam in iure est exceptus absolutè vsus huius Sacramenti *d. c. alma ma-*

mater ergo comprehenditur, tam actiuus, quam passiuus, cum vnus existere nequeat sine alio. Si vero fuerit personaliter, & specialiter interdictus, siue directè, siuè indirectè, quia causam dedit interdicto, priuatur huiusmodi ministerio, excipe tamen casum necessitatis proximi, ita *Suar. nu. 19.*

22 An autem, personaliter interdictus amittat ipso iure iurisdictionem in foro pœnitentiæ, dicam in sexta parte nu. 74.

23 IV. Dubitatur, an sacerdos habens ius administrãdi viaticum, si fuerit sic personaliter interdictus, possit illud ministrare, ob mortis periculum.

Affirmatiue, si fuerit generaliter interdictus, nec ei causam dederit, nam receptio huius Sacramenti conceditur tempore necessitatis, vt dixi num. 3. *ex c. quod in te, de pœnit. & remiss.* ergo etiã ministratio, alias receptio eluderetur. Si vero fuerit personaliter interdictus directè, vel indirectè, non posset illud ministrare, cum non reperiatur in iure hic casus exceptus, & hoc si existant alij sacerdotes specialiter nõ interdicti, nam si non essent, tunc etiam posset illi opem ferre ob mortis periculum. Ita *Suar. disp. 33. sect. 1. n. 25.*

24 V. Dubitatur, stante quod Sacramentum extremæ Vnctionis ministrari non potest licite interdictis, ob mortis periculum, vt notant *Silu. interdictũ v. num. 8. Tolet. de interdicto cap. nu. 8. & Auila p. 5. disp. 5. sect. 2. dub. 7. et alij.* An possit ministrari ab interdictis, vel interdictis personaliter si esset casus, in quo aliud Sacramentum suscipi non posset.

Affirmatiue, vt dixi *p. 3. n. 25.* in simili casu de excommunicato.

25 VI. Dubitatur, an sacerdos interdictus possit celebrare cum circumstantijs præscriptis in *d. c. alma mater.*

Negatiue, nam iura secundum *Couar. c. alma p. 2. §. 2. n. 3.* loquuntur de interdicto locali, in quo rationes *d. c. alma*, procedunt, non autem de personali, quod est distinctum, & ita tenet etiã *Auila p. 5. disp. 4 sect. 2. dub. 3.* conceditur tamen ipsi, sicut alijs generaliter interdictis, vt certis festiuitatibus, ibi præscriptis, vt dicemus, possint interesse diuinis, specialiter vero interdictis cum moderatione, vt ad altare non accedãt, vt expresse habetur in *d. c. alma*. Quantum autem de-

Ii 2 beant

beant dictae ab altari dicemus infra nu. 55.

26 VII. Dubitatur, an sit prohib. cum audire missam interdicti nominatim denunciati, post extrauag. sicuti excommunicati denunciati?

Resp. quod sola praesentia, vel auditio missae, quam celebrat talis sacerdos non est prohibita, cum minime specialiter non inhibeatur, licet cooperatio ad rem diuinam faciendam sit prohibita ex natura rei, supposita tali censura, ita *Suar. disp. 34. sect. 2. num. 5.*

27 VIII. Dubitatur, an personaliter interdicto liceat contrahere matrimonium. Dixi supra nu. 16.

28 IX. Dubitatur, an benedictio nuptialis licite fieri possit tempore interdicti, ab interdictis, vel personis interdictis. Dicam num. 43.

29 TERTIO, prohibentur ministri Sacramentorum dare Sacramenta interdictis personaliter, nisi in casibus permissis, alias p. m. non tamen irregularitatem incurrunt, sed sunt interdicti ab ingressu Ecclesiae donec satisfecerint competenter ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, *c. Episcoporum, de priuil. in 6.*

30 QVARTO, prohibitum est clericis celebrare coram interdictis, *c. permittimus, de sent. exc. & d. c. alma eod. tit. in 6.* & grauiter peccant contrauenìendo, licet irregulares non fiant, sed admittentes tales interdictos incurrunt poenam praedictam *ex d. c. Episcoporum*, ideo licitum erit illos expellere, si absque scandalo fieri potest, licet sint personae Ecclesiasticae, cum non sit vim inferre, sed Ecclesiae iura defendere, vt etiam dicitur de excommunicato, ita *Suar. disp. 34. sect. 4. nu. 7.*

31 Sed dubitatur primo, si personaliter interdictus nullo modo exire voluerit, an Missa non inchoata sit celebranda, vel si fuerit inchoata, omittenda.

Anchar. in clem. 2. de sent. exc. in 6. affirmat, nisi consecratio, vel saltem canon sit inceptus iuxta dicta superius *p. 3. n. 43.*

Suar. tamen disp. 34. sect. 3. n. 9. distinctè vtitur; aut sacerdos celebrat in loco interdicto, vel extra locum interdictum. Primo casu censet, esse cessandum, vt dicit *Anch. & tenet Say. lib. 5. c. 14. num. 30.* quod constat *ex d. c. alma, ibi excommunicatis, & interdictis exclusis*. Alias non ser-

naretur moderatio *d. c. alma*, adhibenda in celebratione, & maneret prohibitio anti-qui iuris, & sacerdos sic celebrando fieret irregularis, quia celebrat in loco interdicto, sine facultate legitima, & sic contra *tex. in dict. c. is qui §. is vero, de sent. exc. in 6.* Secundo vero casu, probabile existimat, licet non sine formidine, non esse missam omittendam ob eam causã, cum non existat de hoc aliqua inhibitio iuris. Nam *d. c. alma, & cap quod in te, de pœnit. & remiss.* loquuntur de locali interdicto.

32 II. Dubitatur, an sacerdos interdictus, vel non interdictus possit celebrare coram interdictis ad euitandum scãdalum, grauem iacturam, vel mortem propriam.

Patet solutio supra *p. 3. num. 16.*

33 QVINTO, Prohibitum est Clericis interdictis pe[r]sonaliter assistere sacrificio Missæ, vel alijs diuinis Officijs, *c. si Ciuitas, & c. si sententia, de sent exc in 6. c. 3. & 4. de Cler. exc. minist.* & quæ sint huiusmodi officia dicemus num. 47. & contraueniẽdo p. m. ita *Tolet. de interdicto c. 4. nu* 11. neq; hoc casu habet locum *tex. in d c. alma mater*, nisi in certis festiuitatibus, vt ibi. Possunt tamen priuatim orare in Ecclesia tempore, quo diuina non celebrantur; & ibi etiam con-
34 cionem audire, *c. responso, de sent. exc. ita Silu. interdictum 4. nu. 6 vers. tertium. Nauar. in Man. c. 27. nu. 176. & alij.* Nisi esset ei interdictus Ecclesiæ ingressus.

35 SEXTO, Prohibetur sepeliri in Ecclesiastica sepultura, Clericus specialiter, & personaliter interdictus cũ ea priuatus existat per tale interdictum, *clem. 1. de sepult. & c. Episcoporum, de priuileg. in 6.* nec ab istis iuribus excipiuntur Clerici per *c. quod in te, de pœnit. & remiss.* quia loquitur de locali interdicto, & de personis alias nõ prohibitis, ita *Suar. disp. 35. sect. 3. num. 1. & Auila p. 5. disp. 4. sect. 3. dub 1.* & sepelientes huiusmodi Clericum, nominatim, tamen declaratum interdictum, post extrauag. p. m. & sunt excommunicati, *clem. 1. de sepult.* atque sunt interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *d. c. Episcoporum.*

Ex suppositione interdicti localis.

36 SEPTIMO, Prohibitum est Clericis ministrare Sacramenta tempore localis inter-

interdicti,exceptis casibus in iure expressis,*c.responso,de sent. excom. & ibi Abb. Silu. interdictum 5.nu.8 alias p.m.*

37 Sed dubitatur primo, quæ Sacramenta sint excepta.

Dico,quod excipitur primo,Sacram. baptismi, & dari potest etiam sollẽniter tempore localis interdicti, tam paruulis,quam adultis, *c. responso,de sent.exc.c. sententia, & ibi glo. & c. quoniam, eod. tit.6.ita D.Anton.3.p. tit.26. c.4.col 5.& Auila p.5.disp.4. dub.4.*Secundo, excipitur Sacram.confirmationis, etiam in tali loco interdicto,& ideo confici poterit Chrisma in die cœnæ domini *d.c.responso, & c quoniam,*& ratio illa esse potest, quia confirmatio est veluti quoddam complemẽtum status hominis Christiani. Tertio,excipitur Sacram.pœnitentiæ, quod ministrari potest omnibus, etiam in loco interdicto, siue generaliter,siue specialiter, *d.c.alma,* nisi fuerint excommunicati,quia non possent admitti,nisi tempore mortis, vel si eorum culpa fuerit latum interdictum,aut præbuerint auxilium,consilium, aut fauorẽ, nisi prius satisfecerint, ita *D. Anton.cit & Say.l 5 c.7.n. 9.& Auila cit dub.3.*Quarto excipitur Sacramentum Eucharistiæ per modum viatici ob periculum mortis, quod dari potest,etiam in locis interdictis,*c quod in te, de pœnitentijs,& remissionibus.*Quod

38 est deferendũ ad ipsos ægrotos; cum omni sollemnitate, & pompa in Ecclesia consueta,etiam cum lumine, & pulsatione campanæ, cum hoc signum detur ad excitandam reuerentiam erga Sanctiss.Sacramentum;quæ eo tempore non est prohibita, *c.permittimus,de sent.exc.ita D. Anton. col.6. & Sylu. interdictum 5. nu. 9.* Dari etiam potest Eucharistia eo tempore damnatis ad mortem, quia censentur in articulo mortis, ita *D. Anton.col.5. Nauar. in Man.c.25.num.23. Auila cit. loco dub.5. & alij cõmuniter.* sic etiam prægnantibus potest dari communio, si probabiliter imminet periculum mortis. *Ex Silu.qu.7. & Gaetano verb.inter distin.n.35.*

39 An autem,Eucharistiam possint sumere sacerdotes nõ celebrantes, & alij Clerici tempore interdicti.

Negant *Abb.in d.cap.quod in te,Nauar.in Man. c.27.nu. 179.Couar.c.alma p.2.§.3.n. 1.Auila p.5 disp. 4.sect. 1. dub.5. cõcl.3.& alij,*ratio eorũ est,quia est eis prohibita, ex vi interdicti,nec concessa.

Suar.

Suar. tamen disp. 35. *sect.* 1. *num.* 33. probabiliter existimat Clericos Ecclesiæ interdictæ generaliter, posse Eucharistiam sumere. Nam cum assistendi sacrificio Missæ, sit eis concessa facultas, videtur quoque concessum, vt de illo possint participare, seu communicare; nisi expresse excipiantur. Idemque ait de laicis, qui in certis festiuitatibus possunt interesse diuinis, sex *d.c. alma*, vt dicam num. 55. licet oppositam opin teneât. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 26. *c.* 4. *col.* 5. *Silu. interdictū* 5. *q.* 7. *circa finē, & alij* in praxi tamē esset seruāda Ecclesiæ cōsuetudo.

40 Eadem quoque ratione existimat *Suar.* præceptum annuæ communionis obligare, cum vna ex illis festiuitatibus sit Pascha, sed communis sententia, quam sequitur *Auila cit. sect.* 2. *dub.* 12. tenet contrarium, sicuti posito interdicto, cessat obligatio audiendi Missam in die festo.

41 II. Dubitatur, an tempore localis interdicti possit ministrari extrema vnctio in casu quo aliud Sacramentum suscipi non potest. Affirmatiue, vt dixi nu. 24.

Sic etiam ordo commendationis animæ, non prohibetur *Silu. v. interdictum q.* 4. *& Gauante verb. interdictum nu.* 39.

42 III. Dubitatur, an matrimonium tempore interdicti licite contrahi possit. Negat *Suar. disp* 34. *sect.* 1. *num.* 58. Ipse vero affirmandum censeo, cum *Sanch.* 2. *tomo l.* 7. *disp.* 8. *nu.* 2. *& Auila cit. sect.* 1. *dub.* 6. quod confirmatur ex eo, quod dixi supra nu. 16.

43 IV. Dubitatur, an possit conferri benedictio nuptialis.

Aliqui affirmant, moti ex eo, quod eo tempore concessum est matrimoniū, vt modo diximus, sed benedictio est accessoria ad matrimonium, ergo concesso principali cōceditur etiam accessorium, ex *reg. accessorium, de reg. iur. in* 6.

Contrarium tamen dicendum est, cum benedictio nuptialis sit officium diuinum, & spectet ad actum ordinis, idque fiat à solo sacerdote in Missarum sollemnijs, precibus, & officio peculiari ab Ecclesia institutis. *Ita Silu. interdictum* 5. *q.* 7. *nu.* 9. *vers. quinta, Sanch. cit. n.* 10. *& alij*, & contrauenīendo p. m. & irregularitas contrahitur.

44 Nec obstat, regula accessorium, quia illa est intelligēda, vbi in access. & principali eadem ratio militat, quæ hoc casu non militat, nam matrimonium ad officia diuina pro-

prohibita tempore interdicti, non pertinet. Secus vero benedictio, nec de matrimonio est aliqua dispositio prohibens; secus de benedictione, quæ interdicitur generali prohibitione, diuinorum officiorum.

45 V. Dubitatur, si coniuges habent priuilegium assistendi diuinis tempore interdicti, an licite possit eis conferri benedictio nuptialis, seruata moderatione *d c alma*. i. sub missa voce, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis.

Affirmatiue, ex concessione dict. *cap. alma, ita Silu. cit. quæst.* 2 *in fine, Couar. cap. alma, par.* 2. §. 2. *numer.* 7. *verf. matrim. & Sanch. loco cit. nu.* 11. Intellige tamen de locali interdicto generali, *ex glo. in d. c. alma* §. *adijcimus*, *verbo, Ecclesijs*.

46 OCTAVO. Prohibitum est Clericis, celebrare sacrificium Missæ, & alia diuina officia facere in loco interdicto, seclusis priuilegijs, & exceptionibus iuris, *c si ciuitas, c. si sententia, de sent. exc. in* 6. *& c. licet, & c. Episcoporum, de priuileg. in* 6. alias p. m. & quando solenniter exercent actum alicuius ordinis, fiunt etiam irregulares, vt colligitur *ex cap. si qui*, §. *is vero, de sent. exc in* 6. *ita glo & doct. in dict. c. Episcoporum*.

47 Sed dubitatur primo, quæ diuina officia sint prohibita per interdictum.

Respon. quod prohibentur horæ canonicæ, quibus additur etiam officium paruum B. M. V Officium Defunctor. Psalmi Graduales, & Pœnitentiales, cum Litanijs. Itē Sacramentalia, quæ comprehendunt omnes cæremonias sacras, quæ ad solemnem Sacramentorum ritum pertinent, vel ad materiæ præparationem, vt benedictio chrismatis, consecratio, aut benedictio templi; paramentorum, vel vasorum sacrorum, & similia: non tamē sunt prohibitæ aliæ priuatæ orationes, vt benedictio mensæ, & similia, ita *Auila p.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 1. *& alij*.

48 II. Dubitatur, quando ex priuilegijs, & exceptionibus iuris, tempore interdicti sit licitum sacrificium Missæ offerre, & alia officia diuina peragere.

Resp. quicquid fuerit de iure antiquo. hodie per Constitutionem *Bonifacij* 8. *in d. c. alma mater, de sent. exc. in* 6. tempore generalis intertERdicti localis, est permissū singulis diebus sacrificare, &

diui-

diuina officia celebrare, secreto tamen submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis, & interdictis exclusis, ita *communiter doct. vt testatur Say l. 5. c. 5. num. 35.* imò canonici, & alij beneficiarij Ecclesiarum, debent eo tempore diuinis officijs interesse, & non venientes, sunt priuandi distributionibus quotidianis, *d. c. alma §. & tam canonici.*

49 III. Dubitatur, qui possint interesse tempore interdicti, prædictis diuinis officijs.

Resp. omnes laici priuilegium habentes, cum eorum familia, nisi inter eos sit ille, qui causam dedit interdicto, *c. licet vobis, de priuil. in 6.* reliqui vero laici, etiam non excommunicati, vel interdicti, non sunt admittendi, est *communis opinio.* Clerici quoque, ex vi interdicti, non prohibentur ministrare in sacrificio missæ; iuris tamen seruatis circumstantijs, ita *Suar. disp. 34 sect. 1. nu. 31* Non tamen sunt admittendi Clerici, qui fuerunt causa interdicti, vel fuerunt specialiter interdicti, nec Clerici coniugati, qui quo ad hoc, tanquam laici habendi sunt, cum non sit eis concessum hoc priuilegiũ. ita *Say. l. 5. c. 5. n. 34. Sãch. 2. to. l. 7. disp. 56. n. 15. & Auila sect. 2. dub. 4. concl. 4. iux. d. in tra de Priu. Cler. c. 11. n. 11*

50 Laicus quoque poterit inseruire Sacerdoti tempore interdicti, si non sit alius, qui ministret, dummodo non sit excommunicatus, vel interdictus, nec causam dederit interdicto, ita *communiter doct. in dicto c. alma,* & hoc est cõcessum ratione Sacerdotis, non ipsius laici, quia dum ipsi est concessum offerre missæ sacrificium, conceditur etiam adiutorium necessarium ad illud, iux. Ecclesiæ vsum.

51 IV. Dubitatur, an Clerici p. m. tempore generalis interdicti loci, celebrando ibi diuina officia publicè, vel non seruata aliqua circunstantia *d. c. alma.*

Affirmatiue, & est *communis opinio.* immo celebrando, vel exercendo actum alicuius ordinis sacri solemniter, non seruata aliqua circunstantia præscripta in *d cap. alma,* fiũt etiam irregulares, non quia v. g. celebrant coram interdictis, vel quia pulsatur campana; sed quia celebrant in loco interdicto, sine facultate legitima, & contra formã à iure statutam, & contra *tex. in d. c. is qui §. is vero Ita Couar. d. c. alma p. 2. § 4. nu 6. vers. 14. Sil. interdictum 5. q. 5. & Say. l. 5. c. 14. n. 30. et alij.*

KK V. Du-

52 V. Dubitatur, an eo tempore interdicti sacrificium missæ & prædicta officia diuina possint fieri cum eadem moderatione extra ecclesiã, vel monasteria in oratorijs priuatis.

Affirmant *Nauar.c. 27. n. 175.& Vgol. de cẽs.Tab.5.de interdicto c.8.§. 5.nu. 2. quia in d.c.alma*, dicitur, licitum esse officia celebrare sicut prius 1.ante tempus interdicti: sed tunc vbique erat licitum,ergo.

Ego vero contrarium existimo cum *Couar.d.c. alma p. 2.§.4.num.1.vers.2.& Sanch. 2.tomo l.7.disp.8.nu.13.* quia *in d.c.alma*, hæc verba sunt, *Adijcimus præterea quod singulis diebus in ecclesijs,& monasterijs missa celebrentur, & alia diuina officia sicut prius, &c. ergo* est concessio limitata ad ecclesias,& monasteria,quæ cum sit correctoria iuris communis,nõ est extẽtendenda ad priuata oratoria, quæ ecclesiæ non sunt. Immo nec rationes illius cõcessionis,quas assignat tex. in principio, militant in ipsis oratorijs priuatis,nam quod in illis non celebrentur officia, non excrescit indeuotio populi,nec pullulant hæreses.

53 Neque obstat ratio contrariæ opin.cum tex. non cõcesserit absolutè celebrari diuina sicut prius,sed in ecclesijs,& monasterijs.

54 VI.dubitatur,an concessio *c.alma* habeat locum, etiam in ecclesia specialiter interdicta.

Negatiuè, quia loquitur tantum de generali interdicto loci,ita *Silu.interdictũ 5. nu.2.& Auila p.5.disp.4.sect. 2.dub.3.& alij*; sed tunc esset seruandum ius commune,& semel in hebdomada ibi celebrare causa conficiẽdi Corpus Domini, *c.permittimus,de sent.exc.*

55 VII. dub. an tempore interdicti liceat quandoque publicè celebrare diuina officia.

Resp. quod hodie ex *constit.d.c.alma in* quatuor festiuitatibus Natalis Domini, Paschæ,Pentecostes,& Assũptionis B.M.V.licitè possunt celebrari missæ,& alia diuina officia, publice, & pulsatis campanis, à primis vesperis vsque ad completorium diei, cum tota solemnitate consueta celebrari, & potest etiã dari benedictio sollẽnis nuptiarum, si non obstat aliud ecclesiæ præceptum, vt est tempore Paschatis,& Natalis Domini, & hęc fieri possunt omnibus præsentibus, etiam

etiam illis qui causam interdicto dederunt, dummodo longe sint ab altari. ita *communiter doct. quos sequitur Couar. d. cap. alma. p. 2. §. 5. num. 6.*

56 Hoc idem Priuilegium fuit concessum pro festo Sanctiss. Sacramēti, & octaua à *Mart. 5. & Eug. 4.* vt testantur *Sil. interdictum 5. par. 2. & Tolet. de interdicto cap. 3. nu. 8. & alij.*

57 VIII. dub. an clerici tempore interdicti possint priuatim bini recitare officium.

Affirmatiue, dummodo euitetur periculum ne prohibiti audiri possint, *cap. quod in te, de pœnit. & remiss.*

NONO. Prohibetur tēpore interdicti localis sepul-
58 tura ecclesiastica, omnibus etiā infātibus, eisq; est deneganda, nisi priuilegium, habeant, *d. c. quod in te & c. Episcoporum de priuileg. in 6. clem. 1. de sepult.* & alibi, & contrauenientes grauiter peccāt cum sit imposita excom. cōtra sepelientes in loco interdicto, *d. clem. 1.*

59 Sed dubitatur primo, an clerici possint sepeliri in ecclesiastica sepultura tempore generalis interdicti localis.

Et dicendum est, posse, dūmodo non sint personaliter interdicti, nec interdicto causam dederint, *dict. c. quod in te ita tenent D. Ant. 3. p. tit. 26. c. 4. col. 7. Silu. interdictum 5. nu. 5. Auila p. 5. disp. 4 sect. 3. dub. 2. & alij.* Requiritur tamen hodie, vt sepeliantur cum moderatione *d. c. alma.* 1. sine pulsatione campanæ, cum silentio, ianuis clausis, & cessantibus omnibus sollem-
60 nitatibus, & cum eadem moderatione diei possunt intra Ecclesiam missæ, & alia officia diuina pro sepeliendo defuncto clerico; sicuti etiam pro mortuis laicis dici possunt, cum concessio *d. c. alma* sit generalis de omnibus diuinis officijs, *ita Say. l. 5. c. 8. num. 6* Non tamen licet deferre corpus defūcti per vias
61 cum psalmis alternis chori, iuxta Ecclesiasticum modū, nec si cœmeterium sit extra ecclesiam in loco aperto sepulturam benedicere, cum sit prohibitum *in d. c. quod in te,* nec concessum per dict. *c. alma, ita Suar. disp. 35 sect. 1. n. 9. & Say. loco cit. qui num. 7. Auila cit. dub. 4. vers. sed petis*, & alij dicunt huiusmodi priuilegio non gaudere clericos coniugatos ob *c. vnic. de cler coniug. in 6.*

63 II. dubitatur, an sepultus contra interdictum Ecclesiæ in loco sacro sit exhumandus.

63 Resp. si sepultus non fuerit interdictus non est exhumandus, per relaxatũ interdictum, quia res deuenit ad eum statum, à quo potuit incipere *c. plant, de conuers. coniug. & l. quia in eum ff. ad legem aquiliam, ita communiter doct.* Si vero interdictus, qui cum potuisset non dedit signa pœnitentiæ, fuerit sepultus in Ecclesia, vel cæmeterio, quãprimum est exhumandus si poterit cadauer illud ab alijs distingui, argumento *c. sacris, de sepult.* alias non est exhumandus, ne innocentes cum nocentibus sepultura Ecclesiastica priuentur, ita *Say. l. 5. c. 8 nu. 22.*

64 III. Dubitatur, an sit licitum clericis pro interdictis defunctis orare.

Affirmatiuè, si mortui sint cum signis pœnitentiæ, secus si pœnitentes non sint, ita D. *Anton. 3. p. tit. 27. de interdicto c. 4. vltra medium. Silu. interdictum 5. §. 11. Nauar. in Mã c. 27. num. 174. Say. loco cit. nu. 23. & alij.*

65 DECIMO, tempore interdicti prohibetur pulsatio cãpanę ad populũ conuocandũ ad diuinum officiũ, & et si recitẽtur psalmi, ianuis clausis, & submissa voce, vt colligitur ex *d. c. alma §. adijcimus, & ibi doct.* Item signum campanæ, quod dari solet in missa vt adoretur Corpus Christi alias est p. m. ita *Sil. cit. num. 7. vers. 6. Couar. c. alma p. 2. §. 4. nu. 5. vers. 13. & alij.* Potest tamen pulsari campana ter in die ad salutationem Angelicam,
66 ad concionem, ad ostendendum tempus horarum, & ad similia, quæ non spectant ad officium diuinum, & sepulturam ecclesiasticam, ita *Silu. q. 5. vers. 6. Nauar. in Man. c. 27. num. 177. & alij.*

67 An autem, sit transgressio p. m. si pulsarentur campanæ ad missã, vel aperirẽtur ianuę deinde missa non diceretur.

Negatiuè secundum *Suar. disp. 34. sect. 4. num. 12.* nisi ratione scandali.

Ex suppositione cessationis à Diuinis.

68 VNDECIMO, Prohibitum est publice celebrare Missas, & alia diuina in Ciuitate, vbi est hæc cessatio à diuinis, alias p. m. ita *Nauar. c. 27 nu. 189. Couar. in c. alma p. 2. §. 4. num. 7. & alij.* Prohibetur quoque Pulsatio campanæ, quatenus est signũ ad conuocandum populum
69 ad officium diuinum, secus ad salutationem Angelicam, concionem, & similia ita *Sayr. lib. 5. c. 19 nu. 16. Auila p. 6.*

p.6.disp.1.dub.8.& alij.

70 Est autem cessatio à diuinis, quædam prohibitio, qua Ecclesiæ ministri desistere astringuntur à publica diuinorum officiorum celebratione, & Sacramentorum administratione, non tamen est

71 censura, ideo eam violantes non fiunt irregulares, sicuti violantes censuras, vt tradũt, *glo. in c. si Canonici, verbo cessare de offic. ord. in 6. & communiter Doct. apud* Sayr. *de cens. lib. 5. c. 17. num. 9.* cum non sit in iure expressa, *iux. c. 15 qui, de sent. exc. in 6.*

72 Neque, cessatio à Diuinis, ita ligat personas, quæ causã cessationi dederunt, vt vbiq; eas à diuinis excludat, quantum ex se est, sicuti interdictum, etiam locale, quod sẽper afficit personas, quæ causam interdicto dederunt, & vbique illas à diuinis arcet, secundum *Suar. de cens. disp. 39. sect. 1 nu. 14. in fine.*

Duplex autem, est cessatio à diuinis, vna generalis, quæ in loco vniuersali imponitur, vt in Regno, Ciuitate, Villa, Altera particularis, quando in vna, vel pluribus Ecclesijs ponitur, *Sayr. cap. 18. nu. 14.*

73 Sed Dubitatur. Primo, an eo tempore liceat saltem celebrare Missas, & alia Diuina officia, cum moderatione, *c. alma mater*, prout seruatur tempore interdicti.

Negatiuè, cum *Couar. cit.* & *Sanch. 2. to. lib. 7. disp. 8. nu. 14. ex tex. in dicto c. si canonici, § sin autem, de off. ord. in 6.* nam concessio dicti *c. alma*, non loquitur, nisi de interdicto locali.

Vnde, cum eo tempore cessationis à diuinis: Clerici, siue Canonici non inseruiant Ecclesiæ, iuxta tex. in dicto *c. si canonici*, neq; consequentur distributiones, sed potius cedunt ipsi Ecclesiæ; tenebitur tamen Canonicis, & Clericis ipsius Ecclesię, in qua cessatum est, qui parati erant assistere officijs, satisfacere ille, cuius occasione, cessatũ est, vt colligitur ex tex. in *d. c. si canonici, § sin autẽ*, & tradunt *Menoch. de arbitr. cas. 180. & Cenedo q. 1 num. 55. & alij.*

74 II. dub. an sit licitum saltem semel in hebdomada Missas celebrare in Ecclesia causa renouandi Eucharistiã, sicuti licet in Ecclesia specialiter interdicta ex *cap. permittimus, de sent. exc.*

Affirmatiuè, nam hoc quod dicitur de interdicto speciali in *d. cap. permittimus*, extenditur à Doct. ad tempus cessationis, vt reuerenter con-

fer-

seruentur species Euchariſtiæ, maximè pro infirmis, ita *Sayr. lib. 5. cap. 19. num. 3. & Auila p. 6. diſp. 1. dub. 4.* debet tamen fieri ſecreto, & abſq; conuocatione populi, & cum alijs circunſtantijs di c. permittimus.

75 III. dub. an priuilegium *d. cap. alma* pro quatuor feſtiuitatibus, vt diximus num. 55. habeat locum in generali ceſſatione à diuinis.

Negat *Suar. diſp. 39 ſect. 2. num. 13.* quia *tex. in d. c. alma,* loquitur de tempore interdicti.

Contrarium tamen tenent *Couar. d. cap. alma par. 2. §. 5. num. 3. verſ 4. Say. l. 5. c. 19. n. 5. Auila dub. 7. Sanch. cit. nu. 18. & alij*, nam hoc priuilegium *d. c. alma* videtur reſtrictum ad illas quatuor feſtiuitates, quaſi in priuilegium.

Obſeruandum tamen eſt, ſecundum *Alph. Vtuald. in tit. de ceſſatione, à diuinis, nu. 15. Rodriq. in ſumma p. 1. cap. 117. num. 3. & alios apud Io. Hier. Gened. pract. quaſt. q. 1. num. 58.* Quod ille, qui virtute alicuius Bullæ, vel Priuilegij poteſt Miſſam audire tempore interdicti, non poterit eam audire tempore ceſſationis à diuinis.

76 DVODECIMO tempore ceſſationis à diuinis prohibitum eſt Clericis miniſtrare Sacramenta, excepto baptiſmo paruulorum, & pœnitentia morientium, alias p. m. ita communiter *Doct. ex c. non eſt vobis de ſponſal.*

77 Sed dubitatur primo, an poſſit miniſtrari viaticum.

Affirmatiue, nam dum cōceditur pœnitentia, comprehenditur etiam viaticum nō eſſe negandum, vt habetur *in c. quod in te, de pœnit. et remiſſ. vbi glo. verbo concedimus*, & dum defertur viaticum ad infirmos poterit deferri cum ſolemnitate, & pompa conſueta, etiam cum pulſatione campanæ, dummodo omittatur officium diuinum, *ita Say. num. 9.*

78 II. Dubitatur, an poſſit miniſtrari Sacramentum baptiſmi, etiam adultis ſollemniter.

Affirmatiue, ſecundum *communem opinionem*, quæ idem tradit de Sacramento confirmationis, vt per *Sayrum dicto lib. 5. capit. 19. num 7.*

79 III. Dub. an Sacramentum pœnitentiæ poſſit miniſtrari ſanis, extra mortis periculū.

Negat *Suar. diſp. 39 ſect. 2. num. 26.* cum nulla moderatio loquatur de ceſſatione, ſed de interdicto.

Contrarium tamen tenent Co-

Couar.d.c.alma p.2.§.4.nu.7. Say.num.8. Auila p.6. disp.1. dub.9.& alij, nam dum hodie *ex d.c.alma* conceditur tempore interdicti, extenditur etiam ex praxi recepta ad tempus cessationis, cum piè sit interpetranda piæ matris Ecclesiæ sententia, noluisse scilicet priuare suos filios tã necessario salutis remedio.

80 IV. Dubitatur: an extrema vnctio possit saltem ministrari Clericis. Negatiue, nisi priuilegium habeant, *ita Say. num.10.& Auila dub.9.*

81 Idemque dicendum est de Sacramento ordinis, cum nulla sit necessitas eo tempore conferendi hoc Sacramẽtum, *ita communiter doct.*

82 Posset quoque hoc tempore contrahi matrimonium, secundum communem opin. sed benedictio nuptialis dari non potest. Sic *Sayr. lib. 5. cap.19.num. 12. Henriq. lib. 13.cap.53.§.4. et alij* Quamuis *Suarez de cens. disp.39. sect.2. num.2.* quem etiam refert, & sequitur *Bonacina de cens.disp.6.pu.3. nu.7.* censeat, non esse licitum tempo. pore cessationis à diuinis cõtrahere matrimonium, cum eo tempore prohibitum sit suscipere Sacramenta, exceptis prædictis, nisi aliter consuetudo postulet.

83 DECIMOTERTIO, Tẽpore cessationis prohibetur sepultura Ecclesiastica, quo ad ipsum locum sacrum, ita *Tolet.l 7.c 23.nu.2. et communiter videntur affirmare doctores*, maxime quoad laicos. Quo ad clericos verò, quidam existimant, posse eis dari subsilentio, & absque officio funerali, vt per *Say. loco cit.nu.13.& alios Suar. tamen disp.39.sect 2.num.34.* censet puram cessationem à diuinis, non coniunctam cum interdicto, vt fieri solet, non habere hunc effectum priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ, cum nullo iure declaretur, nec cõprehendatur sub generalibus verbis eo tempore, esse cessandum ab omnibus diuinis officijs, vt ex *c. non est vobis, de sponsal.* nam traditio sepulturæ in loco sacro, non est per se in rigore, & proprietate officium diuinum, si fiat absque officio. ideo non venit sub generali prohibitione, strictè .n. sunt verba interperranda, cum odium cõtineant, *c. odia, de reg iur. in 6.* Secus vero si cessatio fuerit coniuncta cum interdicto.

84 An autem violantes cessationem à diuinis, aliquam saltem censuram incurrant, dum irregularitatem minime contrahant, vt dictũ est *n.71.*

Syiu.

Sylu. v. cessatio qu. 5. Sayr. dicto lib. 5. c. 17. nu. 11. & cap. 19 num. 20. & alij per ipsum relati, tradunt, contra violantes iustam cessationem esse constitutam censuram excõmunicationis, cum hac tamẽ differentia, si enim cessatio particularis sit, etiam si sit Ecclesia Matrix, violantes nõ incurrunt excommunicationem, siue secularis sit, siue regularis. Ratio est quia violatio censurarum excommunicationem inducit, cessatio autem particularis à diuinis non æquiparatur interdicto, ob cuius violationem incurritur excommunicatio. Sin autem cessatio generalis sit imposita ab ordinario loci, vel à Sede Apostolica, vel ab alio auctoritatem habente, si eam seruat Ecclesia Cathedralis, vel Matrix, seu Parochialis loci, Religiosus etiam exemptus eam violans ipso facto excommunicationem incurrit, vt habetur *in clem. 1. de sent. excom.* in qua æquiparantur cessatio generalis à diuinis, & interdictum, quo ad effectum incurrendi excõmunicationem.

Ex suppositione Ecclesię pollutę, seu violatę.

DECIMOQVARTO, Prohibitum est, Missas celebrare, & alia diuina officia peragere, aut mortuos sepelire in Ecclesia publice violata,
85 seu polluta antequam reconcilietur, *c. Proposuisti, c. si motum, & c. si Ecclesia, de consecr. dist. 1.* alias ex genere suo est p. m. quia huiusmodi præceptum, est de se iustum, & in re graui, cum pertineat ad reuerentiam, & honorem diuinorum. Ita *D. Thom in 3. p. qu. 83. art. 3. ad 2. Azor. lib. 10 c. 27. q 13. Conincb. qu. 83. art. 3. & alij.*

86 Sed Dub. Primo, an fiat irregularis, qui in Ecclesia publice violata scienter celebrat.

Negant Doct. communiter, per *tex. in cap. 15. qui, de sententia excom. in 6.* cum Ecclesia violata proprie, & in rigore loquendo, non dicatur interdicta, sed tunc adesse impedimentum quoddam, & inhabilitatem loci ad ibidem celebrandũ, vt tradũt *Azor. cit. q. 6. Barth à S. Fausto de Euchar. lib. 2. q. 178. Suar. 3. p. disp. 81. sect. 4. & alij.*

87 II. Dubitatur, an Canonici, siue beneficiati soliti residere in tali Ecclesia, qui caussam non dederunt interdicto, vel pollutioni, lucrentur distributiones.

Affirmant *Moneta de distrib. p. 2. q. 16. nu. 29. Viuian. lib.*

lib.15.c.3.nu.138.& alij, quibus accidit *Cenedo pract. qu. 1.nu.59.*

88 III. Dubitatur si contingat Ecclesiam violari, dum Sacerdos celebrat, quid sit faciendum.

Dico, si violatio contingat post inceptũ Canonẽ, seu cõsecrat: debet Sacerdos perficere Missã, si vero nõ dũ est inchoatus canon, debet desistere, donec Ecclesia reconcilietur, vt dictum est in simili supra *p.3.nu.43.* ita *Suarez cit. sect.4. Filiuc. to.1. tract.5.c.4.nu.118.& alij.*

89 IIII. Dubitatur, quot modis Ecclesia, seu locus Sacer violetur.

Resp. pluribus modis, violari.

90 Primus modus, quo polluitur Ecclesia, est per iniuriosam effusionem sanguinis in ea, hominis viuentis, *c. Ecclesijs, de consecr. dist.1.& cap. Ecclesijs, dist.68.* & Doct communiter tradunt apud *Sayr. de cens. lib.5.cap.16.*

Vnde, non pollueretur Ecclesia per effusionem, sanguinis, quæ fit per iocum; quia ea percussio veluti casualis reputatur, sicuti nec facta per furiosum, vel carentem vsu rationis; similiter nec facta ob necessariam sui defensionem, aut ob lapsum lapidis vel tegulę per se cadentis de Ecclesia aut per naturalem effusionem sanguinis è naribus, vel si chirurgus, dum vulnus curat in Ecclesia, inculpate sanguinem effundat, aut quando pueri ex subita ira excutiunt sibi cruorem à naribus quia iniuria parua est Ita *Siluest. verb. consecratio 2. num.5. Nauar. cap.27.nu.256. Tolet. lib.5 c.8. Say. lib.5.c.16. Victor. de Euchar. num. 99. Suar. cit. loco, & alij.*

An autem polluatur Ecclesia, si contingat uulnus mortiferum, & graue intra Ecclesiam, tamen sanguis in eã non effundatur; sed extra Ecclesiã, vel in aliquo vase, aut linteo recipiatur.

Affirmant *Suar. 3 p. disp.81. dicta sect 4. Azor. lib.10.c.26. q.13.& alij* per tex. in *c. proposuisti, de consecr. dist. 1.* nam effusio quantum est ex parte actionis iniuriosæ, iã facta est, & per accidens est, quod non effundatur ibi sanguis; secus tamen esset si actio facta in Ecclesia, esset iniuriosa, sed nõ vulneris inflictiua, vt est alapa, percussio Virgę, &c.

Ex quibus infertur, quod si quis existens extra Ecclesiam, alium vulneret intra ipsam existentem, telo, aut iaculo emisso, violabitur Ecclesia, etiam si statim exeat, ne san-

guis per solum effundatur. Contrarium tamen esset si quis existens in Ecclesia, aliū extra illam vulneraret, quia licet actio vulneratiua, & effusiua sanguinis in Ecclesia inchoetur, tamen ipsum vulnus extra illam fit. ita *Suarez, & Azor. locis cit. Auila p. 5. disp. 7. & alij.*

Sic etiam, si vulneratus extra Ecclesiam, confugeret ad illam, & ibi effunderet magnam copiam sanguinis, non violabitur Ecclesia, quia iniuria facta, & consumata fuit extra illam, ita *Azor. & alij cit.*

Sed, vtrum polluatur Ecclesia, si aliquis se ipsum grauiter lędat, & effundat proprium sanguinem intra Ecclesiam.

Affirmant *Azor. Suarez, & alij*, quia eadem ratio est de effusione proprij, ac de alieni sãguinis intra Ecclesiam, si fiat ira, vel odio, cum huiusmodi actio sit iniqua, & iniuriosa Ecclesię.

Idemque dicendum est, si Reus iussu Iudicis vulneretur, vel occidatur intus Ecclesiã.

Nam non solum pollueretur Ecclesia, sed etiam Iudex mandans, & interficientes reum existentem in Ecclesia, siue alio loco Immuni, nedũ incurrerent pœnas de iure veteri latas contra Immunitatem Ecclesiasticã violãtes, iuxta *tex. in c. definiuit. 14. q. 4. l. praesenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* Sed etiam subderentur pęnis *Constitut. Gregor. 14. Incip. cum alias*, vt docet *Naldus in Annot. pract. ad ius canon. ad cap. Immunit. Ecclesiast. fol. 60.* Quem nouissime sequitur *Nouar. tom. 2. de elect. & variat. fori par. 2 quęst. 14.* & sic in facti contingentia fuit obseruatum, rationibus per *Nald.* adductis.

Est tamen Aduertendum, ad violationem Ecclesię, non sufficere quamcunque effusionem iniuriosam sanguinis, sed requiri magnam effusionem, quia iura requirunt effusionem, effusio, autem largitatem denotat, prout tradunt *Syluest. Nauar. Suar. & Azor. locis cit.* Immo secundum *Graff. lib. 2. decis. cap. 48. num. 25. & Sot. in 4 dist. 13. q. 2. ad 3.* nõ sufficeret, si magna copia effunderetur de naso, qui est organum sanguinis.

91 Secundus modus, quo Ecclesia violatur, est per homicidium voluntarium, & iniuriosum perpetratum intra Ecclesiam, licet sanguis non effundatur, vt quia ibi aliquis suffocatur, vel suspenditur. *c. proposuisti, de consecrat. Eccl. & c. si motum, de consecrat. dist. 1. glos. in cap. vnico, de* con-

consecrat. Eccles. *in 6.*

Vnde non violaretur Ecclesia per homicidium mere casuale citra p.m. contingēs, nec per homicidium factum à puero, vel amente, quia sūt inuoluntaria, neque per homicidium, quod fit ob defensionem propriam cum moderamine inculpatæ tutelæ, ex quo tale homicidium iniuriosum dici nequit, dū quis se defendendo cum moderamine prædicto alium occidit vtitur enim iure suo, argum. *tex. in l. vt vim vi ff. de iust. & iure*, *vbi Bar. & scrib.* ita *Suar. dicta disp. 81: sect. 4. Reginal. lib. 29. c. 6. nu. 180. Barbosa de off. & pot.* Ep. p. 2. *all. 28. nu. 16. Cenedo pract. 9. nu. 61. & alij communiter*, *cum glo. in c. vnico, de consecrat. Eccl. in 6.*

An autem, homicidium ab ebrio patratum in Ecclesia, sufficiat ad violationem illius.

Affirmat *Faustus de Euch. lib. 2. q. 181*, si voluntarium fuit, per *tex. in c. proposuisti, de consecr. Eccl.* nam in Ebrio etiam potest esse homicidiū voluntarium, eique imputari ad culpam, si, videlicet, sciat se ebrietate, hoc pro more habere, vt facile irascatur, percutiat, & occidat, secus vero si notitiam, aut experientiam non habeat huiusmodi suæ peruersæ, & inordinatæ conditionis.

Quid autem dicendum sit, si homicidium, & vulnus infligatur in Ecclesia, & mors extra illam contingat, vel si vulnus lethale extra Ecclesiā recipiatur, & postea in Ecclesia homo moriatur, vel si Iudex aliquem occidere, aut suffocare faciat in Ecclesia &c. Patet solutio ex dictis in præcedenti modo, post num. 90.

Sed si aliquis in Ecclesia percutiatur absque vulneribus, ex quibus percussionibus, etiam post aliquos dies moriatur, censebitur polluta Ecclesia, statim sequuta morte, secundum *Nauar. c. 27. nu. 256.*

Vtrum vero polluatur Ecclesia, si martyr in odium fidei Catholicæ in ea occidatur.

Affirmant *Azor. Suar. Nauar. & alij citati*, quia licet martyrium sit res sacra, & Ecclesiam ornet, tamen respectu tyranni, & tortorum est iniustum, & martyri summe iniuriosum.

92 Tertius modus, quo Ecclesia polluitur, est per effusionem humani seminis in ea factam, *c. si Ecclesia, de consecr. Eccles. & tradunt omnes com-*

communiter, qui intelligunt de effusione voluntaria, & mortaliter illicita, nec requiritur quod semen, sicut nec sanguis cadat in terram, cum non violetur Ecclesia ob contactum seminis, vel sanguinis, sed ob iniuriam factam loco sacro. *ita Suar. cit. Nau. num. 252. Azor. tom. 1. lib. 10. c. 26. q. 13. & alij*.

Sed an violetur Ecclesia per copulam coniugalem in ea habitam, quæ alias de se est licita.

Aliqui simpliciter affirmant ex *c. Ecclesijs, de consecr. dist. 1.* Alij vero negant. Alij denique tradunt, non violari per actũ coniugalem in ea, ex iusta causa, & in casu necessitatis habitum, veluti, si ratione obsidionis, aut ob causam similem, coniuges debeant manere intra Ecclesiam, ita vt ad alia loca non sacra egressus minime pateat, nec diu, nec nocte; secus tamen esset, si breui tempore in Ecclesia sint, vna videlicet, vel altera nocte, quod fieri potest, si voti explendi causa ad aliquod templum accedant, & in eodem dormiant, petendo, & reddendo debitum contra reuerentiam loci, nã violaretur Ecclesia si coitus publicaretur, ita *Tolet. in summa lib. 5. c. 12. Eman. Sà verbo debitũ coniugale, num. 12. Faustus cit. loco q. 195. & Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 15. num. 12. qui alios refert*, & sic tunc violaretur Ecclesia per coitum cõiugalem quando esset lethaliter illicitus, vt per *Doct. cit.*

93 Quartus modus, quo Ecclesia violatur; est, quando in ea excommunicatus scienter sepelitur, *capit. consuluisti, de consecr. Eccles.* & iuxta Conciliũ Constantiense intelligendum est de excommunicatis non toleratis.

An autem, per sepulturam, hominis personaliter, & nominatim interdicti, vel suspẽsi, violetur Ecclesia.

Negant *Suar. disp. 81. dicta sect. 4. Azor. cit. Reginal. lib. 29. cap. 6. num. 184. & alij*, cum id nullo iure decretum reperiatur.

94 Quintus modus, quo polluitur Ecclesia est, quando aliquis paganus, seu infidelis non baptizatus in ea sepelitur, *c. Ecclesiam 1. & 2. de consecr. dist. 1.* ex quo huiusmodi infideles sunt extra Ecclesiam, ita *Suar. Reginal. cit. loc. fagund lib. 3. c. 15. & alij*.

Et hoc casu, sicuti in præcedenti, si Ecclesia erit Consecrata, reconcilianda est, & prædictorum cadauera proijcienda, si discerni possint ab alijs, alioquin si discerni cõmode

mode non possint, melius est ipsa relinqui, vna cum ossibus fidelium, quam ossa ipsorum fidelium, vna cum infidelium ossibus exhumari. Non tamen sunt radendi parietes; & signa, vt aduertit *Panor. & sequitur Io. And. in c. consuluisti, de consecr. Eccl.* Nisi quando Ecclesia non esset consecrata *c. Ecclesiam 2. de consecr. dist. prima.*

An autem polluatur Ecclesia, vel cęmeterium, si in ea sepeliatur cathecumenus, qui ante mortem non potuit recipere baptismum, quem optabat.

Resp. quamuis ei dari non possit Ecclesiastica sepultura, tamen si in Ecclesia sepeliatur non polluit illam; quia cathecumenus nō censetur quo ad hoc infidelis, sed creditur habuisse baptismum flaminis sicut, nec de illo, qui in suo sanguine baptizatur, & tanquam martyr sepelitur, ita *Sayr. de censur. lib. 5. c. 16. num. 24. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 4. concl. 5. & Rodriq. p. 1. summę c. 154. conclus. 6.*

Sed quid dicendum de Infantibus, qui sine baptismo moriuntur.

Aliqui censent, quod huiusmodi infantes filij fidelium mortui ante baptismum, non solent sepeliri in loco sacro, nisi mater moriatur in partu, cum nulli detur Ecclesiastica sepultura, nisi de quo creditur, quod tunc, vel quandoque intraturus sit in requiē Ecclesiæ triumphantis; non tamen polluitur locus, si ibi sepeliantur quia licet non sint fideles, non sunt proprie gentiles, vel infideles, ex quo sunt filij fidelisi sed si essent filij infidelium, bene pollurent Ecclesiam, sicut si essent maturæ ętatis, ita *Palud. & Sayr. locis cit.* Qui addit, quando mater moritur in partu enixo mortuo, vel qui statim ante baptismum moritur consuetum est, vt sepeliatur cum ea, quia reputatur pars viscerum, & honore matris Christianę coniunguntur in sepultura.

Alij vero tradunt, prædictos pueros polluere Ecclesiam, si in ea per se, post quam egressi sunt ex vtero matris sepeliantur. quia sunt infideles saltem negatiue. ita *Reginal. in praxi lib. 29. c. 9. sect. 5. num. 185. Pagunduz lib. 3. primi Eccl. praecep. c. 14. num. 57. Suar. tom. 3. disp. 81 sect. 4. casu 5. et Faustus de Sacr. Euchar. lib. 2. q.* 198. Quod multo magis dicendum esset de filijs infidelium.

95 Est tamen obseruandum, quod violata Ecclesia, censetur etiam violatum cęmeterium si ei contiguum sit, & pariete, aut sępe non sit diuisum,

sum, secus tamen erit dicendum, violato cemeterio, quia non censetur, violata Ecclesia, siue illud contiguum sit, siue non, *cap. vnico, de consecr. Eccl. in 6. ita, Reginal. lib. 29. dicto c. 6. nu. 187. Laym. tract. 5. c. 5. Sanch. de matrim. lib. 3. sect. 1. nu. 6. & alij.*

96 Item aduertendum est; nomine Ecclesiæ, & loci Sacri in casibus prædictis, intelligi solam Ecclesiam consecratam, aut benedictam, idest, totum illud spatium, quod pertinet ad internum corpus Ecclesiæ à tecto interiori, vsq; ad pauimentum, & à parte interna portæ maioris Ecclesiæ, vsq; ad vltimum parietẽ Cappellæ maioris, ideo non violari per effusionem supra tectum Ecclesiæ, vel subtus Ecclesiã, vel in Cameris, aut Cellis ad latus Ecclesiæ adherentibus, vel in turri cymbalorum, aut in Sacristia, cum pariete intermedio ab Ecclesia diuidatur, & est ad instar Cameræ Ecclesiæ adherentis. ita *Sanch. de matr. lib. 9. disp. 15. num. 31. Sayr. de cens. lib. 5. c. 16. Barbosa par. 2. all. 28. n. 45. Suar. disp. 81. cit. sect. 4. Layman. relato loco, & alij.*

97 Aduertendum quoque est, ad hoc, vt Ecclesia polluta censeatur, requiri publicitatem facti, seu delicti, eam, scilicet; quæ resultat per publicam facti euidentiam, vel per euidentiam iuris, vt esset per confessionem partium in iudicio, aut per legitimam testium dispositionem, vel famam publicam, vel per alia iuridica indicia postea extorta. ita *Nau. c. 16. n. 32. Sanch. lib. 9. dicta disp. 15. num. 11. & Suar. 3. p. disp. 31. sect. 4.* Qui tamen existimat, quãuis duo, vel tres delictum sciant, & videant, si taceant, non censetur adhuc violata Ecclesia, quia adhuc absolute loquendo, est occultum delictum respectu populi licet sufficiat, vt idem ait, moralis euidentia secundum qualitatem facti, & negotij, ita vt sit publica ipsius notitia in populo, vel Parochia.

Immo censet *Suar. cit.* satis probabilem esse opinionem illorũ, qui dicunt, nõ esse censendam pollutam Ecclesiam, donec per sententiam Iudicis polluta esse declaretur. Nihilominus oppositum probabilius putat, *Faustus dicto lib. 2. q. 102.* cum hæc Ecclesiæ pollutio, non sit proprie interdictum, aut censura, vt colligitur *ex c. 15. qui, de sent. exc. in 6. ita Fagund. lib. 3. c. 14. & alij.*

98 Denique, est aduertendum, quod si pollueretur Ecclesia, & igno-

& ignoratur, tamen post aliquos dies id venerit ad notitiam, si interim ibi fuerit celebratum, non erit opus reconciliatione, quia vnica solũ celebratione dicetur Ecclesia reconciliata. Ita *Thom. Zerola in praxi p.1.§.pollutio, Cenedo q.1 nu.62.& alij.*

Reconciliatio autem Ecclesiæ si fuerit consecrata, est facienda à proprio Episcopo, siue ab alio de eius licentia cum aqua ab Episcopo benedicta, in qua vinum cum cinere miscetur, *c.proposuisti de consecr. Eccl.* Si vero Ecclesia fuerit tantum benedicta, poterit reconciliari de licentia, à simplici Sacerdote per aspersionem aquæ lustralis; *c. si Ecclesia, & ibi glo.verb lauetur, de consecr. Eccl ita Tolet.lib.5.c.8.nu.12. Sayr. lib. 5 c.16.nu.31. Auila p. 5. disp. 7 dub. 4. D. Riccius in praxi resol.469.& alij.*

Ex suppositione Interdicti ab ingressu Ecclesię.

DECIMOQVINTO, Prohibitum est Clerico ab Ecclesiæ ingressu interdicto, celebrare, ministrare Sacramenta, vel sacros ordines solemniter exercere intra Ecclesiam, à qua est interdictus, alias p.m.& fit irregularis, *c. is qui §.si vero, de sent. excom. in 7. est communis opinio.*

Vtrum vero, Canonicus, siue Clericus beneficiatus iniuste interdictus ab ingressu Ecclesiæ lucretur distributiones quotidianas.

Affirmant *Moneta de distrib.p.2.q.15.nu. 46. & par. 3 q 6.nu.46. Viuian.lib.15.c. 3.nu. 139. & Cenedo q.1. nu. 59.*

99 Sed dubitatur Primo, si Diaconus interdictus ab ingressu Ecclesiæ, existens extra Ecclesiam cantet Euangeliũ sollemniter, ministrando tamen Sacerdoti celebranti intra Ecclesiam, an fiat irregularis.

Affirmatiuè, quia moraliter censetur ministrare intra Ecclesiam, licèt corporaliter ministerium fit extra Ecclesiam, ita *Sylu. interdictum 6. qu.6.& Suar. disp. 35. sect.4. num.8. licèt aliter sentiat Auila de cens. p.5. disp. 5. dub. 5. vers sed inquiris.*

100 II. Dubitatur, si Sacerdos non interdictus, extra Ecclesiam Missam celebraret, & Diaconus ab Ecclesiæ ingressu interdictus illi ministraret in ecclesia solemniter canendo Euangelium intra Ecclesiam, an fiat irregularis talis diaconus.

Affirmatiuè, quia actio ipsius

sius diaconi reuera fit intra Ecclesiam, licet videatur ordinari extra Ecclesiam, *ita Syl.cit.Say.l.4. cap.16.nu.* 37. *& Auila cit.*

102 III. Dubitatur, an fiat irregularis Sacerdos in his duobus casibus sic celebrando.

Affirmat *Syl. loco cit.* quia participat in crimine.

Contrarium tamen dicendum censeo, cum in iure non sit expressa irregularitas contra participantes, *ita Suar. disp.35.sect.4.nu.*8. *& Auila loco.cit.*

102 IIII.Dubitatur, an talis interdictus possit celebrare diuina officia in cœmeterio Ecclesiæ.

Negant aliqui, quia nomine Ecclesiæ comprehenditur Cæmeterium tanquã accessorium sub principali, vt colligitur *ex cap si ciuitas, de sent. excom.in 6.*

Contrarium tamen existimo cum *Suar.nu.16. & Say. l.5.cap.9.nu.* 21. etiam si cœmeterium sit contiguum Ecclesiæ, nam in hac materia cum sit pœnalis, & odiosa, verba sunt strictè intelligenda; at cœmeterium in rigore nõ est Ecclesia, ergo. Et quod dicitur in *d. c. si ciui*, comprehendi cœmeterium, quo ad priuationem sepulturæ, est speciale ad illum effectum, ideo non est extendendum.

Neque obstat ratio primæ opin. quia illa regula procedit in fauorabilibus, non in odiosis.

DECIMOSEXTO. Prohibetur Clerico sic interdi-
103 cto interesse, vel audire diuina intra Ecclesiã, alias p.m.licèt non fiat irregularis, *ita Tolet lib.1 cap.46.& Say.lib. 4. cap. 7. num.* 12. non tamen priuatur potestate exercendi iurisdictionalia, eligendi, vel celebrandi, &c. extra Ecclesiam, *ita Say.lib.5. cap 9.nu.* 21. neque prohibetur percipere Sacramenta secundum *communem opin* quã sequuntur *Eman.Sà, suspensio num. 10.& Auila part.5. disput.5. dub.5.*

104 Sed dubitatur Primo, an sic interdictus existens extra Ecclesiam possit audire diuina, quæ fiunt intra Ecclesiam.

Negatiuè, quia hoc præcipuè prohibetur per illud interdictum, ita *Suar. disp 35. sect.4.num.4.*

105 II. Dubitatur, an possit ingredi Ecclesiam, & ibi priuatim orare, quando diuina nõ celebrantur.

Aliqui negant, quia hoc denotare videtur ipsa verborum significatio. Et hæc opinio licèt in rigore videatur vera, nihilominus de æquita-

tc

te contrarium censeo, nam iura, quæ ingressum in Ecclesia prohibent, debent intelligi de ingressu publico, & tempore, quo ibi diuina celebrantur, & ita tenent *Couar. cap alma par. 2. §. 1. num. 3. vers. poterit Nauar. in Man. cap. 27. num. 170. & Auila eit loco, vers. sit septimus, & Say lib. 5. cap. 9. n. 16.*

DECIMOSEPTIMO. Prohibetur talis interdictus,
106 si sic decesserit sepeliri in Ecclesia, vel Cœmeterio, nisi pœnituerit *cap. is cui, & ibi doct. de sent. excom in 6* Quod intellige, etiam in Cœmeterio Ecclesiæ non contiguo, propter decisionem absolutam illius tex. ita *glo. ibi verbo Coemeterio, & Suar. num. 14.* Si tamen sepeliretur non facit locum pollutum, cum non sit excommunicatus, *ita Say. lib. 5. cap. 16 num. 22.*

107 Tandem est sciendum, huiusmodi interdictum ab ingressu Ecclesiæ relaxari posse in mortis articulo per quemlibet Sacerdotem, secundum communem opinionem; Idemq; dicendum est de omni personali interdicto secundum *Say. lib. 5 cap. 9. n. 25.*

TRACTATVS DE OBLIGATIONIBVS CLERICORVM.

PARS SEXTA.

Complectens ea, quæ de iure sunt Clericis prohibita, aut permissa, ex causa, siue ex suppositione Irregularitatis, & hanc quibus in casibus incurrant.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatis definitio.*
2 *Irregularitas procedit ex delicto, & ex defectu.*
3 *Irregularitas non est censura.*
5 *Irregularis in dubio, quando censendus.*
6 *Irregularitas, in qua ætate contrahatur.*
7 *De Prima Prohibitione Clericis Irregularibus, suscipiendi ordines.*
8 *An possint suscipere alia Sacramenta.*
9 *De Secunda Prohibitione Clericis Irregularibus celebrandi, vel ministrandi in ordine sollemniter.*
10 *An teneantur recitare officium ratione ordinis sacri, vel beneficij.*
11 *Parochus irregularis, an licite possit matrimonio assistere.*
12 *Quid si Parochus irregularis det licentiam alteri Sacerdoti assistendi, an valide id faciat.*
13 *An posit sollemniter nuptias benedicere.*
14 *Sacerdos confessarius, an per Irregularitatē amittat iurisdictionem in foro pœnitentia, quam ante retinebat.*

15 *An*

15 *An possit de nouo recipere iurisdictionem.*

16 *Quid dicendum de suspenso ab ordine, & interdicto personaliter circa huiusmodi iurisdictionem*

17 *De* Tertia *prohibitione Clericis Irregularibus recipiẽdi nouum beneficium, absq; dispensatione.*

18 Collatio *beneficij facta irregulari an sit valida.*

Suspenso ab exequutione ordinis an possit conferri beneficium.

19 *Irregularis, an amittat ipso iure beneficia, quæ obtinebat.*

21 *Et, an priuetur fructibus beneficij.*

23 *Aut administratione beneficij, ante irregularitatem obtenti.*

24 *Vtrum retineat iurisdictionem fori contentiosi, competentem, ratione beneficij.*

25 *Paro. bus irregularis, quæ licite facere possit.*

26 *Cler Irregularis, an priuetur iure eligendi.*

Et an ex vi irregularitatis amittat iurisdictionem fori contentiosi ab alio delegatam, vt est in Vicario Episcopi.

Casus nonnulli afferuntur, in quibus clerici Irregularitatem incurrunt.

28 *Primo irregularitatẽ, quis incurrit, ex vitio, seu defectu corporis.*

29 *Hermofroditus, an sit irregularis.*

30 *Sacerdos, ex defectu corporis impeditus celebrare, an possit in diaconatu, vel subdiaconatu ministrare, aut audire confessiones, baptizare, & similia.*

31 *Clericus inhabilis ad suscipiendos ordines ex defectu corporis, an sit capax beneficiorum.*

32 *Irregularitas ex defectu corporis, an tollatur, ablato defectu.*

33 *II. Cler. irregularitatem incurrit ex abscissione alicuius membri, ob culpam propriam.*

34 *Quid de illo, cui virilia à medicis ob infirmitatẽ abscissa fuere, aut per vim ab inimicis.*

35 *III. Cler. irregularitatem incurrit ob arreptionem amentiam, & morbum caducum.*

36 *IV. Cler incurrit irregularitatem ex infamia iuris, vel facti.*

Infamis, an sit irregularis ex delicto.

Clericus beneficiatus cõdẽnatus ob delictũ ad triremes, vel perpetuos carceres an sit priuatus beneficio, si ex eo irrogetur infamia.

que manipulo canendo Epistolam, an fiat irregularis.

68 Clericus exercens aliquem ordinem minorem, quem non habet, an fiat irregularis.

Clericus non Sacerdos baptizans sollemniter, an fiat irregularis.

Quid de Diacono; an possit sollemniter baptizare.

69 IX. Clericus irregularitatem contrahit, quando excommunicatus, vel ab officio suspensus, aut interdictus personaliter celebrat, & quid si ignoranter id faciat vel si dubitet, an sit censura irretitus, vel si celebret ad euitandam mortem, aut scandalum.

Celebrans post appellationem à declaratoria excommunicationis, an fiat irregularis.

Suspensus ab ordine superiori, an fiat irregularis, exercendo actum ordinis inferioris.

Clericus inseruiens Missæ Sacerdoti excommunicato, an fit irregularis.

70 Sacerdos celebrans coram excommunicato, an fit irregularis.

Censura irretitus, si celebrationi auctoritatem prestet, an fiat irregularis.

71 Excommunicatus, actum iurisdictiones exercens, an fiat irregularis.

Clericus minori excommunicatione ligatus, non fit irregularis recipiendo ordines.

72 X. Cler. irregularitatem incurrit, quando scienter celebrat in loco interdicto, & denunciato, vel in Ecclesia cuius ingressus, est ei interdictus.

An celebrans coram interdictis fiat irregularis.

73 XI. Clericus incurrit irregul. ex notorietate criminis.

74 Quando dicatur notorium iuris, vel facti.

75 XII. Cler. irregularitatem incurrit per homicidium, aut membri mutilationem.

76 Homicidium, aliud voluntarium, aliud necessarium, aliud casuale.

77 Homicidium voluntarium aliud licitum, seu iustum, & aliud illicitum, seu iniustum.

78 Mutilatio membri, quando inducat irregularitatem.

Abscindens mammillã mulieris an fit irregularis.

An abscindens cartilaginem auris, vel reddens aliquem cæcum.

79 An per debilitationem membri, quis efficiatur irregularis.

80 Ex percussione alicui illeta, qua claudus, aut deformis efficitur, an inducatur irregularitas. Ho-

cus

eius aliquod delictum tendens in perniciem. Reipublicę, vel ad euitandum dānum contra priuatum, cum protestatione.

98 *Militans in bello, etiam iusto qui per se occidit, vel mutilat, efficitur Irregularis.*

99 *Clericus dans fauorem, Consilium, aut auxilium in bello iniusto, an fiat irregularis, sequuta morte alicuius.*

100 *Quid si in bello iusto militando, neminem occidat aut mutilet.*

101 *Clericus an possit animare, & exhortari milites in genere ad strenue se gerēdum in bello iusto sine periculo Irregularitatis.*

102 *Clericus qui dat arma militibus, vt pugnent in bello iusto, an incurrat Irregularitatem si cum illis, deinde milites occidant.*

103 *Mandato, aut Consilio ad occidendum, inducitur Irregularitas.*

104 *Consulens vt pro Christi fide, & Ecclesia se mortis periculo exponat, non est irregularis.*

105 *Adulter, si probabiliter existimat mortem Infligendam esse adulterę à viro an fiat irregularis sequuta morte.*

106 *Consulens, vt pro patria moriatur, an sit irregularis morte sequuta.*

107 *Dubius si ob Consilium per ipsum praestitum, fuerit cōmissum homicidium, an censendus sit irregularis.*

108 *Consulens vel mandans alteri vt occidat, si occidatur is, cui datum est mandatum vel consilium an sit irregularis mandans vel consulens.*

109 *Consulens vel mandans homicidium si post reuocationem mandati aut consilij sequatur homicidium an sit irregularis.*

110 *Consulens parato, omnino occidere aliquem, vt potius illum mutilet, an sit irregularis sequuta mutilatione.*

111 *Quando ex omissione. Seu permissione, cooperatione, & ratihabitione, vnde sequitur homicidium, incurrat quis irregularitatem.*

Irregularitas sublata per ingressum Religionis, an reuiuiscat professione annullata.

115 *Quis dispenset cum Irregularibus, & absoluat à suspensionibus iuris.*

118 *Episcopus, quando dispenset in Irregularitate prouenienti ex homicidio casuali, aut ex causa defensionis, vel ex membri mutilatione.*

IR.

IRregularitas sic potest definiri, est inhabilitas, seu canonicum impedimentum, ex se directè, & primario impediēs acceptionem ordinum Ecclesiasticorum, & consequenter, seu secundario vsum eorum. Ap-
1 pellatione ordinum in hac definitione venit etiam prima tonsura.

2 Duplex autem est irregularitas, vna quæ procedit ex defectu, altera ex delicto, *Panor. in cap. nisi cum pridem, de renunciat*.

3 Est tamen primo, obseruādum irregularitatem à solo iure prouenire, & hominis sententiam non requirere, nec per illam solam imponi posse ita *Castro lib. 2. de lege pœnali cap. vltimo Villadiego lib. 1. de irregul. cap. 16. & alij*, & probatur *in cap. is qui, de sent. excom. in 6.* Et in hoc præcipue differt ab excommunicatione, suspensione, & interdicto, quæ tum ab homine, tum à iure imponuntur, & censuræ sunt Ecclesiasticę: Irregularitas vero non est censura, nec inter eas computanda venit, etiam si ex delicto procedat, secundum *communem opinionem, ex cap. quarenti, de verb. signif.*

4 Secundo, est obseruādū irregularitatem, cum sit de iure humano Pontificio, nunquam esse constituendam, nisi fuerit in eodem iure expressa, est *communis doctrina* ab omnibus recepta per *tex. in d. cap. is qui*.

5 Tertio, est obseruandum, quod in dubio, an quis debeat se iudicare irregularem, tunc si est dubium iuris, quia dubitatur, an de iure in tali casu, & facto clare probato, sit statuta, & inducta irregularitas, in hoc dubio iudicandum est, non esse irregularē, nam irregularitas non inducitur nisi in casibus à iure expressis *dicto cap. is qui, de sēt. exc. in 6. & ibi Doct. cōmuniter*, & id, de quo dubitatur nō dicitur in iure expressum ex notatis *In l. licet Imper ff. de legatis 1.* Si vero est dubium facti, constat tamen ex facto probato induci irregularitatem ex iuris sāctionibus, hoc est, an Clericus commiserit factum, vel non, ob quod incurritur irregularitas, & dubium est aliqua ratione probabili fundatum, vel cōiectura, & non purus conscientiæ scrupulus, qualem solent habere homines scrupulosi, & tunc in hoc dubio tutior pars est eligenda in vtroq; foro vt scilicet, ipse Clericus, irregularem

larem se censeat. *Ita Nauar. in cap. si quis autem, de poenit. dist. 7. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 2. num. 16. D. Riccius in praxi var. resol. Resol. 298. & Doct. in c. ad Audientiam, & cap. significasti 2. de homicid.* licet *Suar. tom. 5. de censur. disp. 40. sect. 6. nu* 8. existimet solum in casu speciali homicidij, de quo loquuntur *tex. citati* quem censeri Irregularem in dubio, vt per ipsum latius.

Vnde quando vnus ex pluribus in rixa subito contingenti, non premisso consilio vulneratus fuit, & in occiso, reperitur vnicum lethale vulnus, si est dubium, quis vulnus illud inflixerit, omnes censentur irregulares, si constat omnes percussisse occisum, vt tradunt *Couar. in Clem. si furiosus par. 2. §. 2. Henriq. lib. 14. §. 3. Sayr. lib. 7. cap. 4. num. 13. & alij* nam si constat, qui vulnus illud lethale intulit, ille solus irregularis erit, vt per *Doct. cit.*

Qua autem poena veniant plectendi culpabiles in huiusmodi homicidio sic in rixa cōmisso, vide apud *Farinac. in praxi, de poenis temperandis quaest. 95 à num. 21.*

Quarto est obseruadū, infantes non contrahere irregularitatem, vt colligitur *ex Clem. 1. de homicid.* vbi *glo. verbo infans*. Ampliat etiam in eo, qui est maior infante, si tempore, quo deliquit, non erat doli capax, quod sequūtur *Doct. communiter*, vt testatur *D. Ricc. in praxi var. quotid. resol. 451*. His positis,

7 PRIMO Prohibetur clerico irregulari suscipere ordines, & mor. peccat ordinem, etiam minorem, vel primam tonsuram suscipiendo, cum sit per irregularitatem à tali susceptione remotus, licet aliam nouam irregularitatem non contrahat, cum non sit in iure expressa. ita *Alph. Vitald. de irregul. nu. 23. Suar. sect. 2. nu. 3. Say. loco cit. & alij*.

8 Sed dubitatur, an possit suscipere alia Sacramenta quae ordinis ministrationem non requirant.

Affirmatiuè ex communi sententia, Ideo manente irregularitate poterit absolui à peccatis. Ita *Nau. cap. 27 nu. 191. & Auila de cens. par. 7. disp. 2. dub 6 concl. 6.*

SECVNDO. Prohibetur Clericus irregularis celebrare, vel ministrare in ordine solemniter, alias grauiter

9 peccat, secundum communē sententiam, nisi vrgeret scandalum cum periculo vitae, aut grauis damni. ita *Nauar. cap.*

27.nu.239. & *Auila cit. dub. 7. verſ.3. concl.*

10 Sed dubitatur primo, an teneantur recitare officium ratione ſacri ordinis. Affirmatiuè cum huiuſmodi onus per irregularitatem non tollatur.

11 II dubitatur, an Parochus, cuius præſentia requiritur cũ alijs teſtibus ad matrimonij valorem, quando celebratur contractus, ex *Conc. Trid. ſeſ. 24. cap. 1. de ref.* ſi fuerit irregularis, licite in eo aſſiſtat.

Affirmatiuè, cum non ſit actus ordinis, qui eſt ei inhibitus, & validum quoque erit tale matrimonium, cum ſit verus Parochus. ita *Suar. diſp. 40 ſect. 2. n. 26.* qui etiam exiſtimat, validum eſſe matri-

12 monium coram alio ſacerdote, de licentia Parochi irregularis, cum ſit actus iuriſdictionis, ſeu muneris Parochialis adminiſtrationis, à quo Parochus propter ſolam irregularitatem non eſt prohibitus.

Huius occaſione; eſt obſeruandum, quod Parochus non poſſet concedere licentiam Clerico non ſacerdoti aſſiſtendi matrimonio, Quamuis enim illa coniunctio non ſit functio ordinis ſacerdotalis, & Parochus eſſe poſſit non ſacerdos, attamen cum S.C. T. quo tantum, ex forma eſt inducta dicat, *Vel alius ſacerdos de licentia Parochi* eſt ſtandum eius diſpoſitioni, quamuis non ſit neceſſe, vt is cui datur ſit Sacerdos approbatus. Ita *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 20 num. 9 Guttier. eod. tract. cap. 62. num. 12. Barboſ. de off. & pot. Epiſ. par. 2. alleg. 32. num. 112. & alij.*

13 III dubitatur, an talis Parochus poſſit ſolemniter benedicere nuptias. Negatiuè, cum ex Eccleſiæ inſtitutione, & vſu, ſit actus ordinis ſacerdotalis, alias grauiter peccat contrauenіendo.

14 IV. dubitatur, an ſacerdos per irregularitatem amittat abſolute, & ſimpliciter ipſo facto iuriſdictionem in foro pœnitentiæ, quam ante retinebat, ſiue ordinariam, ſiue delegatam.

Negatiuè, ideo abſolutio à tali ſacerdote data erit valida, quantum eſt ex parte eius quia nihil deficit de ſubſtantia, & valore talis abſolutionis, ex parte miniſtri, cum illi non deſit poteſtas ordinis, neque iuriſdictionis, & ſolum prohibitio per ſe eſt circa vſum poteſtatis ordinis, & ratione illius in vſum iuriſdictionis redundat, nec huiuſmodi prohibitio eſt contra Sacramenti ſubſtantiam, li-

tet p.m. ratione prohibitionis. Ita *Suar. disp.40. sect.2. num 44.*

15 An autem, possit de nouo recipere iurisdictionem.

Negatiue, si loquitur de iurisdictione ordinaria, quia neque valide potest ei de nouo conferri beneficium, officiũ, seu prælatura, *ex communi opinione*. Secus vero si loquimur de delegata, quia non reperitur aliquod ius, quod illam delegationem irritet. Ita *Suar. loco cit.*

16 Et hoc, quod diximus, de irregulari, est etiam dicendum de suspenso ab ordine, vel interdicto personaliter, *Suar. num. 46.*

TERTIO. Prohibetur Clericus irregularis licite accipere nouum beneficium, sine dispensatione, nec ei conferri potest. Ita *Doct. in cap. cum nostris, de conces.*

17 *praben. Couar in cap alma par. 1. §. 7 & alij quos sequitur D. Prosper de Augustino in addi ad Quarantam verbo simonia in fine*, etiam si occulta sit irregularitas, *Nauar. c. 27. nu. 252. Bonacina de cens. disp. 7. qu. 1. punc. 4. num. 6.* nam est suspēsus ab ordinis exequutione cuius causa datur beneficium.

18 Sed dubitatur primo, an sit valida collatio beneficij Clerico irregulari facta.

Negatiue, secundum *communem opinionem*, quam sequuntur *Couar. in regul. pecc. par. 2. §. 8. nu. 6. vers. ad idem, Say. lib. 6. cap. 2. num. 21. Suar. cit. D. Ricc. in praxi var. Resol. 404. & alij.* Ideo in conscientia tenetur dimittere beneficium, licet sit occulta irregularitas vt dictum est, neque facit fructus suos, cum collatio sit ipso iure irrita ante iudicis sententiam.

Quamuis non desint, censentes probabilem alteram opinionem contrariã, vt per *Dian. resol. moral. par 4. tit. de irregul. resol. 79. & refert Nauar. de elect. fori tom. 2. par. 2. quæst. 12.*

Huius occasione, posset dubitari, an Clericatus receptus à non suo Episcopo, absque literis proprij Ordinarij, suffragetur saltem, vt q̃s obtinere possit beneficiũ aut pẽsionem Ecclesiasticam, dum supra *par. 4. nu. 63.* Dictum est, quod ordinatus à non suo Episcopo, est suspensus ab exequutione ordinis, iuxta *Bull. Pij II. incip. cum ex sacrorum*, quamuis characterẽ recipiat vt per *Verall. decis. 126 par. 1. & Campanil in diuers. rub. 9. cap. 1. nu 4.*

In hoc dubio *Barbosa de off. & pot. Episc. par. 2. alleg.*

17.nu.12. existimat, nō posse conferri beneficium Clerico dū caret ordinis, exequutione, cuius causa beneficiū datur, secundum resoluta per *Couar. in cap. alma pas. 1. §. 7.* & dictum est supra *p. 4. n. 16.* Quod intelligit *Idem Barbosa* de constituto in sacris, quia si in minoribus constituto conferatur, valida erit collatio, vt resoluit *Miranda in Manual Pralat. to. 1. qu. 39. art. 7. concl. 1. & sequitur D. Nouar. in summa Bull. tit. de ordin. extra temp. nu. 19 fol. 470.*

Nihilominus, aliter videtur fuisse resolutum per *Rotam coram Orano in Casaraugustana Pensionis, 9. Martij 1598.* cuius decisionem refert *Vivian. in praxi iurepatr. par. 2. lib. 6 cap. 1. nu. 30.* in qua sunt hæc verba inter cætera.

Reseruata fuerat Apostolica auctoritate 9. Balduino Episcopo Auersano pēsio 400. duc. cum facultate eam transferendi, quam cum in personā D. Christophori eius ex fratre nepotis transferre deliberasset, Christophorus impetratis litteris dimissorijs ab eiusdem Episcopi Vicario ad effectum, vt à quouis Catholico Antistite posset ad primam tonsuram promoueri, obtinuit in vim earum per Episcopum Caser-tanum sibi eam conferri, & successiue præfatam pensionem ad sui fauorem transferri, sed quia oriū ius erat ex Diaecesi Lucana, dubium fuit, an ad hunc effectum clericatus sibi suffragaretur. Et Domini venerunt in sententiam negatiuam, quia clari iuris est Episcopum non posse validè mandare alicui conferri, vel etiam conferre tonsuram, aut ordinem nisi ille vel ratione originis, vel beneficij, vel etiam domicilij fuerit sibi subditus, c. cum nullus, de temp. ord. in 6. vnde cum in D. Christophoro nulla præmissarum, qualitatum inesset, propter quam tempore dimissoriarum fuerit factus Episcopi Auersani subditus, sequitur, quod clericatu vigore dimissoriarum obtento iuuari non potest &c. Deinde sequuntur alia nonnulla, ex quibus probatur non concurrere in prædicto qualitatem domicilij, aut aliam ex iam dictis.

19 II. Dubitatur, an Clericus irregularis ex vi ipsius irregularitatis amittat ipso iure beneficium, vel aliam dignitatem, obtentam ante irregularitatem.

Quidam affirmāt. Sed negandum est cum *Auila par. 7. disp. 2. dub. 6. concl. 4. & communi sententia*, quæ probatur

in cap. ex litteris, de excess. prælat. cap. fraternitati, de Cler. exc. min. & alibi. Ratio est quia lex pœnalis semper est intelligenda, quo ad pœnam ferendam per sententiam; at nullum reperitur ius Ecclesiasticum, quod ipso iure beneficijs priuet irregularem, ergo.

20 Aliqui tamen limitant hanc doctrinam, vt non procedat in quibusdam casibus, in quibus volunt ipso facto priuari irregularem beneficijs. Primus casus est, si quis irregularitatem incurrit ex delicto hæresis, *c. cum secundum leges, de heret. in 6.* Secundus ex peccato simoniæ, vt colligi videtur *ex cap. si quis Episcopus 1. qu. 3.* Tertius ex delicto assassinij, vt colligitur *ex cap. 1. de homic. in 6.* Sed, vt benè notat *Suar. disp. 40 sect. 2. num. 17.* etiam si admittamus in istis casibus dari iura ipso facto priuãtia beneficijs propter talia delicta, nihilominus illa non omittuntur, vsque ad iudicis sententiam, saltem declaratoriam de tali delicto. *iux. tex. in d. cap. cum secundum leges*, & *doctrinam communiter receptam à Theol. in materia de lege pœnali, & à iuris peritis, vt per Couar. in 4. decr. p. 2. c. 6. §. 8. nu. 7. in fine*.

21 III. dubitatur, an saltem priuetur fructibus dicti beneficij ex vi ipsius irregularitatis.

Nequaquam, cum nullum ius imponat huiusmodi priuationem ipso facto, & irregularis, verum titulum, & dominium beneficij retinet, cuius ratione tenetur recitare horas canonicas, & si beneficium aliud munus habet, debet procurare, vt fiat per alium. Igitur hoc est sufficiẽs, vt ipse fructus suos facere valeat, dum in iure non est inhibitum, & ita sentit *Suar. n. 20.* qui etiã addit, quod licet postea priuetur per sententiã beneficio, non priuari fructibus legitimè perceptis vsque

22 ad illud tempus, ex *Calder. in clem. constitutionem §. cæterũ, de elect.* nam dum licite retinetur beneficium, licite percipiuntur fructus, supposita tamen recitatione officij, & alijs requisitis in beneficio.

23 Ex dictis colligitur primo, irregularitatem non priuare administratione beneficij ante irregularitatem obtenti, in his, quæ ordinis exercitium non includunt, cum retineat, irregularis beneficium, & cõsequenter eius vsum in omnibus, quæ directè non sunt cõtra irregularitatem, vt est hęc administratio,

Se-

Secundo, colligitur irregularem retinere iurisdictionem fori contentiosi, competentem ratione talis beneficij, &
24 ideò validi erunt omnes iurisdictionis actus ab eo facti, cum irregularitas non priuet per se iurisdictione, vel vsu eius, vt est *communis iuris peritorum assertio. in c. tanta, de excess. Prælat.* nam iurisdictionis Ecclesiasticæ potestas, est distincta ab ordinis potestate: at irregularitas solum ab ordine excludit, igitur per se non tollit iurisdictionem.

25 Tertio colligitur, Parochū irregularem, ea omnia facere posse, quæ ante irregularitatem poterat, excepta Sacramentorum administratione, quam per se ipsum exercere non potest, vt dixi nu. 9.

26 Quarto infertur, non priuari iure eligendi, vel confirmandi electionem, quod cōpeteret ei, qui tale beneficiū habet, antequam eo sit priuatus, ex *Nauarr. cap. 27. nu. 244.* nam hoc ius, est iurisdictio, vel ad eam reducitur, & electio ipsa est quædam administratio spectans ad tale beneficium, quo diximus non priuari. Idemque dicendum est de collatione, institutione, vel præsentatione.

27 Vltimo infertur, per irregularitatem sua vi non amitti iurisdictionem fori contentiosi ab alio delegatam, vt est in vicario Episcopi, cum non sit ius, quod ipso facto priuet huiusmodi iurisdictione irregularem, nec eius vsum ei inhibeat in actibus, qui ordinis potestatem non includunt. Vnde validi sūt tales actus ab irregulari facti, & licitè fiūt per se loquendo, ac secluso scandalo, *Ita Suar. disp 40. sect. 1. n. 27.*

Casus nonnulli in quibus Clerici irregularitatem incurrunt.

PRIMO Clericus irregularitatem incurrit, ex vitio corporis, quando, scilicet, defectus corporis, est in membro, siue in tali membri parte, ita vt ordinis ministerium impediat, aut notabilem deformitatem inducat. Ideo ad sacros ordines promoueri non poterit, nec pro-
28 motus in eisdem ministrare, si non posset illos, absque deformitate, vel scandalo exercere, vt colligitur *ex cap. 2. & toto tit. de corp. vitiatis, & ex c. 2. & ibi Abb. de Cler. ægrot. & tenent Doct. relati à Couar. in Clem. si furiosus, num. 5.*

29 An autem, hermaphroditus sit irregularis.

Affirmatiue, quando est particeps masculini, & femi-

dini sexus. *cap. si testes 4. qu. 2. Vgol. de Irregul. cap. 48. §. 1. Bonac. de censf. d. 7. qu. 2 punct. 2. nu. 12. & alij.*

30 Sed dubitatur, an Sacerdos ex defectu corporis impeditus celebrare, possit ministrare in diaconatu, vel subdiaconatu, vel audire confessiones, baptizare, & similia.

Affirmatiuè, *cum Couarr. cit. Lessio de iust. lib. 2. cap. 34. nu. 121. & communi opinione,* nam huiusmodi irregularitas solum inducitur in illo actu, quem exercere non potest sine defectu, vel deformitate, vt colligitur, *ex d. c. 2. de cler. agrot.*

31 II. dubitatur, an clericus inhabilis ex defectu corporis ad suscipiendos aliquos ordines, sit incapax beneficiorū.

Negatiuè, dummodo non requirant illud ministerium, quod exercere non possit; ita *Tolet. nu. 4. Lessius cit. loco, & Auila p. 7. disp. 2. dub. 6. vers. sed circa.*

32 III. Dubitatur; an ablato defectu, vel vitio corporis, sine dispensatione tollatur hęc irregularitas.

Affirmatiuè, vt notat *Say. lib. 6. c. 2. nu. 31.* sequutus *Io. Andr. in c. cum inter, de elect.*

SECVNDO, clericus irregularitatem incurrit ex abscissione alicuius membri, ob culpam propriam, etiam si ea abscissio non impediat ordinis ministerium, nec notabilem deformitatem inducat. Ideo, qui zelo castitatis 33 vel causa cantus sibi virilia abscíderit, irregularis censebitur, *cap. si quis, dist. 55. & cap. significaui, de corp. viti at.* similiter, qui sibi ex ira digitum amputauerit, *can. qui partem, dist. 55.* Ita *D Ant. 3 par. tit. 28. cap. 2. §. 5. Auila disp. 5. dub. 1. Tol lib. 1. cap. 58 nu. 5. & alij cum Bonac. de cens. d. 7. qu. 2. p. 2.*

34 Hanc tamen irregularitatem non contrahit ille, cui virilia à Medicis abscissa fuere ob infirmitatem, vel in cunabulis sectus fuit, *can. si quis, dist. 55 cum cap. seq. & c. 3. de corp. vitiat.* & hoc est verū, etiamsi ipsemet absciderit ob ægritudinem, vel si per vim, & insidias hostium ei cæsa fuere *can. eunuchus dist. 55. & d. c. 3. Ita Tol. lib. 1. c. 58. nu. 5. & Couar. clem. si furiosus nu. 6.*

TERTIO, incurritur Irregularitas ob arreptionem, amentiam, & morbum caducum, in qua solus Papa dispensare potest.

35 Vnde vexati à Dæmone, qui energumeni, & arreptitij dicuntur, si non dum, sunt promoti, nunquam sunt promouendi; *can. maritum, can. clerici,*

clerici, & can cōmuniter dist. 33. & ibi glo. Qui vero post promotionem energumenus factus est, si perfecte liberatus est, poterit Episcopus dispēsare, vt ministret in susceptis post tempus certum probationis, *dicto cap. clerici, & cap. cōmuniter, & ibi glo. & Doct.* tempus autem probationis, an fuerit perfectè liberatus, est annus, vt *in dicto c. communiter* ita *Sayr. de cens. lib. 6. cap. 9. nu. 13. Auila p. 7. disp. 3. dub. 4 & alij.*

An autem huiusmodi vexati à demone, non solum nunquam fint promouendi ad maiores, sed nec etiam ad minores.

Maiolus de Irregul. lib. 2. cap. 17. nu. 4. quem sequuntur Sayr. dicto lib 6 cap. 9. nu. 14. & Tolet. lib. 1. cap. 69. censet Irregularitatem hanc ad solos sacros ordines pertinere, non autē ad minores ad quos facile posset quis promoueri, si ex iudicio peritorum physicorum, & Episcopi, liberatus à demone iudicetur, & sic sentiunt *glo. & Anch. in d. c. clerici.*

Idemq; tradunt Doct. citati de ijs, qui morbo caduco laborant. dicti epiletici, de lunaticis, de furiosis, & amentibus, & colligitur *ex d cap maritum, cap. communiter, & c. clerici, & cap. vsque adeo, dist. 33.*

QVARTO, Clericus contrahit irregularitatem propter infamiam, quæ
36 vt tradunt *Doct. communiter, cum glo. in can infantes §. porro 3. qu. 7.* est duplex nempe infamia facti, & infamia iuris, atque hæc vt distinguit *Archid. in can. si Episcopus dist. 50.* duplex est, legalis, & canonica *Panor. in cap. dudum 2 de elect.*

Infamia facti, oritur ex aliquo delicto graui, & notorio, propter quod delinquens apud graues, & bonos viros male audit, eiusque mala opinio concepta est, & hęc tolli videtur per cōtraria facta, & bona opera, quibus mala opinio concepta auferrur aut per purgationem, qua se purgat de crimine obiecto, *Gemin. in cap. Euphemium 2. qu. 3. Archid. in cap laici dist. 33. & Tolet lib. 1. cap 57.*

Infamia iuris est, quæ incurritur in casibus, in quibus Ius ciuile siue canonicū infamiæ pœnam irrogat, de quibus *In can. infames 6. qu. 1. & ff de his, qui Infam. notant* aliquando enim propter crimen, aliquando propter factum, seu officium minus honestum iuris infamia contrahitur, sic sacrilegi, vsurarij

publici,

publici, histriones, & alij multi; est etiam iuris infamia, quæ infertur per iudicis sententiã definitiuam, qua aliquis de graui aliquo crimine damnatur, vt per *Glos. & Tolet. cit. locis Silu. verbo infamia, & Suar. de cens. disp. 48.* apud quos habetur, quis possit dispensare, & tollere huiusmodi iuris infamiam.

Sed dubitatur primo, an infamis sit irregularis ex delicto, nam sæpe ex delicto oritur.

Negat *Tolet. dicto cap. 57.* quia irregularitas non nascitur ex delicto immediate sed ex infamia, quæ defectus quidem est: ad iudicandum autẽ de irregularitate, an sit ex delicto, an ex defectu, considerandum est principium, vnde immediate procedit.

Secundo. Dubitatur, an Clericus beneficiatus condemnatus ob delictum perpetuo ad triremes, vel ad perpetuos carceres, censeatur etiam priuatus beneficio licet in sententia non exprimatur, si ex eo crimine irrogetur infamia.

Pro solutione est distinguendum; Aut enim delictum est tale, quod inducit priuationem beneficij ipso iure vel ipso facto, (quæ delicta connumerantur per *Rebuff. de mod. amitt. benef. nu. 4. Poller. verbo aut criminibus specificatis via excep. cap. 7. & clar. 5. fin. qu. 73.*) & tunc sufficit, quod Clericus ex illo crimine condemnetur vt priuatus dicatur beneficio, licet sentẽtia non exprimat hanc priuationis pœnam, quia illa intelligitur posita auctoritate iuris, & ex eo, quod secuta est declaratio, vel pronunciatio, quod ille talis criminis sit culpabilis, locus, est pœnis iuris; quamuis de illis in sententia nihil dicatur *Ita Innoc. in cap. qualiter, & quando 2. in glo. verbo diminutionem, de accusat. Bald. in l. cum fratrem C. de his quibus vt indignis Abb. in cap. inter dilectos de excess. prælat. & alij apud Diaz in praxi crim. cap. 134. & Petr. Cabellium Resol. criminal. cap. 25.* Aut delictum non est de illis pro quibus est imposita pœna priuationis ipso iure vel ipso facto, & tunc non censetur priuatus beneficio, nisi hoc sententia exprimat, quod locũ habet, & si crimen irroget infamiã, secundum *Abb. & Felin. in c. querelam, de iure iurand. Lãbert. de iure patr. lib. 2. art. 23. quæst 9 nu 4. Io de Selua de benef. 3. par. qu. 2. & Rot. in forolivien. Canonicatus coram D. Millino decis. 134 impressa*

post primũ volum. Consil. Farinac & sic de condemnato perpetuo ad triremes, tradit *Zerol a in praxi Epis. in 2. p. verbo banniti*, & de Clerico condemnato ad perpetuos carceres concludit *Bsing. decis. 5 de reiudic. & sequitur Caball. casu 25. & Rota tit. decis. 134.* & de condemnato ob simoniam, ex qua resultat infamia, quod non sit priuatus beneficijs, non simoniace obtẽtis licet is etiam sit priuandus tenuit alias *Rota, vt per Paleott. decis. 53.* sed quod in casibus prædictis condẽnationis perpetuo ad triremes, vel ad perpetuos carceres Clericus priuã ius veniat beneficio præcipue curato, vel residentiam habenti, ex quo in eo amplius seruire non potest, docent præfati Doct. & tenet *Addit. ad Diaz in cap. 140. in fini sub lit. D.* cum huiusmodi non sit iusta causa excusandi beneficiatũ à residentia, ad quam tenetur ratione beneficij, vt patet ex deductis per *Rebuff. de benef. lib. 2. tit. de dispensat. de non residendo, & per* Diaz *in pract. can. cap. 92 & Add ibidem sub littera A. &* C. Similiter, & in Clerico perpetuo bannito, dicit *Rebuff. dicto tit de mod amittend benef. nu. 57. & per clar. §. fin. qu. 73. nu n. 7.* cum beneficio seruire non valeat.

QVINTO, incurritur irregularitas ex bigamia, quæ aliud non est, nisi multiplicatio nuptiarum, & irregularitas nuncupatur, ex defectu significationis Sacramenti.

38 **Bigamia autem, est triplex** vera, interpretatiua, & similitudinaria, secundum *Specul. in tit. de dispens. de irregul. §. iuxta nu. 6. & ferè est communis opinio*, Vera bigamia est, quãdo quis duplex matrimoniũ contraxit, & vtrumque consũmauit, *cap. debitum de bigamis*, Interpretatiua est, cum quis duxit viduam, vel ab alio corruptam, & eam cognouit, vel contraxit duplex matrimonium, & vtrumq; consumauit, tamẽ alterum, vel **neutrum eorum fuit validum, vel contraxit matrimonium cũ** virgine, eamq; cognouit post adulterium, etiam ignorans adulterium, ex defectu significationis, & in his casibus verè non diuidit carnem suã in plures, sed ex iuris fictione censetur in plures carnem **suam diuisisse. Similitudinaria** denique est, quando quis habẽs votum sollemne castitatis, de facto init matrimoniũ, & consumat, etiam cum virgine, nam per castitatis votũ

follem-

sollemne, quoddā matrimonium spirituale est contractum cum Deo, ideo bigamus censetur, dum cum homine contrahere de facto tentat, ita *communiter Doct.*

39 Et his tribus modis bigamiæ, quis irregularis censetur, vel ex defectu significationis Sacramenti, vel ratione affectus intentionis ad duplex matrimonium, cum ope re subsequuto, vt dicitur in *c. nuper de bigamis*.

40 Nota tamen, non censeri bigamiam, nec bigamum ad finem inducendi irregularitatem, nisi adsit forma matrimonij, & copula intercesserit, vt *cōmuniter notant Doct. ex cap. debitum, de bigamis*. Ex quo fit, quod si clericus in minoribus contraheret veram, aut interpretatiuam bigamiam, non tantum esset irregularis; sed etiam amitteret priuilegium clericale, etiā *canonis, si quis suadente, 17. qu. 4. iux. tex. in cap. vnico, de*

41 *bigamis in 6. & ibi etiam glo. & communiter Doct.* Si vero clericus in maioribus ordinibus contraheret similitudinariam bigamiam, non amitteret priuilegium clericale, secundum *Say lib 6. cap. 5. nu. 2* ratio differentiæ est, quia in maioribus constituti, non possunt retrocedere, sed in minoribus possunt seculares effici, ideo illi retinēt, isti priuātur illo priuilegio. ita *Abb. in c. Ioannes, de cler. coniug. & Tolet. lib. 1. c. 62. nu. 6.*

42 Sed dubitatur, an clericus liber à voto castitatis, cēseatur bigamus, & irregularis si contrahit matrimonium, & consumat cum fœmina sollemne votum castitatis habente.

Negatiuè, cum non sit in iure expressum, ita *Hēriquez lib 2. de Sacr. matrim. cap. 6. §. 10. quem sequitur Say. lib. 6. c. 4. nu. 24 nec tex in c. quotquot 27. qu. 1.* loquitur de ijs, qui contrahunt cum fœminis habētibus votum sollemne castitatis. Sed de ipsis contrahentibus tantum, & de huiusmodi materia bigamiæ latius tractat *Sanch. 2. tomo lib. 7. à disp. 83.*

43 II. dubitatur, an clericus in sacris constitutus contrahēs matrimonium de facto, quod re vera irritum est, amittat beneficium ipso iure sine iudicis sententia.

Nonnulli, & probabiliter affirmant ita *Abb. in cap. 1. de cler coniug. Silu clericus 2 n. 2 vers. peccat. Azor lib 13. inst. moral. cap. 13. qu. 6. Gigas de pension q 54. nu. 6 & alij.*

Contrarium tamen probabilius est. ita *Sanch. 2. tomo l.*

7.disp.43.nu 4. ex cap. primo, de cler. coniug. Vbi deciditur, de clericis minorum ordinũ ducentibus vxorem, *Retinendas esse vxores, beneficia verò dimittenda,* deinde loquendo de cõstitutis in sacris ad matrimonium transeuntibus solum dicitur, *vxores esse dimittendas*, & huius sententiæ est etiam *Nauar. in summa cap. 24 num. 120. Clarus §. fin. in pract crim. qu. 73. nu. 5. Emanuel Sà, verbo beneficium, nu. 24. & alij.*

44 III. dub. an clericus in minoribus contrahens sponsalia de futuro amittat beneficiũ.

Negatiuè cum *communi opin. quam sequuntur Gigas de pens. qu. 54 nu. 7. Azor. lib. 13. inst. moral. cap. 13. quast. 6. Emanuel Sà, verbo beneficiũ, nu. 24 & alij.* Nam talis clericus nõ dum statum incompatibilem assumpsit.

45 IV. dub. an talis clericus in minoribus per contractum matrimonij validum, amittat beneficium, vel pensionem, quam retinet tit. clericali ipso iure, vel requiratur iudicis sententia.

Quidã existimãt ipso iure non vacare, sed requiri iudicis sententiam, *ex d. c. primo, de cler coniug.* vbi deciditur, compellendos esse clericos infra subdiaconatum, ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & vxores retinendas. Secundo, *ex cap. quod à te, eod. tit. ibi, beneficijs sunt priuãdi.*

Contrariam tamen sentẽtiam veriorem existimo, ipso iure vacare beneficia, quia assumpsit sua sponte vinculum incompatibile, cum beneficio, ideo eo ipso illud repudiare videtur per voluntariã dimissionem, cum contrario facto, iuri proprio cedat, *l. 1. C. de furtis l. quod in heréde, §. eligere ff de tributaria actione,* & hanc sententiã amplexi sunt, *Gigas de pens. q. 54. n. 5. Clar. relato loco, Flamin. de resig. benef. lib 3. qu. 1. nu. 28. Azor. inst. moral l. 13. cap. 13. qu. 6 Sanch. 2 tomo lib. 7. disp. 42. n. 4. & alij,* & hæc sententia est vera, licet matrimoniũ non dum consumatum sit, eadem ratione, ita *Ioannes And. in d. c. 1. de cler. coniug. Azor. qu 8 & alij.*

46 Non obstat *tex. in cap. 1.* quia non determinat, esse compellendos clericos ad dimittenda beneficia, quasi nõ vacantia ipso iure, sed quia vacabant ipso iure, ideo possessione, quam retinebant iniustè, spoliandi sunt. Et parum facit *tex in dict. cap quod à te,* quia intelligitur, quando quis excluditur ob inhabilitatem, hic vero ob tacitam renunciatio-

ciationem excluditur.

47 V. dubitatur, quid dicendũ; si clericus in minoribus contrahat matrimonium irritũ, an vacet ipso iure beneficiũ, vel pensio, quam tenet tit. clericali.

Quidam probabiliter distinctione vtuntur. Si scienter contrahit matrimonium nulliter, beneficium non amittit ipso iure, ante condemnationem, secus si ignoranter.

Sanch tamen lib 7. disp. 42. num. 3. probabiliorem existimat aliorum sententiam, generaliter asserentium, non amitti beneficium ipso iure per matrimonium quacunq; causa irritum, sed per iudicis sententiam, in pœnam delicti. Mouetur, nam hoc casu, non amittitur beneficium ratione status incompatibilis, quia verè non assumitur. Non ex tacita renunciatione, quia tacita renunciatio non potest esse maioris virtutis, quam expressa, vt idẽ probat *disp. 37. num. 34.* sed expressa renunciatio nequaquã inducit beneficij vacationem, nisi in manibus Episcopi, vel superioris fiat, *c. nisi cum pridem cap. admonet, & cap. quod in duobus, de renunciatione,* ergo. Tandem hoc casu amittitur beneficium in pœnam delicti ergo requiritur sententia.

SEXTO, incurritur irregularitas ex delicto hæresis. Vnde hæretici in exteriorem hæresim lapsi, etiam
48 occulti, & post peractam pænitentiam irregulares dicuntur ex delicto *can. qui in aliquo dist. 50.* per solã enim mentalem non contrahitur. Nomine autem hæreticorum hoc casu comprehenduntur omnes apostatæ à fide, quam in baptismo professi sunt, licet sint apostatæ tantum, quo ad actum externum, *ita Sylu. irregularitas, num. 10. & Suar disp. 43. sect 2.*

49 Sed dubitatur primo, an extendatur ad alios huiusmodi irregularitas,

Affirmatiuè. Nam primo extenditur ad ipsorum hæreticorum fautores, credentes, defensores, receptatores, cõsilium, auxilium, aut fauorem eis dantes, ita *Nauar. cap. 27. num. 205. Syl. hæresis primo n. 10. & Auila p. 7. disp. 4. dub. 2. & colligitur ex cap. 2. §. hæretici, de hæret lib. 6.*

50 Secundo, extenditur ad suspectos de hæresi, secundum *Maiol. de irregular lib. 3. cap. 17 & Suar. & colligitur exc. vltimo dist 30. ex cap infamis 6. qu. 1. & ex cap inter sollicitudines, de purgat. canon.* licet hæc irregularitas non sit ex delicto, sed ex defectu, ideo suspi-

suspicione purgata, statim tollitur.

51 Tertio, extenditur ad ipsorum filios vsque ad secundam generationem, per lineã paternam, per lineam vero maternã non excedit primã *cap. statutũ il 2. de haret. in 6.* intellige tamen de filijs hæreticorum, qui in sui errore, & diuisione ab Ecclesia moriuntur, & isti sunt inhabiles, etiam ad beneficia Ecclesiastica, *Suar cit. & Lessius de iust. cap. 34 num. 124. dub. 22.*

52 An autem, idem dicendum sit de schismaticis, qui hæretici non sunt.

Affirmat *Maiol. lib. 5. cap. 47. nu. 4 & Franciscus Penia in direct. inquisit par. 2. commentu 73.*

Negat vero *Suar. disp 43. sect. 2. num.* 7. quia pro ipsis schimaticis nõ reperitur irregularitas ipso iure imposita.

53 Sed dub. si Clerici ante patretum crimen, ordines susceperint, an possint in eis ministrare.

Affirmatiuè, ad alios verò suscipiendos inhabiles reputantur, *ita glo. communi consensu recepta ab omnibus in cap satis peruersum dist. 56. verbo peruersum.* Eodem modo, neq; priuantur beneficijs, ante crimen parentum habitis, ad suscipienda tamen habentur inhabiles, *glo. ibidẽ Abb. in c. vergentis, de haret. & alij communiter.*

SEPTIMO, Incurritur irregularitas per iterationem Sacramenti baptismi, ex *c. 2. de apostat.* fuitq; huiusmo-

54 di pœna imposita his, qui siue scienter, siue ignoranter rebaptizantur, *dicto cap. 2 & c. in qualibet 1. qu. 7.* similiter, & rebaptizans eandem pœnam incurrit, vt tradunt communiter Doct. ex dicto *cap. 2. secundum Tolet. lib. 1. cap. 65. nu 5.* quæ pœna ob reuerentiam baptismi imposita fuit ab Ecclesia, *Filliuc. tract. 20. cap. 6 nu. 164.* Ideo nec clericatus, & tonsura prædictis conferri posset, & si clerici essent, deponuntur, dum sacri canones plurimum ab hac reiteratione abhorrent *Henriquez de baptis cap. 31. §. 2. et de irregul. cap. 4. § 3. Tol. lib. 1. c. 65 & Maiol. de irregul. lib. 3 cap. 14.*

Hanc eandem Irregularitatem incurrit, etiam ministrans rebaptizanti *ex dicto cap. 2. de apostat.* Ibi, *cooperator,* secundum *Filliuc. lib. 1. nu. 175.* Qui *num. 172 cum Tolet dicto lib. 1. c. 65.* tradit, quòd eandem incurrit scienter ab hæretico baptizatus in adulta ętate *ex d. c in qualibet 1. qu. 7.*

Quam

Quam irregularitatem incurri ipso facto, non expectato iudicis decreto, tradunt *communiter Doct.* vt testatur *Fillius cit. nu.* 178.

An autem huiusmodi irregularitas contrahatur, siue delictum sit publicum, siue occultum.

Tolet. cit. loco nu 5. censet, quod rebaptizatus, etsi occultus semper irregularitatem contrahit; sed nequaquam bis baptizans, nisi quãdo crimen est notorium, quia tunc ex criminis notorietate esset irregularis.

Alij vero *communiter*, vt idem *Tolet.* testatur, tradunt, etiam bis baptizantem esse irregularem, siue crimen occultum sit, siue publicum, ex *Suarez dicta disput. 31 sect. 6.* Dispensat tamen solus Papa si delictum sit publicum; si vero occultũ, Episcopus vigore S. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de refor* secundum *Scot. 4 dist. 6. qu.* 8. Quo casu *Sayr. de censi. lib. 7 cap. 8 n. 6.* docet, occultum tale delictum censeri, quamuis rebaptizatio fuerit publica, si ratio culpæ sit occulta.

55 Verũ vero, per hãc irregularitatẽ impediatur susceptio ordinum superiorum, vel etiam vsus susceptorum.

Suarez dicta cap. 3. disput. 31. sect. 6. cũ Fillius. cit. loc. n. 177. censet, impedire solum ascensum ad superiores ordines, non autem vsum susceptorum.

Alij vero docent, nec susceptos ordines exercere, nec alios suscipere posse, sine dispensatione ita *Maiol. dicto lib. 3. cap. 14. Sayr. dicto cap. 8. nu. 5. Hostien. in d. c. 2. de apostat & alij.*

56 Sed dub. I. an rebaptizans metu mortis fiat irregularis.

Affirmatiuè, si habet intẽtionem rebaptizandi, quia non necessitatur voluntas interior baptizandi, secus si nõ haberet intentionem rebaptizandi, *ita Suar. cit. loco in fine quem sequitur Say nu. 8.*

57 An autem peccet, & fiat irregularis, qui per talem metum cogeretur recipere ablutionem illam exteriorem.

Negant *Suar. & Say. relatis in locis*; dummodo non adsit interna intentio, vt rebaptizetur, nam leges humanæ non obligant, quando metus cadit in virum constantem, secundum *communem opinionem*, nisi fieret incontemptũ Ecclesiæ, & religionis Christianæ opprobrium; tũc enim potius debet mori, quam permittere se rebaptizari, vel baptizare, *ita Say n 19. et alij.*

58 II. dubitatur, an clericus igno-

ignoranter rebaptizans ex cuſetur ab irregularitate.

Affirmatiuè, ſi eſt inuincibilis ſecus ſi eſt ignorantia craſſa, vel ſupina. *Ita Silu irregularitas num. 6. & Suar. diſp. 31. ſect. 6.* & Bonatina *de cenſ. diſp. 7. qu. 3. pun. 3. num. 3.*

59 III. dubitatur, an rebaptizans ſub conditione, fiat irregularis.

Affirmat *Maiol lib. 3. cap. 14. num 5. & Say. lib. 7. cap. 8. num. 23.* qui affert auctoritatem Catechiſmi Romani.

Tamen negandum cenſeo cum *Nauar cap. 27. nu. 246. Alph Vuald tract. de irregul. num 43. Tolet. lib. 1. cap. 65. nu. 5. & Suar. cit. dub. 4 & 5.* etiam ſi ſciēter rebaptizaret, nam qui ſub conditione rebaptizat, vere non baptizat, niſi poſita conditione. Ideo non incurret hanc irregularitatem, licet grauiter peccet. Nec obſtat auctoritas catechiſmi Romani, quia non incurritur irregularitas, niſi ſit expreſſa in iure communi, *c. is qui, de ſent. exc. in 6.* catechiſmus autem Romanus nō facit ius commune.

60 IV. dubitatur, an reconfirmatus, vel reordinatus ſcienter, ſit irregularis.

Negatiuè cum *Scot. 4. d. 5. qu. 5. Caſtro lib. 1. de pot. leg. pœnal. cap. 7. docum 7. Tolet. lib. 2. cap. 65. num 3. & alijs*, cum non ſit in iure expreſſa. Idemq; dicendum erit ſi quis reconfirmaret, vel reordinaret, ita *Victor. de confir. q. 44. & ante eum Syl. irregularitas qu. 4. & Suar. diſp 52. ſect. 2. nu. 2.* cum in iure non ſit impoſita, licet aliqui contrarium aſſerant. Ratio autem cur ſit impoſita irregularitas iterantibus baptiſmum, & non iterātibus cōfirmationē, illa eſſe pōt, quia antiquitus fuit contentio, & hæreſis, de baptiſmi iteratione, & non confirmationis. Ideo Eccleſia noluit ita prohibere repetionem confirmationis, ſicuti iterationem baptiſmi, ita *Victor. cit loc.*

OCTAVO, clericus irregularitatem incurrit cum miniſtrat in ordine ſacro ſollemniter, quo caret, aut actum exercet tali ordini

62 deputatum, *c. 1. & a de cler. non ord. miniſt.* quem tex. intelligit *Suar. ſect. 4. nu 3.* vt fiat irregularis, quo ad ordines ſuſcipiendos, & ſit ſuſpēſus ab ordine vltimo loco recepto tantum. Limita tamē, niſi illud faciat ioco, quia tūc non incurrit irregularitatem, ſed peccat, ita *Syl. irregularitas nu. 14.*

63 Ex quo infertur, ordinatū

cum

cum defectu substantiali per ministrationem in eo ordine, incurrere hanc irregularitatē, quia ministrat in ordine, quē non habet; posset tamen excusationem afferre, ignorantię inuincibilis, ita *Suar. nu. 11.* Secus vero dicendum est, si ordinaretur cum defectu tātū accidentali, vt est aliqua vnctio, vel quid simile, licèt p.m. in eo ordine ministrādo, ita *Sil. cit. & Say lib. 7. cap. 10. nu. 11.* nisi cæremonia esset parua, quia posset excusari à p.m. ita *Suar. nu. 12.*

64 Sed dubitatur. Primo, an clericus fiat irregularis simulando se Sacerdotem, serio audiendo sacram confessionem, & absoluendo.

Affirmatiuè, quia ministrat in ordine quem non habet, ita *Nau cap. 27. num. 242.* D. *Prosper de Augustino in Add. ad Quarātā. verbo Abortus*, & per *Vgolin. de Irregul. cap. 37. Reginal. in praxi fori pen. lib. 30. nu. 19 & Bonacin. de cens. disp. 7. qu. 3. punct. 6.*

65 II. Dubitatur, an si sacerdos ordinatus absq; manuum impositione, in qua potestas absoluēdi datur, aliquem absoluat, vel Sacramentales cōfessiones audiat, fiat irregularis.

Affirmatiuè, quia ministrat in ordine, quem non habet, ita *Maiol lib. 4 cap. 13. n. 8.* tamen sic celebrando, non efficitur irregularis, cum iam acceperit potestatem conficiendi Corpus Christi verū, nec est expressa in iure hæc irregularitas, ita *Suar. nu. 12.*

66 An autem irregularis, quis efficiatur per actiones tantū externas prohibitas, v. g. si Missam celebraret, vel confessiones audiret, cum non esset sacerdos; non tamen haberet intentionem consecrādi, vel absoluendi.

Nauar c. 27. n. 242. excusat hunc ab irregularitate, *Suar. verò disp. 42. sect. 4. n. 16.* pbabilius cēset talē incurrere irregularitatē, quia exercet ministerium ordinis, quo caret. nam alias nunquā incurreret talem irregularitatem, cū nō possit intendere velle consecrare cognoscens, se non esse sacerdotem.

Immo huiusmodi non promotus ad sacrum ordinem presbiteratus, qui vsurpasse celebrationem missarum, vel Sacramentalem confessionē audiuisse fuerit repertus, à iudicibus Sanctę Inquisitionis, vel Ordinarijs locorū à foro Ecclesiastico abijciendus venit, & ab ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit rite degradatus, est Curiæ seculari tradendus *Iuxta Bullā Clem.*

Papa VIII. incip. & si alias, & iuxt. Bullam SS.D.N.Vrbani VIII.de anno 1628. qua incipit, Apostolatus officium de quibus fit mentio per *D. Canon. Nouariū in summa Bullar. sub titul. de Sacerdote non ordinato ministrante fol 541.*

67 III. Dubitatur, an clericus non subdiaconus absq; manipulo, canendo Epistolam fiat irregularis.

Negatiuè, *ex c.vt quisque de vita, & hon.cler.ita Sil.irregularitas num. 14. Eman. Sà irregul.ex ord.abusu.nu.5. & alij.*

68 IV. Dubitatur, an clericus ex ercens aliquem ordinem minorem, quem non habet, fiat irregularis.

Affirmat *Suar.disp.42. sec. 4.nu 15.* Si illum exercet tanquam ordinatus in eo, cum non sit.

Contrarium tamen dicendum censeo, cum *Sayr. lib.7. cap.10.nu.3. & alijs,* quia tales ordines minores possunt, etiam licitè exerceri per laicos, & ita est Ecclesiæ vniuersalis consuetudo.

69 V. Dubitatur an Clericus non sacerdos baptizans sollemniter fiat irregularis.

Affirmatiue, nā falso vsurpat nomen sacerdotis, dum execet proprium actum sacerdotis, sic *Henriq. in sūma lib 2. de baptis cap.29.§.1. & lib.14. de irregul. cap. 6. §.2. Nauar. in* Manuali *cap. 22. n.7. Bonacin.de Censur disp. 7 qu.3 punc.6 num.5. & de Sacramentis disp. 2. quaest. 2. punc.4. nu.3. & alij.*

Quid autem dicendum sit de Diacono, si sollemniter ministraret baptismum, cum licentia Episcopi vel parochi, an incurrat irregularitatem.

In hoc dubio *Nauar. cons. 2.de Cler. non ordin. minist. Reginal in praxi fori poenit. lib.27.cap 5.n.40 & Henriq. lib.1. cap 29. num.* 1. & alij, censent irregularitatem incurrere, ea ratione quia cum minister solemnitatis, & ex officio, sit Sacerdos, vt communiter Doctores tradunt, & diaconus exerceat officiū, & actum sibi incompetentē, Ideo esse irregularem, tanquā ministrantem in pertinentibus ad ordinem, quo caret. Hanc opinionem veriorem esse testatur *Mastraten. lib. 3 resolut. 16.num.6.* licet aliter sentiat idem *Nauar. cons. 70.de sent.excom. & Sayr.dec. 67 eod.tit.*

NONO. Clericus irregularitatem incurrit, si maiori excommunicatione irretitus, vel ab officio suspē-sus,

sus, aut interdictus personaliter scienter celebrat, vel actum ordinis sacri exercet, *cap. Apostolica de Cler. excom. ministr. cap. is qui de sent. exc. in 6. & cap. primo de sent. & re iud. in 6.* Ita *communiter Doct.* si vero per ignorantiam probabilem, scilicet, ignorans inuincibiliter se excommunicatum, suspensum aut interdictum esse celebrat irregularis non erit, vt colligitur ex *dicto cap. Apostolica, & ibi glo. verb. probabilis, Abb. ibidem, & alij Doct.* Ratio est, quia talis ignorantia excusat à peccato, & consequenter ab irregularitate, cum ista irregularitas, non nisi pro peccato præterito infligatur secus vero erit, si sciens, se esse excommunicatum suspensum vel interdictum, celebret per ignorãtiã iuris, hoc est ignorans irregularitatẽ incurri, si aliqua censura irretitus celebret, vt *communiter tradunt Doct.* nam tenetur huius rei notitiam habere, & ideo crassa, & supina est ignorantia, quæ non excusat à peccato, aut irregularitate ex delicto proueniente. *Henriq. lib. 14. cap. 6. §. 4. & alij apud Sayr. lib. 7. cap. 10. num. 12.*

Qui vero dubitat, an censura irretitus sit, nec ne, si deponat practice dubium, celebrando excusatur ab irregularitate, vt idem *Henriq. tradit, cum Sayr. de cens. lib. 7. c. 9. nu. 29. & cap. 4. nu. 13. Nauar. cap. 27. num. 239. & alijs.* Qui etiam censent, excusari à peccato, & Irregularitate, Sacerdotem excommunicatum, si propter vitandum mortis periculum, aut etiam graue infamiæ damnum, aut scandalum celebret, quia ad hanc irregularitatem incurrendã requiritur cõtemptus, qui nõ præsumitur adesse, quando adest huiusmodi necessitas, dummodo prius cõteratur, & si fieri potest animo obediendi Ecclesiæ confiteatur, vt dictum est supra *par. 3. n. 16.* Quamuis *Couar. in cap. alma p. 1. §. 2. D. Ricc. var. resol. 134. & alij*, aliter sentiant.

Sed dubitatur. Primo, an per appellationem suspendatur excommunicatio vel alia censura, & pendente appellatione possit sacerdos celebrare, absque nota irregularitatis.

Suarez de cens. disp. 5. sect. 4. & alij docent, excommunicationẽ, aut aliã censuram non suspendi per appellationem, iuxta *tex in cap Pastoralis, §. verum, cap ad hæc, de appellat. c. ad reprimẽda. de*

off. ord. cap. is cui, §. vlt de sent. excom. in 6. quia censura secum trahit exequutionē; sed per appellationem suspendi exequutionem sententiæ declaratoriæ excommunicationis incursæ, contentæ, non solum in iure, sed etiam in præcepto hominis, tradunt *Genuens. in praxi c. 28 Quaranta, verb. Archiep. auct. nu. 20. Anchar. & alij in dicto c. is cui, Felin. in cap. Rodulphus, de rescriptis,* Vnde Sayr *lib 7. cap. 9. nu. 23. cum Cosm. Philiarco lib. 4. cap. 13.* censent, quod non est irregularis Sacerdos, qui postquam appellauit à declaratoria, fidēs suæ appellationi, celebrat ea pendente; dum probabiliter credit, se censura non ligari, *ex glo. in cap. solet, verbo in officijs, de sent exc. in 6. & Felin. in d c. Rodulphus.*

II. dub. an clericus suspensus ab aliquo ordine superiori, fiat irregularis exercendo actum deputatum ordini inferiori.

Negatiue, quia suspensus à superiori minime intelligitur suspensus ab ordine inferiori vt dictum supra *par. 4. nu. 2 a.*

III. dub. an fiat irregularis clericus, qui inseruit sacerdoti excommunicato suspenso, aut interdicto, dum Missam celebrat.

Nequaquam, fit irregularis, quamuis peccet, cum hoc non fit in iure expressum. *Innoc. in c. fin. de excess. Prælat. Henriq. lib. 14 cap 7. §. 4. & alij.*

IV. dubitatur an fiat irregularis, qui cum ipse excommunicatus non sit, tamen celebrat coram excommunicatis nominatim denunciatis.

Negatiuè, licet peccet mor. *cap is qui, de sent. excom. in 6. Couar. in cap. alma part. 1. § 6. num. 9. de sent. excom. & alij.*

70 V. dubitatur, an censura irretitus, licet ipsemet officia diuina non celebret, sed celebrationi auctoritatem præstet, fiat irregularis.

Doctores communiter affirmant, irregularem esse fit auctorizando. Ita *glo. in clem. 2. verbo, celebrari, de Priuileg. Silu. verb. irregularitas q. 13. Nauar. in Man. cap. 27 num. 244. Ledesma 2. 4. qu. 26 art. 2. de Irregul. & aly*, Quod à procedere censent, *Nauar. & Ledesma cit & Sayr. de cens. lib. 7. c. 9. n. 18.* Siue Prælatus, & dominus aliqua cēsura ligatus, celebrare faciat coram se ligatum, aut non ligatum, siue ipse ligatus non sit, & tamen excommunicatum suspensum, aut interdictum corā se celebrare facit.

VI.

71 VI. dubitatur: an excommunicatus actum iurisdictionis exercens contrahat irregularitatem.

Negatiuè, cum irregularitas solum ordinis vsum, vel susceptionem impediat, ita *Nauar. in Man. c. 27. nu. 191. Abb. in cap. fin. de excess. Pralat. D. Riccius in praxi rer. quotid. resol. 433. & alij communiter*, Vnde si excommunicet, aut excommunicatum absoluat absq; stola, & sollẽnitate, de qua in *cap. à nobis, de sent. exc. & cap. cum aliquis 11. qu. 3.* Vel iudicet, sententiam ferat, instituat præsentatum ad beneficium, eligat, aut electum confirmet, irregularis minime erit. Et multo minus irregularis erit si suspensus à beneficio, aut à temporalibus, exerceat temporalia cum hæc non sint officia diuina. Irregularitas autem, non nisi ob exercitiũ diuinorum cum sollemnitate incurritur, vt per *Doct. citatos*.

VII dub an clericus minori excommunicatione ligatus, recipiẽdo ordines incurrat irregularitatem.

Nequaquam, licet peccet, cum ab omni Sacramentorũ susceptione prohibeatur, *cap. si celebrat, de cler. exc. ministr. Nauar. c. 27. nu. 241. & alij*.

DECIMO. Clericus irregularitatem incurrit quando celebrat scienter in loco interdicto, & denuncia-
72 to, post *extrauag. ad euitanda c. 15 qui, §. 15. vero, de sent. exc. in 6.*

Similiter, quando celebrat scienter in Ecclesia, cuius est ei ingressus interdictus, quia censetur in ea sibi interdicta diuinorum celebratio, *dicto cap. is cui, de sent. exc. in 6.*

An autem, clericus non interdictus, si celebrat in loco non interdicto, sed coram personis ab homine, vel à iure interdictis, vel recipiat publice interdictos ad officia diuina, Sacramenta, vel sepulturam, fiat irregularis.

Negant, *Sylu. verb. interdictum 6. qu. 2. Henriq. lib. 14. cap. 7 §. 3. & alij apud Sayr. de cens. lib. 7. cap 9. num. 16.* Verumtamen essct illi interdictus ingressus Ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium eius, cuius sententiam cõtempsit, etiam si esset exemptus, & prætextu exemptionis præsumit sit interdictos, aut excommunicatos admittere, *c. Episcoporũ, de Priuil. in 6.* & si sic interdictus postea celebrat, aut officia diuina sollemniter exercet, irregularis efficitur, *glo. in dicto cap. Episcoporum, verb. ingressum*

Sylu.

Sylu. tit. loco, & alij.

VNDECIMO. incurritur irregularitas, ex notorietate criminis. Quo-
73 rum quędam sunt mediocria quædam enormia, Mediocria sunt omnia peccata mor. & ista siue occulta siue notoria non inducunt irregularitatem. Enormia verò delicta sunt illa, quæ digna sunt depositione, vel degradatione; maximè, accedente incorrigibilitate, vt est homicidium, periurium, adulterium, stuprum, sacrilegium, furtum, falsum testimonium, hæresis, simonia, peccatum nefandum, &c. quæ tali pœna puniuntur, & huiusmodi si fuerint notoria, siue notorietate iuris, siue facti, inducunt irregularitatem secundum *Abb. in cap. at si Clerici, de iudicijs Tolet. lib. 1. cap. 69 num. 4.* & alios.

Suar. tamen. disp. 43. sect. 5. non admittit hanc irregularitatem, si sumatur vt diuersa ab ea, quæ ex infamia contrahitur, de qua supra nu. 36.

74 Quando autē dicatur notorium iuris, vel facti, quando publicum, vel famosum, declarat *Tolet. Ibidem,* Qui ex dictis colligit. Primo quando delicta enormia fuerint occulta, irregularitatem non inducere, præter homicidium hæresim, &c. quæ in iure exprimuntur. Secundo colligit hæc delicta enormia accidentaliter idest ex notorietate, irregularitatem inducere.

DVODECIMO. Alijs omissis, Clericus incurrit irregularitatem per ho-
75 micidium, vel membri mutilationem.

76 Pro dilucidatione, tamen, est obseruandum. *Primo*, homicidium, aliud esse voluntarium, & dicitur illud, quod ex proposito occidendi fit, seu, quod est directè volitū. Aliud esse necessarium, & dicitur illud, quod fit ob defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Aliud tandem esse casuale, & dicitur illud, quod est indirectè voluntarium, seu voluntarium in causa.

77 Secundo, est obseruandum homicidium voluntarium, aliud esse licitum, seu iustum, aliud illicitum, seu iniustum. Iustum homicidium est cum iudex, & ministri iustitiæ aliquem delinquētem occidunt vel cum in bello iusto miles occidit hostes. Iniustum vero homicidium est cum aliquis priuata auctoritate occidit. Et hoc quod dicimus de homicidio, dicendum est etiam de mutilatione. Et ex vtroq; homicidio, vel mutilatione oritur irregularitas, *Clem. si furio.*

furiosus, de homicidio & ibi etiam glo. ex licito, quidem oritur irregularitas ex defe. ctu, ex illicito vero, ex delicto ita *Tol lib. 1. cap. 70. & alij.*

78 Tertio, est obseruandum, quod mutilatio, est abscissio alicuius membri, quando scilicet membrum à corpore seiungitur. Membrum autem dicitur ad effectum inducendæ irregularitatis, manum, pedem, oculum, nasum, & quod officium habet se paratum in corpore, digitum verò ad effectum irregularitatis, non dicitur membrum cum sit pars membri, vt ait *tex. in l. idem offilius ff de statu homin. glo. in Clem. vnica de homic. verbo colligo* Tol. *cap. 71. Eman. Sà irregularitas ex deform. licita, estque communior opinio*, quam sequitur Say. *lib. 6. cap. 15. num. 11.* licet Sotus *lib. 5. de iust qu. 2. ar. 1. col 3. & Suar. disp. 34. sect. 2. num. 11. aliter sentiant.*

*S*ed, vtrū abscindens mammillam mulieris, fit irregularis.

Affirmare videtur *Bald. in l. qui data opera nu. 75. C. qui accusare nō possunt*, dum scribit, mammillam in fœminis membrum esse.

Couar. tamen in Clem. si fu riosus 3. p. n. 8. censet non esse irregularem, cum non sit mēbrum quo ad propriam, & germanam, sed quo ad latam significationem: quam opinionem *sequitur Salzedo ad Diaz in pract. can. cap. 99* quia summę innititur æquitati.

Qui etiam tradunt; abscindentem cartilaginē, quę circa aurem est, non incurrere irregularitatē, nam licet auris membrum fit, illa vero cartilago potius ad decorem, & membri tutelam, quam ad peculiare auris obsequium à natura ipsa congenita est.

Similiter; non esse irregularem, qui reddit aliquem cęcum, non eruendo illi oculum censent *Molina to. 4. disp. 68. Bonacina de Censuris disp. 7. qu. 3. punct. 8. num. 7. & alij.*

79 Per debilitationem verò alicuius membri, non efficitur quis irregularis, secundū, *Felin. in cap. cum illorum, de sent exc. & communem sententiam*, sicuti nec per solam effusionem sanguinis, ita *Abb. cap. de diacono. Qui cler. vel vou. & in cap. clerici, ne cler. vel mon.* nisi talis fit debilitatio, vt membrum ipsum omnino aridum, idest mortuum efficiatur, secundum *Suar. cit. loco, & Sylu. homicidium 3. qu. 3.*

80 An autem, quis efficiatur irregularis per percussionem alteri

alteri illatam, qua eum claudum, vel deformem fecit.

Affirmant *Syl. cit. loco, Maiol. l. 2. c. 2. & alij.*

Contrarium tamen dicendum existimo, *cum Tolet. lib. 1. cap. 71. nu. 8. Say. lib. 6. cap. 15. nu. 7. & alijs communiter,* nam, cum irregularitas sit imposita propter mutilationem. Est intelligenda de amputatione membri, non autẽ si debilitatur tantum membrum, vel deformatur, pœnæ enim sunt restringendæ, cap. odia, de reg. iur. in 6. His positis.

81 Quantum ad homicidium, seu mutilationem voluntariam, & illicitam, certum est occidentem, vel mutilantem fieri irregularem, in qua solus Papa dispensare potest, in ea tamen nunquam, vel rarissime dispensare solet.

Verũ vero, Iudex loci homicidij commissi per clericũ beneficiatum dum pronunciat super delicto, possit etiã illum priuare beneficio, quod habet alibi in aliena diæcesi.

Affirmant *Diaz in pract. crim. can. cap. 134. & Petr. Caballius Resol. crimin. cap. 25. motu ex consil. Oltrad. in cons. 17. nu.* 3. vbi inquit, quod si aliquis habens in vna diæcesi Ecclesiam, delinquat in alia, iudex in cuius diæcesi est Ecclesia, ipsum priuabit Ecclesia realiter, sententiam alterius exequendo, & Ecclesia ad eius dispositionem, cuius erat reuertetur, per *tex. in c. postulasti*, de foro competenti, & sic in facti contingentia fuit obseruatum in Curia Archiep. Neap.

Sed hic obiter, nõ est prætermittendum, quod iudex, cui à Papa est delegata causa de iure præsentandi, non habet instituere, sed pronunciare, & is, ad quem pertinet, instituet, iuxta *tex. in cap. super eo, de offic. & pot. iudic. deleg. & ibi Abb. & Doct.* quod si ille ad quem pertinet nollet instituere, tunc deuoluitur potestas ad ipsum delegatum vt singulariter notat *Abb. ibidem sub num. 5. vers. & si non vult. ordinare.*

82 Quantum ad homicidium casuale, dico primo, quod Clericus dans operam rei licite, nec diligentiam prius adhibens, si mors, vel mutilatio inde sequatur, fit irregularis *cap. ad audientiam, &c. presbyterum, de homic.* Si vero omnem diligentiam adhibuit ne mors sequeretur, & deinde præter intentionem eius, & casu aliquo sequatur, irregularis non censebitur *cap. lator, cap. dilectus, c. exhibita, & cap. Ioannes de homic.* Ratio

tio est, quia hæc irregularitas prouenit ex delicto; sed hic cessat delictum.

83 An autem sufficiat culpa venialis ad hanc inducendam irregularitatem. Negatiuè, cum *Salon.2.2.qu.64.ar.8. & Suar.disp.45.sect. 5. nu.8. & sect.6.* Ratio est, quia hæc irregularitas est pœna grauissima, & propter culpam imponitur; igitur non est verisimile propter culpam tantum venialem imponi.

84 Dico secundo, quod clericus dans operam rei illicitæ, vel prohibitæ, quantumcunque adhibeat diligentiam ad vitandum homicidium, non euitat irregularitatem, si sequatur homicidium secundũ *communem opinionem*, quæ probatur, *in cap.tua nos, cap. sicut il 2.de homicidio, & in cap. sententiam, nec cler. vel mon.*

Aliqui tamen recentiores, vt *Sotus lib.5. de iust.qu.1.ar. 9.Pet.Nauar.lib.2.cap.1.dub. 6.Suar. disp 45.sect. 5 nu.9. Tolet.lib.1.cap. 29. Say.lib.7. cap. 5 nu. 12. & alij* limitant hanc communem opin. vt procedat tantum, quando opus est illicitum, seu prohibitum propter periculum homicidij, quod ex se continet; secus vero si est prohibitum propter alias causas, & sequitur *Megal. var.Res.tom. 2.resol.152.*

Sed Dubit. Primo, an sint irregulares clerici pugnantes in duello publico, & sollemni vel in priuato.

Et dicendum est, quod si mors vel mutilatio sequatur, non est dubium, quod sint irregulares, *cap. 1. & 2. de cler. pugn.in duello.* Si vero mors, vel mutilatio nõ interueniat, tunc quia per decretum S. *C.Trid.sess.25.cap. 19. de refor. & per Bullam Pij IV.* Quæ incipit, *ea qua*, pugnantes in duello declarantur infames ipso facto vltra alias pœnas, & infamibus portæ dignitatum patere non debent, *cap. infamibus, de regul. iuris in 6.* & ordo Ecclesiasticus, honor, & dignitas est, *c. 1.de obligat.ad ratiocinia cap. admittantur, dist.54. & l. officiales, C. de Episc. & cler.* sequitur quod ad ordines Ecclesiasticos promoueri non possint, & promoti, non possint illos exercere, tanquam infames, & irregulares, vt docent *Sylu. verbo infamia* §. 1. *num.15. Simon. Maiolus de Irregul.lib 5.cap.18. Diaz in pract.can. cap.* 100 *& alij*, & hoc etiam peracta pœnitentia pro illo crimine, pro quo infames facti sunt, nisi in integrum restituti fuerint, *Sayr.*

de cens. lib. 7. cap. 11. num. 6. Quod procedi, in tribus casibus censet *Peregrin. tract. de duello quaest. 6. nu. 6.* Primo, quando crimen in quod inciderunt essent confessi in iudicio. Secundo, quando essent conuicti in iudicio licet non essent confessi. Tertio, quando crimen esset notorium in Ciuitate, collegio, vicinio, vel loco vbi esset commissum, vt tradit *Sayr. loco cit. nu. 5.* Et huiusmodi Irregularitas à nullo tolli potest. Nisi à Papa vt docent *Maiol. dicto lib. 5. cap. 51. n. 3. & Tabiena verbo infamia nu. 7.*

85 II. Dub. vtrum censendus sit irregularis clericus, qui percussit aliquem leuiter, & non mortifere sed propter negligentiam medici, aut chirurgi, imperitia, vel culpa, & malo regimine ipsius percussi, mors sequatur ob eam percussionem.

Aliqui negant irregularē esse; ex eo, quia illa percussio, nō est causa immediata mortis. ita *Hostiens. in summa lib. 5. tit. de homicidio § qua pœna. Sotus de Iust. lib. 5. qu. 1. ar. 9. & alij.*

Contrarium tamen cēsent *communiter Doct.* ea ratione, quia cum mors sequuta sit ex vulnere, & non sequuta fuisset, si vulnus illud inflictum non fuisset percutiens causa satis propinqua mortis esse videtur, quod vero in medicamine vulneris non fuerit adhibita debita diligentia, videtur per accidens respectu mortis, percussionem vero seu vulnus directe, & per se ad mortem pertinere, & per cōsequens sic percutiens erit irregularis. ita *Sylu. verb. homicidium 2. qu. 2. Maiol. de Irregul. lib. 5. c. 48. §. 4. Alph. Vitald. de Irregul. num. 141. Nauar. in Man. cap 27. num. 223. & alij, licet Sayr. lib. 7. cap. 4. nu. 16.* pro solutione dubitationis distinguat plures casus, vt per ipsum.

III. dubit. an sit irregularis clericus, qui mandauit aliquem verberari, vel percuti illicite, & expresse prohibuit ne mutilet, nec occidat, si mandatarius excedit mandatum, occidendo illum, aut mutilando.

Affirmant *cōmuniter Doct. per tex. in cap. fin. de homicid. in 6.* quia dictus mandans in culpa fuit, & debebat cogitare, hoc euenire posse. Ita *Maiol. de Irregul. lib. 5. c. 48. Couar. clem. si furiosus p. 2. §. 1. D. Riccius in praxi var. Resol. 407. & alij apud Sayr. lib. 7. c. 3. nu. 7.* Qui cum communi opin. concludit, non esse irregularem illum, qui licitè

man-

mandauit alium verberari v. g. si magister, pater, vel dominus correctionis causa mandet filium, vel discipulum verberari, & mandatarius excedens fines mandati mutilet, vel occidat.

IV. dub. an clericus mandans homicidium in persona vnius, censendus sit irregularis, si committatur casualiter in persona alterius.

Affirmatiue, ex quo dedit operam rei illicitæ, quo casu non excusatur, licet habuerit propositum illum non occidendi, *cap. Petrus, & cap. significasti, de homicidio, iuncto c. ex literis, eod. tit.* & in facti contingentia sic fuit resolutum per *D. Ricc. vt testatur, in praxi var. resol.* 412.

86 Quantum ad homicidium necessariū, dico quod si Clericus aliquem occiderit in sui defensionem, cum non posset aliter vitæ propriæ consulere non peccat, neq; fit irregularis *Clem. si furiosus, de homic. & est communis opinio.* Si vero occidit vel mutilat, cum aliter possit mortē euadere, fit irregularis. Similiter si poterat effugere mortem, mutilando, vel alias, & ipse occidit. Ita *Silu. homicidium 3. nu. 6. Pet. Nauar. lib. 2. cap. 3. nu. 389. & alij.*

87 An autem fiat irregularis Clericus occidendo, vel mutilando ob defensionem libertatis, bonorum temporalium, vel ob timorem mutilationis, aut grauis percussionis, seu vulnerationis, vel ob defensionem proximi.

Affirmant cōmuniter doct. ex quo in *d. Clem. si furiosus* solum ab irregularitate excipitur ille, qui mortem propriam aliter vitare non potest.

Contrariam tamen sentētiam tenent *Suar. disp. 46. sect. 2. & 3. Pet. Nauar. num. 418. Say. lib. 7. cap 5. num. 14. & alij.* Ratio est, quia non incurritur irregularitas, nisi sit expressa in iure, *cap. is qui, de sent. exc. in 6.* sed in his casibus non est expressa irregularitas, nec in iure antiquo, neque in iure nouo, *Clem. si furiosus de homicidio.* Quod non in iure antiquo, probatur, nam omnes tex, qui adducuntur ex iure antiquo, loquuntur de homicidio facto, quidem ob defensionem, non tamen necessario ad defensionem, & consequenter loquuntur de homicidio culpabili, & facto absque moderamine inculpatæ tutelæ, quod apertè colligitur *ex c. de his Clericis, il 1. dist. 50.* ibi *per poenitentiam emendati,* quæ verba supponunt interuenis-

uenisse culpam, idem sumitur *ex cap. quia te d. 50. & innuit glo. in cap. si quis viduam, ead. dist. 50. verbo defensione.* Quod neque in iure nouo, *Clem. si furiosus*, probatur, quia ibi nihil de hoc statuitur sed solum ibi, dicitur, *occidentem pro defensione vitæ propriæ, non fieri irregularem* nō tamen ex hoc potest fieri argumentū à contrario sensu, fieri irregularem eum, qui pro defensione aliorum bonorum occidit, nam irregularitatem quis non incurrit nisi in casibus in iure expressis, *d. cap. is qui* sed id quod tantum elicitur ex iure per argumētū à contrario sensu, non potest dici in iure expressum, ergo.

Adde, argumentum ipsum à contrario sensu, non esse firmum apud iuristas in materia pœnali, & odiosa, hic autem versamur in materia pœnali.

88 Sed dubitatur, an fiat irregularis Clericus, si occidat alium ob defensionem cum possit fugere.

Affirmatiuè ex *communi opinione*, quia fuga non est ignominiosa Clerico, nam nō tenetur esse paratus ad pugnam, immo nec decet eius statum.

89 Quantum ad homicidium, seu mutilationem licitam: Dico primo, quod clericus iudex, & ministri eius, actor, & testis in causa sanguinis, vel dictans, cōsulens, vel proferens sententiam mortis, vel mutilationis, sequuta morte, vel mutilatione irregulares efficiuntur, ex defectu lenitatis, *cap. ex litteris, de excess. prælat. & alibi, estque communis opinio.*

Si vero mors sequuta non fuerit, nec mutilatio, irregulares non erunt. *Abb. in cap. sententiæ, ne Clerici vel monaci Ricc. in praxi Var. Resol. 398. & alij.*

An autem fiat irregularis Clericus, qui haberet iurisdictionē temporalem, vel esset Prælatus, & proprij muneris ratione committeret alicuius causæ cognitionem laico, vt iustitiam faceret, si talis iudex laicus, cui causa commissa est, accusatum morti traderet.

Negatiue, per *tex. in cap. vltimo, ne clerici, vel monaci, & tradunt Salzedo ad Diaz, in pract. crim. can. c. 99. Tolet. in summa lib. 1. cap. 80. & alij.*

Vtrum vero clericus possit, absque nota irregularitatis cōsulere generaliter quod mortis pęna de iure infligitur, pro talibus criminibus,

Affirmatiue, *iux. glo. in cap. ex litteris, verbo, consuluit,*

de excess. Prælat. & ibi Abb. & Doct; non tamen poterit clericus super facto contingenti, & in iudicio iam deducto cõsulere, mortis pœnam, aut membrorum mutilationem, imponendam esse, *Salzedo ad Diaz loco cit. Maiol. de Irregul. lib. 2. cap. 9. nu. 9. & alij*.

90 Sed dub. primo, an clerici possint conqueri, & querelã deponere apud seculares iudices contra suos malefactores in sui, & suarum rerum defensionem, sine periculo irregularitatis si propter illud crimen veniat imponẽda pœna mortis.

Affirmatiuè, dũmodo protestationem præmittant, se non intendere vindictam, vel pœnam sanguinis, & purè criminaliter non agant, sed ciuiliter pro recuperatione damni, & ad prouidendum, ne contra eos talia de cætero præsumantur. ita statutũ est, *in cap. Prælatis, de homic. in 6. & ibi glo.* Huiusmodi autem protestationem sufficit proponere, antequam iudex sententiam proferat, secundum *Couar. clem. si furiosus, p. 2. §. 5. n. 1. vers. 4 & Say. lib. 6. cap. 18. n. 3.*

91 II. dubitatur, si talis clericus præmittens protestationem habeat animum, & desideret pœnam mortis, aut mutilationis, an fiat irregularis sequuta morte.

Affirmant *D. Ant. 3. par. tit. 28. cap. 2. §. homicid casuale vers. item si, Sylu. homidium. 2. qu. 8. Nauar. in Man. cap. 28. nu. 32. Genuensis in praxi cap. 41. nu. 9. & alij*, cum huiusmdi ficta protestatio, verè non sit protestatio, & proinde idem erit, ac si protestationem non præmitteret.

Contrariam tamen sentẽtiã, probabiliorem existimo, cum *Couar. cit n. 2. Suar. disp. 47. sect. 2. n. 3. Say. n. 4. & alij. nam in d. cap. Prælatis*, nulla fit mentio interioris intentionis, sed solum expressè exterioris protestationis, igitur seruatur illa lex qualiscunque sit voluntas interior; dummodo fiat exterior protestatio. Vnde illa ficta protestatio, non est fraudulenta respectu intentionis legis, nec in rigore mendacium continet, quia per eam protestationem profitetur accusator, se non intendere vindictam sanguinis, non autem se non habere desiderium, vel odium internum, nam potest stare, vt quis velit alteri mortem, vel mutilationem: sed nolit, vt causetur ex sua actione.

92 III. dubitatur, si Clericus clamat, & conuocat vicinos contra furem, cum rebus suis

furto

furto ablatis fugientem, & ipsi eum occidant, an fiat irregularis, præmissa protestatione?

Affirmatiue, quia protestatio, tunc solū iuuat, quando fit apud iudicem; secus vero dicendum est si hac occasione, postea à iudice occidatur, quia facta protestatione, non erit irregularis, ita *Abb. & Ananias in cap significasti il 2. de homic. Couar. d. Clem. si furiosus par. 2. §. 5. nu. 3. Sylu. homicid. a. §. 17. Say. lib. 6. cap. 18. nu. 9 & alij.*

93 IV. dubitatum, an Clericus accusator possit eum d. protestatione petere ante sententiam, vt malefactor capiatur, vel indicare locum, vbi fur capi possit, vel eum detinere, donec capiatur.

Nauar. conf. 9. de homic. distinguit, si fur est fugitiuus, tunc poterit illum detinere, vel indicare locum, vt capiatur, cum hoc casu sit medium necessarium ad sententiæ effectum, & accusatoris satisfactionem. Secus vero si non est fugitiuus. Quod confirmat simili distinctione iurisciuilis *in l. ait prætor §. si debitorem ff si in fraudem creditorum.*

Suar. tamen, disp. 47 sect. 2. num. 20. & ante eum, *Couar. cit. nu. 4 in fine, & alij,* existimant, hoc totum fieri posse sine irregularitate, præmissa protestatione, nam captura ante, vel post sententiam latam, semper ordinatur ad eundem finem.

94 V. dubitatur, si talis Clericus habeat aliud remedium recuperandi damnum illatum, an possit cum prædicta protestatione apud iudicem illud petere.

Negant *Silu. & Angel. homicid. 2. qu. 8. Tabien. irregularitas §. 8. & alij.* Contrarium tamen censet *Suar. cit. num. 7.* quia *tex. in d. cap. prælatis,* loquitur absolutè, & illam facultatem concedit, nec solū eam cōcedit, propter satisfactionem damni; sed etiam, ne contra ipsius accusatoris personam talia de cætero præsumantur, & sic ad prouidendum in futurum, quæ prouidentia, si debito modo adhiberi debeat, moraliter non potest dici, nisi per superiorem adhiberi.

95 VI. dubitatur, an Clericus possit accusare, & contra aliquē agere de furto, vel iniuria propinquis illata, sicuti pro propria persona, cum d. protestatione, sine periculo irregularitatis.

Aliqui Doct. affirmant, & est probabile. *Suar. tamen sect. 2. num. 17.* hoc admittit, quando

quando tanta est coniunctio, vt illorum iniuria redundare censeatur in propriam personam, vt solet esse inter parẽtes, filios, fratres, vel alios, aliqua ratione peculiari, vt si fiat iniuria existenti sub protectione ipsius. Et in Curia Archiepis. Neap. fuit concessa licentia Clerico agendi in iudicio seculari contra fratris interfectorem, cum protestatione citra pœnam sanguinis, vt testatur *Genuẽsis in praxi cap. 41. num. 4.*

96 VII. dub. an protestatio excuset Clericum agentem de furto, vel iniuria, alteri, nõ sibi illata, si mors, vel mutilatio sequatur.

Negatiuè, quia tunc habet locum protestatio concessa per *d. cap. Prælatis, de homic. in 6.* cum proponitur accusatio pro iniuria ipsi clerico illata. ita *communiter Doct.* licet *Suar. disput. 47. sect. 2. n. 11.* aliter sentiat.

97 VIII. dub. an possit clericus cum d. protestatione denunciare aliquod delictum, tendens in perniciem reipublicæ, vel ad euitandum damnum contra priuatum.

Affirmatiuè, ita *Couar. d. clem si furiosus, part. 2. §. 5. & Genuen. cit. nu. 6.*

98 Dico secundo, quod militans in bello, etiam iusto, qui per se occidit, vel mutilat irregularitatem incurrit, saltẽ ex defectu lenitatis, *c. si quis, & cap. aliquantos, dist. 51.* Idemque est, de eo, qui occidit bannitum auctoritate regia iuste concessa, *ita Suar. sect. 6. nu. 6.*

99 Sed dubitatur primo, an clericus dans fauorem, consilium, vel auxilium in bello iniusto, fiat irregularis, sequuta morte, vel mutilatione alicuius.

Affirmatiuè, licet aliquem non interficiat, *cap. sicut dignum, §. vlt. de homic. & ibi Doct.* & ita tenent, *Abb. in c. petitio nu. 3. de homic.* D. *Ant. 3. p. tit. 28. cap. 2. §. vlt. Couar. cit. §. 3. nu. 2. vers. quod si, Say. l 6. c. 19. nu. 7. & alij.*

100 II. dub. si clericus in bello iusto militando, & vulnerando neminem occidat, vel mutilet an fiat irregularis.

Negatiuè, ita *Couar. cit. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 215. & alij.* Nam neque mutilat, neque deformat, neque est causa proxima deformationis.

101 III. dub. an possint clerici animare, & exhortari milites in genere ad strenuè se gerendum in bello iusto, sine irregularitatis periculo.

Affirmatiuè, ante actualem congressum, ex *cap. maximianus,*

nus,23.qu.3. & 23.qu.8.ita Syl.bellum 3.§.2. & alij. In ipso vero conflictu dubitant Doct. nam quidam existimãt, tales Clericos irregularitatem incurrere sequuto effectu,ita Syl.cit.nu.4. sequutus Inn.& Host.

Alij vero,contrariũ tenent, nã q; exhortatio fit in actuali conflictu, nõ mutat cõcursũ, Maximè si talis Clericus licite,& iusta facultate intereſt tali bello,ita glo in cap.seiscitaris,verbo prodire 7.qu.1.D. Ant. par.3. tit.28. cap.2.§.6. Couar.d.Clem si furiosus,par. 2.§.3.nu.2. Say.lib.6. cap.19. n.16.& alij. Imo addit Suar. disp.47.sect.6.n.8. clericum, non incurrere irregularitatẽ, per solam generalem exhortationem, ad strenuè pugnãdum,etiam si assistendo in tali bello contra prohibitionem, & obedientiam Ecclesiæ,malefaciat, cum talis prohibitio non sit ob periculum vitandi homicidij;sed vt seruetur decentia clericorum, & subordinatio,quam debent habere ad suos prælatos.

102 IV. dub. an clericus, qui arma dat militibus, vt pugnent in bello iusto, incurrat irregularitatem, si cum illis deinde milites occidant alios.

Affirmatiuè, si dando arma dicat, cape, occide illum, vel istum, ita communiter Doct. Si verò dat arma solum in genere ad strenuè pugnandum, vt se defendant; est controuersia, nam quidam censent, fieri irregularem. Alij tamen contrarium dicunt, ita Nauar. in Man. cap.27.num.215. Henriq.lib. 14. cap.12 §.4.Say. nu.12.& alij, nam perinde est ac milites hortari in genere, vt pugnent, vincant, & se defendant.

103 Incurrit quoque,Clericus irregularitatem si mandato, vel consilio aliquem induxerit ad occidendum, vel mutilandum,cap si quis viduam, 50.dist.Ita Abb.in cap.clericis, ne cler.vel mon & Felin.in c. sicut dignum, de homic. nu. 9. Diaz in praxi c.90.& Say.lib. 7.à c.2.& 3.

104 Sed dubitatur primo, an si alteri cõsulat,vt se aliquo modo mortis periculo exponat, fiat irregularis, morte sequuta.

Affirmatiuè,si probabiliter sciret mortem sequuturam, nam est causa mortis illius. Hoc tamen limitatur,si alteri consuleret, vt pro Christi fide,& Ecclesia se mortis periculo exponat. Ita Sylu.homicidium 1 qu.8 Say lib.6.c.19. nu.9.Tolet.lib.1.cap.81.nu.6. & alij.

105 Ex hoc infertur, quod clericus adulter, si probabiliter existimat mortem infligendam esse adulteræ à viro, fit irregularis propter rationem assignatam. Quia moraliter est causa mortis adulteræ, nã eam vult in causa. Imo videtur dicere *Nauar.cap.27.nu.238.* quod etiam si clericus adulter inuincibiliter ignoraret mortẽ adulteræ sequuturã irregularis efficitur, nã absolute loquitur, quod dicit approbasse Pium V. ratio eius est, quia talis clericus dat operam rei illicitæ. Sed hoc non admittit *Suar. disput.45. sect.6. num. 7.* quia tunc effectus nullo modo, est voluntarius in tali causa.

106 II. dubitatur, an clericus incurrat irregularitatem, si alteri consulat, vt pro patria, & republica moriatur, morte deinde sequuta.

Affirmant *D. Ant.3.par.tit.28.cap.2.§.2 & Tabien irregularitas 2. §. 15. & alij*, si sciret verisimiliter mortem sequuturam.

Contrarium tamen verius, videtur; tum quia commune bonum, est priuato præferendum, tum etiam, quia consulit actum virtutis, ita *Abb. in c. ad audientiam nu 5. de homic. Sylu. cit. vers. 8. & Say. nu. 10.*

107 III. dubitatur an clericus censendus sit irregularis, si est dubius, an ob consilium per ipsum præstitum fuerit homicidium commissum. Præstatur autem consilium suadendo, rogando mandando, instruendo, vel vtilitatem inde secuturam ostendendo, secundum *Sylu. verbo excom. qu.4.*

Affirmatiuè, *argum. tex. in cap. si quis viduam, dist. 50.* quia in dubio nemo præsumitur delictum commissurus, *l. merito, ff. pro socio Couar. in clem. si furiosus, §.2. de homicidio*. Quamuis vt notant *Sayr. lib. 7. cap 3 num.2. & Henriq lib.14.cap.16.num.3.* Vir prudens in tali dubio vti poterit coniecturis, interrogando eum, cui consilium dedit, si enim dicat, se nec ad substantiam facti, nec ad illius accelerationem motum esse ex consilio, consulens, non erit irregularis, sin autem nõ fuisset facturus homicidium, nisi ipse consilium dedisset, tunc consulens erit irregularis sequuto effectu, similiter, si ex eius consilio ex iniquo, factus sit deterior, & nouo modo homicidium perpetrauerit, *arg. tex. in c. sicut dignum, §. qui vero, de homicid.*

108 IV. dub. si ille cui datũ est cõsiliũ vt occidat, occidatur, an sit irregularis, dans cõsilium.

Io. And. in cap. fin. de homicid. in 6. Couar. d. clem. si furiosus part. 2. §. 2. Panor. & Card. in cap. ad audientiam, de homicid. & alij, docent in hoc casu, consultorem esse irregularem, sicuti etiam mandans, quando mandatarius occiditur, vel mutilatur.

109 V. dubitatur si consulens, vel mandans reuocauerit cõsilium, vel mandatum datum ad aliquem occidendum an efficiatur irregularis, si non obstante reuocatione, sequatur homicidium.

Doct. communiter tradũt, consulentem esse irregularẽ, etiam post reuocatum consilium, si sequatur homicidiũ, secus vero mandantem post reuocatum mandatum mandatario, Ratio diuersitatis est quia mandans in mandando, vim, & obligationem imponere videtur mãdatario, adeo vt, quidquid agit, in gratiam ipsius mandantis agere videatur, ideo ad eam obligationem tollendam sufficit vt reuocet mandatum prius factum: at vero consilium est in fauorem eius cui datur, ideo non satis erit ei, cui datur reuocare consilium, sed conari debet precibus importunis, contrario consilio, & suasione ne consilium à se datum mandetur executioni. Quod si hoc illi persuadere nequeat, tunc *Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2 & alij* docent, teneri monere eum, cuius homicidium consuluit, vt sibi caueat alias irregularis erit, sequuto effectu, non tamen reuelare debet nomen personæ, cui consilium dedit, vt per *Sayr. d. lib. 7. c. 3. nu. 5.*

110 VI. dub. consulens, & rogans parato omnino occidere aliquem, vt potius illum tantum mutilet, an sit irregularis sequuta mutilatione.

Et nequaquam irregularẽ esse, tradunt *Doctores*, quia huiusmodi consilium influit moraliter, vt fiat mutilatio, sed ne fiat homicidiũ, nec cõsulit malum, sed proponit tãtum materiam minoris mali, vt eum à maiori malo retrahat, quod non est illicitum, vt tradunt, *Sotus lib. 6. de Iust. q. 1. ar. 5. Henriq lib. 14. cap. 16. §. 4. Sayr. dicto lib. 7. cap. 3. n. 13. Nauar: in Manuali c. 27. nu. 40. & alij*.

111 VII. dub. quando ex omissione, seu permissione, cooperatione, & ratihabitione, vnde sequitur homicidium, incurrat clericus irregularitatem.

Pro solutione; summatim dicendũm est, quantum ad omissionem, seu permissionem, eos qui ex charitate so-

la

la tenentur liberare, non cōtrahere irregularitatem, sed illos, qui ex iustitia ratione officij, vel stipendij, aut ratione obligationis ex iuramēto factæ tenentur defendere, propter homicidium vel mutilationem sequutam ob eorum omissionem, irregularitatem contrahere. Ita *Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 231. Tolet. in summa lib. 1. c. 83. Couar. clem. si furiosus p. 2. § 2. Syluest. verb. homicidiū 1. qu. 10. Sayr. lib. 7. cap. 4. n. 3. & alij*. Vnde Iudex non obstans, & per iniustam omissionem innocentes non defendens (si id potest sine graui damno suo) moraliter cōcurrit contra iustitiam, & fit irregularis, si quis iniuste occidatur, aut mutiletur, similiter, & alij ministri iustitiæ. Itē, qui publico, vel priuato stipendio conductus officium non exequitur, si quis eius negligentia, vel ignorantia moriatur, fit irregularis, vt per *Doct. citatos*.

112 Quantum ad cooperationem, dicendum est, irregulares esse, omnes, qui simul cū alio sunt causa homicidij iniusti, aut mutilationis iniustæ, & qui fauorem, auxilium, & opem dederit, ita vt sine eius auxilio, vel ope non fuisset perpetratum homicidiū, aut quando ex auxilio præstito, citius fuit commissum homicidium, vel acrior est effectus homicida; vt per *Couar. in dicta clem. si furiosus part. 2. § 2. & Sayr. lib. 7. cap. 4. num. 9. post alios*.

113 Quantum ad ratihabitionem homicidij illiciti, aut abscissionis membri, eius nomine facti, est distinguendum, aut enim fit nomine consentientis, seu ratihabentis, aut est iam factum. Primo casu si homicidium fit nomine consentientis, & sine aliqua cooperatione nec mandato ipsius, cum talis consensus tantum operetur mentale homicidium, non inducit irregularitatem, si vero consensus, siue ratihabitio in homicidiū, fuerit dum actu fit nomine, vel occasione ipsius, qui consentit, irregularitatem inducit, nisi exterius repugnet, & quantum possit, se ostendat à tali homicidio alienum, & licet hoc tantum exterius faciat, interius tamē optet homicidiū, nō erit irregularis, cū sit mentale tantum homicidium. Ita *Suar. de cens. disp. 44. sect. 3. nu. 24*. In secundo autē casu, quando homicidium ab alio est factum, tunc consensus, seu ratihabitio minime irregularitatē inducit, quia per ratihabitionem delicti

iam facti, quod nequaquam præcepit nec consuluit, quis non est causa illius, nec illud committit; ita *glo. in c. si quis viduam, verbo, aut consilio, dist.* 50. *& in cap. quanta, de sent. excom. Villadieg. de Irregul. cap. 6. nu.* 88. *Tolet. lib.* 1. *cap.* 83 *Sayr. lib.* 7. *cap.* 4. *nu.* 17. *Suarez cit. loco Peregrin. de duello q.* 31. *& alij*.

114 Denique, posset dubitari, an irregularitas quæ per ingressum religionis tollitur, ex *Auth. de Monachis in principio, coll.* 1. reuiuiscat, professione annullata per superiorem iuxta dispositionem S.C. *Trid. sess.* 24. c. 12.

Hanc dubitationem mouet *D. Ricc. in praxi variar. Resol. resol.* 311. & concludit quod reuiuiscat, nonnullis, quas refert, rationibus, & præcipue quia, nō dicitur Religiosus, nisi in Religionē profitendo perpetuo permaneat, *cap. religioso, §.* 1. *de sent. exc.* & qui non permanet in religione, non habetur pro religioso, Ideo non debet gaudere priuilegijs, quibus gaudent similes personæ.

115 Tandem quæritur, quis dispenset cum irregularibus.

In hoc quæsito, certum est quod Summus Pontifex dispensat in omnibus irregularitatibus.

116 Episcopi vero, vt post alios docet *Bonacina, de cens. disp.* 7 *quæst.* 5 *p.* 1. *Sayr. de cens. lib.* 7 *cap.* 7 *n* 23. dispensant cum eorum subditis, in quos habeat ordinariam iurisdictionem, in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, & hoc vigore facultatis S. C. *Trid. sess.* 24. *c.* 6. *de refor. pro vt latius dixi in tract. de Priuileg. Cleric. c.* 4. *d. n.* 154. *& per Suar. de cens. disp.* 41. *sect.* 2. *nu.* 6.

117 Et quamuis in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario Episcopus nequeat dispensare, etiam si proueniret ex homicidio licito, vel auctoritate legitima, & iusta de causa, nempe ex illo, quod oritur ex defectu lenitatis, quale iudices, & ministri iustitiæ officium propriū iuste exequentes committūt, vt docent *Barbos. de off. & pot. Episc. part.* 2. *alleg.* 39. *nu.* 47. *Garcia de benef. part.* 7. *cap.* 11. *n.* 40. *& aly* quamuis *Sayr. de cens. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 8. censeat, quod Episcopus possit dispensare in irregularitate prouenientte ex homicidio occulto ex defectu lenitatis, nihilominus, si homicidium

fuerit

118 fuerit casuale; vel ex causa defensionis, non seruato moderamine inculpatæ tutelæ, dummodo occultum sit, posset Episcopus in irregularitate ex eo prouueniente dispensare, secundum *Barbos. qui alios refert, loco cit. num. 48 & 53. Bonacin de cens. disp. 7. qu. 4. pun. vlt. & D. Ricc. in praxi var Resol. 412.*

119 Similiter, & dispensare poterit in membri mutilatione, etiam voluntaria, si occulta fuerit, ex quo S. C. T. circa hoc nihil innouauit, nã excepit homicidium voluntarium, sub qua exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cum vere non sit homicidium, vt docet *Suar. de cens. dicta disp. 44. sect. 2 nu. 4. Genuef. cap. 66. nu. 9 Garcia p. 7. cap. 11 nu. 30. Em. Sà verb. irregularitas, Tolet. lib. 1 cap. 88. & alij*, licet *Sanch. in summa lib. 1. cap. 10. num. 49*: contrarium tueatur.

120 Quando autem in casu proposito dicatur delictum occultum. Et quid nomine Episcopi intelligendum sit in præfato decreto S.C.T. Dixi in *eod. tract. de Priuileg. Cler. cap. 4. nu. 155. & 168.*

F I N I S.

Laus Deo, B. M. V. Diuo Ianuario Patrono, & omnibus Sanctis.



INDEX
OMNIVM RERVM,

Quæ in hoc tractatu, de Obligationibus Clericorum continentur Alphabetico ordine digestus.

A

Ad-

Bene-

mo-

C

Cano-

Cano-

com-

E

Ex-

pro-

reci-

feria

Sa-

Simo-

par.1.

S

oblitt

feria

FINIS.

IMPRIMATVR, Felix Tamburellus Vic. Gen.

D. Franciscus de Claro Can Dep. vidit.

Imprimatur, Tapia Reg. Reuitus Reg. Ianuar. Reg Zufia Reg.